PATROLOGIÆ
CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;
DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;
OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA;
INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA;
CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;
OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;
DUOBUS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.
EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI AMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS LXXX.

THEODORETUS, CYRENSIS EPISCOPUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MOENIA PARISINA.

1860

PATROLOGIÆ
CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI AMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS LXXX.

THEODORETUS, CYRENSIS EPISCOPUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1860

PATROLOGIÆ
CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI AMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS LXXX.

THEODORETUS, CYRENSIS EPISCOPUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MOENIA PARISINA.

1860

SÆCULUM V, ANNUS 458.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ,

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ,

ΑΠΑΝΤΑ.

THEODORETI,

CYRENSIS EPISCOPI,

OPERA OMNIA:

POST RECENSIONEM JACOBI SIRMONDI,

EDIDIT, GRÆCA E CODICIBUS LOCUPLETAVIT, ANTIQUIORES EDITIONES ADHIBUIT, VERSIONEM LATINAM RECOGNOVIT, LECTIONUM VARIETATEM, AMPLISSIMOS INDICES ADJECIT

JOAN. LUDOV. SCHULZE

GR. ET OO. LL. IN ACAD. FRIDER. P. P. O.

(Halæ 1769 et ann. seqq.):

ACCESSIT AUCTARIUM THEODORETI QUOD OLIM ADORNAVIT JOAN. GARNERIUS:

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS PRIMUS.

VENEUNT QUINQUE VOLUMINA 60 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1860

SÆCULUM V, ANNUS 458.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ,

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ,

ΑΠΑΝΤΑ.

THEODORETI,

CYRENSIS EPISCOPI,

OPERA OMNIA:

POST RECENSIONEM JACOBI SIRMONDI,

EDIDIT, GRÆCA E CODICIBUS LOCUPLETAVIT, ANTIQUIORES EDITIONES ADHIBUIT, VERSIONEM LATINAM RECOGNOVIT, LECTIONUM VARIETATEM, AMPLISSIMOS INDICES ADJECIT

JOAN. LUDOV. SCHULZE

GR. ET OO. LL. IN ACAD. FRIDER. P. P. O.

(Halæ 1769 et ann. seqq.):

ACCESSIT AUCTARIUM THEODORETI QUOD OLIM ADORNAVIT JOAN. GARNERIUS:

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS PRIMUS.

VENEUNT QUINQUE VOLUMINA 60 FRANCIS GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1860

SÆCULUM V, ANNUS 458.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO LXXX CONTINENTUR.

THEODORETUS, CYRENSIS EPISCOPUS.

Parisiis. — Ex typis L. MIGNE.

NOTITIA HISTORICA

ET LITTERARIA*.

—

Fontes. — Theodoreti ipsius opera, præsertim epistolæ : S. Leonis Magni epistolæ; Acta concilii Ephesini (Mansi t. IV et V) et Chalcedonensis (Mansi t. VI et VII). Synodicon Cassinense (Opp. Theod. t. IV). — Subsidia : J. Garnerii Historia Theodoreti et Dissertatio II de libris Theodoreti in Auctario Theodoreti seu Opp. t. V. Paris. 1684, fol. p. 189-258 ; J. V. Schulze Dissertatio de vita et scriptis Theodoreti in hujus Opp. (ed. Schulze Halae 1769) t. I, p. 1-32; Dupin t. IV, p. 81-118; Tillemont t. XV : *Theodoret Evesque de Cyr*, p. 207-340 (cum notis p. 868-78) ; Ceillier t. XIV, chap. 4, (p. 32-267) ; Cas. Oudin t. I, col. 1051-1134 ; G. Cave vol. I, p. 405-9; J. A. Fabricii Biblioth. Græc. vol. VIII, p. 277-309, et vol. VII, p. 429-32.

Theodoretus, matri sterili ob pias monachi cujusdam celebrati preces a Deo donatus, Antiochiæ c. a. 386 (vel 393) natus, et ab infantia Deo consecratus, mature disciplinas liberales et sanam fidem edoctus atque in sacris Litteris imbutus, præcepta simul et exempla sanctioris vitæ inter monachos hausit (*a*). Postquam non exiguo tempore in monasterio conversatus (*b*) atque lectoris et diaconi munere perfunctus esset, invitus ordinatus est episcopus Cyri in Syria (a. 423 vel 420 (*c*).

In munere episcopali præclaris virtutibus eminuit, voluntaria paupertate, studio pacis, zelo fidei et operibus charitatis. Etenim non solum bona omnia, quæ post parentum obitum sibi contigerant, pauperibus distribuit, verum etiam reditus omnes ecclesiasticos in bonum publicum impendit, victu parco et habitu vili contentus; pacem adeo coluit, ut intra viginti annos nec ipse, nec ullus ex ejus clero coram judice litis causa appareret; captivos, profugos et oppressos tam pecunia, quam patrocinio benignissime juvit (*d*). Sed maxime rectæ fidei tam in sua diœcesi, quam in aliis Orientis regionibus sedulam gessit curam ; etenim cum diœcesin suam variis hæresibus, Marcionitarum præcipue et Arianorum, infectam reperisset, studio diligenti, nec labores, nec pericula veritus, cunctos erroris retibus liberatos in semitam veritatis reduxit, ita ut nullum pravæ doctrinæ germen in tota Cyrestica remaneret (*e*) ; Antiochiæ etiam frequenter pro vera fide sacras conciones habuit uberrimo cum fructu (*f*)

Gravissimis autem procellis jactatus est Theodoretus, dum lites Nestorianæ et Eutychianæ ferverent. Quamvis enim fidem orthodoxam integre custodiret ac impigre defenderet, Joanni tamen Antiocheno ipsique Nestorio vetusta amicitia junctus, sinistris rumoribus de Cyrillo vulgatis fidem incaute adhibuit. Hinc scripta ejusdem contra Nestorium animo præoccupato legens, errores Apollinarii in iis deprehendere sibi visus est, atque Nestorio injuriam fieri ratus, amici causam non facile deseruit, ortoque funesto schismate, ex parte Orientalium stetit. Ita contigit, ut ante Ephesinum concilium, mandante Joanne Antiocheno, Cyrilli anathematismos, et postea ipsum quoque concilium Ephesinum scriptis editis vehementer impugnaret (*g*). Ast meliora edoctus post aliquot an-

(*a*) Vid. Theodoreti *Histor. religios.*, c. 13, 9 et 12 ; epist. 81, 88, et præfat. Commentar. in Daniel (Opp. t. II.) Cf. Garnerii Historia Theodoreti c. 1 et 2; Tillemont l. c., art. I-IV (p. 207-216) cum nota 1 et 2 (p. 868-70).

(*b*) Monasterium suum, quod prope Apameam situm, 75 milliaribus ab Antiochia distabat, ipse Theodoretus aliquoties memorat ; vid. epist. 119 et Synodicon Cassin. c. 66 (etiam in Opp. Theodoreti ed. Schulze t. V). Cf. Tillemont l. c. Art. IV (p. 216).

(*c*) Theodoreti epist. 80 et 81. Cyrus autem civitas erat Syriæ, caput Cyrrhesticæ regionis, in provincia Euphratensi. Diœcesis Cyrensis adeo ampla erat, ut octingentas numeraret parochias subjectas (Theodoreti epist. 113) ; ipse autem Cyrensis episcopus *Hierapolim* pro sua Ecclesia metropolitana agnoscebat, Cf. Tillemont art. V (p. 217-18) et not. 2 (p. 869-70) ; item Garnerii Historia Theodoreti c. 2, n. 11.

(*d*) Vid. Theodoreti epist. 113, 79, 80, 81, 29-36 et 70, 23, 42-47, 52, 53, 114, 115 ; *Histor. religios.* c. 20. Cf. Garnerii Historia Theodoreti c. 3; item Tillemont l. c., art. IV (p. 216), art. VII - VIII (p. 219-24) et art. XXII-III (p. 258-263).

(*e*) Vid. Theodoreti ep. 81, 113, 145 ; *Histor. religios.* c. 21 (Opp. t. III) Cf. Tillemont l. c. art. XIII (p. 236-239).

(*f*) Vid. Theodoreti ep. 83 et 147, ad Joannem Germaniciæ episcopum (Opp. t. IV. 1275). Cf. Tillemont l. c. art. XIV (p. 240-41).

(*g*) Vid. Theodoreti epist. 151, ad monachos Euphratesiæ, etc. (ed. Schulze) et 162, ad Andream Samosat. (ed. Schulze), Relatio ad Alexandrum Hierapolit. (in concil. Ephes. act. v, ap. Mansi t. IV, col. 1407-8) ; fragmenta homiliarum Theodoreti, quas ut Orientalium legatus Chalcedone habuit (l. c. col. 1408-10, et in concil. Constantinopolit. II, a. 553, collat. v, ap. Mansi t. IX, col. 292-93 ; item in Garnerii Auctario p. 34-39, et in Opp. Theodoreti ed. Schulze t. V, p. 104-114) ; denique ejusdem epist. ad populum Constantinopolitanum, et ad Candidianum comitem in Synodico Cassin. c. 40, 42, 47 (ap. Schulze t. V). De *Pentalogio*, quod contra synodum Ephesinam œcumenicam scripsisse perhibetur Theodoretus, cf. Garnerius in Opp. Marii Mercatoris p. II, p. 265 —

* Ex D. Josephi Fessler *Institutionibus Patrologiæ*. OEniponte 1851. Tom. II, p. 688.

nos tandem cum Cyrillo pacem atque communionem iniit, licet Nestorii, quem orthodoxum judicabat, damnationi non statim consentiret, et Cyrilli anathematismos, quos hæreticos censebat, per novam ejus formulam fidei retractatos assereret (*h*). Labes tamen Nestorianismi semel ipsi inhærens omnino deleri non potuit, præsertim cum Theodorum Mopsuestenum, Nestorianismi sontem, contra Cyrillum defendere institueret (*i*). Hinc ubi primum opposita Eutychianorum hæresis pullulare cœpit, Dioscorus patriarcha Alexandrinus, cum novam hæresin foveret acrioremque ejus adversarium sciret neminem, quam Theodoretum, machinas omnes in eum convertit per immissos primum calumniatores, qui illum in Oriente ut hæreticum Nestoriique fautorem infamarent; hujus enim nominis invidia catholicos percellere solebant Eutychiani (*j*). Deinde cum pseudo-synodus Ephesina jam pararetur, Dioscorus, quo Theodoretum absentem ipsamque veritatem facilius opprimeret, apud imperatorem egit, ne Theodoretus illuc veniret, sed domi consistere juberetur (*k*). Itaque absens et inauditus in pseudo-synodo Ephesina episcopatu spoliatus ac in exsilium pulsus est (*l*). Sed Leo pontifex, quem injuste depositus appellaverat (*m*), eum absolutum sedi propriæ restituit (*n*), eumdemque mox synodus Chalcedonensis retractato judicio in cœtum suum ut orthodoxum admisit (*o*). Post illud concilium otio et pace ipsi frui licuit usque ad finem vitæ a. 458 (*p*).

THEODORETI OPERA.

Theodoretus varii generis scripta reliquit, I. *exegetica*, II. *historica*, III. *dogmatica*, et IV. *epistolas*.

I. OPERA EXEGETICA.

I. Primam eamque maximam horum librorum partem efficiunt *Commentarii*, quos *in S. Scripturam tum Veteris tum Novi Testamenti* exaravit. Huc pertinent :

1. *Quæstiones* (εἰς τὰ ἄπορα τῆς θείας Γραφῆς κατ' ἐκλογήν) *in Octateuchum* sive in V libros Mosis, in librum Josue, Judicum et Ruth; item

2. *Quæstiones in libros Regum et Paralipomenon* (t. I). Utrumque hoc opus dilect cuidam juveni inscribitur, cujus precibus exoratus ultimis vitæ suæ annis tantum laborem, medullam veluti intelligentiæ S. Scripturæ brevi compendio exhibens, susceperat. Opera hæc non commentarium continuum, sed obscuriorum solummodo locorum interpretationem complectuntur, quem in finem proponit quæstiones earumque solutione subjungit, ea scilicet explanandi forma usus, quæ sibi videretur utilior et exemplo Christi similior, demum quæ fastidii minus tædiique haberet. In priori opere afferuntur quædam Origenis, Diodori ac Theodori Mopsuesteni testimonia, quæ utrum Theodoretus ipse, a alius quispiam adjecerit, inter eruditos non satis constat (*q*).

3. *Interpretatio in* 150 *Psalmos* (t. I) exarata est, non multo post concilium Ephesinum. Opus hoc *præstantissimum* in gratiam præsertim clericorum et monachorum, *qu dies noctesque Davidicos versus in ore habent*, conscripsit, ut, quod canunt, intelligerent

72., ubi etiam *Fragmenta librorum quinque Pentalogii* inveniuntur, et Galland. Biblioth. t. IX, Prolegom. c. 13, n. 2-4 ; ejusdem operis alia quædam fragmenta Gr. et Lat. in Garnerii Auctario p. 40-50, ac in Opp. Theodoreti ed. Schulze t. V, p. 115-132; denique alia Latine tantum in Galland. t. IX, p. 418-22. Cf. etiam Tillemont l. c. art. XVII-VIII (p. 246-49); Chr. Lupi scholion in Synod. Cassin. c. 20, et Garnerii Historia Theodoreti c. 4 et 5.

(*h*) Vid. Theodoreti epist. 83. Cf. ep. 112. Huc pertinent complures Theodoreti epistolæ, quæ in Synodico Cassin. continentur c. 45, 60, 61, 66, 70, 71, 72, 81, 87, 88, 95, 97, 99, 110, 120, 128, 133, 138, 139, 146, 148, 151, 160, 161, 162, 166, 168, 170, 172. Cf. Tillemont l. c., art. XVIII-XX (p. 249-56) et C. Baron. Annal. ad a. 436, n. 10-11.

(*i*) Vid. concil. Constantinopolit. II (a. 553), Collat. V (Mansi t. IX, col. 252-54), et S. Cyrilli Alexandr. epist. ad Joannem Antioch. in Garnerii Auctario p. 97-98 (etiam in Theodoreti Opp. ed. Schulze epist. 179). Cf. Tillemont l. c. art. XXI (p. 256-58).

(*j*) « Quia Christi Domini *duas naturas* confitemur, ideo *filios duos* nos affirmare aiunt » Theodoreti ep. 145.

(*k*) Huc spectant Theodoreti epist. 79-112, epist. 16 et 145. Cf. Tillemont l. c. art. XXV-XXXIV (p. 266-89).

(*l*) Vid. Theodoreti epist. 9. Pariter huc pertinent epist. 114-135 et 136. Cf. Tillemont l. c. art. XXXIV-VIII (p. 289-301). Haudquaquam ver certum est, omnes Theodoreti epistolas, quæ ha et præcedenti nota indicantur, ad causam Eutychia nam et persecutionem Dioscori pertinere, sed fortas sis quædam ex iis conscriptæ sunt, cum Theodore tus post pacem inter S. Cyrillum et Joannem An tiochenum initam adhuc in schismate perseveraret Cf. Chr. Lupus Opp. t. VII, p. 293; Tillemon l. c. art. XXXVIII (p. 301).

(*m*) Theodoreti epist. 113. Cf. ep. 116.

(*n*) Vid. Theodoreti epist. 137-146. Cf. Tille mont l. c. art. XXXIX-XL (p. 301-6).

(*o*) Concil. Chalcedon. act. I et VIII (Mansi t. V col. 589-92, et t. VII, col. 187-92) Justinia imp. epistola adv. defensores trium capitul. (Man t. IX, col. 637-40). Cf. Tillemont l. c. art. XL III (p. 306-12).

(*p*) Vid. Theodoreti epist. 146; Gennad. *De scri ptor. eccles.*, c. 89. Cf. Tillemont l. c. not. 13 (875-76); Garnerii Historia Theodoreti, c. 13 (148-50), et Schulze Dissert. cit. p. 26-27.

(*q*) Vid. Additamenta et lectiones varias ad utrun que opus in Opp. Theodoreti ed. Schulze t. V, 1175-1233 (*quæ omnia ad tom. I revocavimu* ED. PATR.) Cæterum de utroque opere cf. Sirmon præfat. ad Lectorem, Garnerii Dissert. II, c. 3, § (p. 181-83); Schulze Dissert. cit. p. 30-3 et t. V, Præfat. p. VI-VII; Tillemont l. c., art. L (p. 336-38); Dupin t. IV, p. 86-88; Ceilli l. c. art II, § I-II (p. 46-61) et J. A. Fabri *Biblioth. Græc.* vol. VIII, p. 179-83.

In ea brevitati non minus quam perspicuitati studuit, sensui litterali ita inhærens, ut in allegoriam nullibi deflecteret atque locos propheticos de Christo et Ecclesia diligenter exponeret (*r*).

4. *Interpretatio in Cantica canticorum* (t. II) librum adeo difficilem et sublimem simplici et perspicua ratione ita declarat, ut sponsi et sponsæ nomine Christum et Ecclesiam ubique intelligat (*s*).

5. *Commentarii in omnes prophetas majores et minores* (t. II) (*t*) simili ratione præclarum in modum conscripti sunt, quorum singulis argumenti nomine brevissimam introductionem præmittit.

6. *Interpretatio XIV Epistolarum sancti Pauli* (t. III) integra et continua brevissime in se complectitur, quidquid eleganter et apposite ad litteralem horum librorum sensum explicandum dici potuit, brevi pariter introductione (argumento) singulis Pauli Epistolis præmissa, ut revera commentarius iste reliquos omnes Theodoreti superare videatur (*u*).

Theodoretus in explananda S. Scriptura eumdem secutus est modum, quem Patres antiquiores, celeberrimi Scripturæ interpretes, olim tenuerant. Etenim auxilium gratiæ divinæ enixe precatus, Patrumque vestigia diligenter secutus, purissima intentione amicis rogantibus volumina sacra explicavit (*v*). Persuasum quippe habens, cuivis a Deo singulare donum esse concessum et quemlibet obligari, ut dono cœlitus sibi commisso quam optime utatur, officii sui duxit, desiderio atque indigentiæ studiosorum S. Scripturæ pro viribus satisfacere (*x*). Ac revera munere isto egregie defunctus est, cum ab allegorico interpretandi genere alienus et interpretationi morali haud nimis indulgens sensum litteralem quam brevissime simul et clarissime reddere studeret, quem in finem iis omnibus præsidiis, quæ sacrarum Litterarum interpretem juvant, cognitione linguarum, usu variarum antiquarum versionum et expositionibus primorum Patrum abunde munitus erat: præ omnibus tamen sanctum Chrysostomum sibi imitandum proposuit. Quapropter nullo non tempore iis annumeratus est, qui præcipuum locum inter S. Scripturæ interpretes jure suo obtinent (*y*); unde summopere commendandus est omnibus qui amant Scripturas divinas earumque germanum sensum diligenter scrutantur.

II. THEODORETI OPERA HISTORICA. III. DOGMATICA. IV. EPISTOLÆ.

II. *Opera historica*, quibus pariter magnam sibi laudem conciliavit, hæc sunt:

1. *Historiæ Ecclesiasticæ Libri V* (t. III) præsertim fata hæresis Arianæ et res in patriarchatu Antiocheno gestas ab ejusdem hæresis ortu usque ad a. 429 enarrant (*z*), pluri-

(*r*) *Prœmium* (quo continentur varia de Psalterio ejusque auctore Davide, necnon de versionibus Græcis) et *Fragmenta Commentariorum in Psalmos* sub nomine Theodoreti, cui tamen ista nonnisi ex parte tribui possunt, habentur in Garnerii Auctario p. 1-20 (et cum Admonit. ac notis in Opp. Theodoreti ed. Schulze t. V, p. 71-82, 1234-40). Cf. Garner. Dissert. II, c. 3, § 2 (p. 183-84); Schulze Dissert. cit. p. 32-34; Tillemont l. c. art. XLV (p. 320-21); Dupin t. IV, p. 88-90, et Ceillier l. c. art. II, § 3, n. 1-3 (p. 62-64).

(*s*) Hæc explanatio, quam nonnulli ex rationibus parum solidis Theodoreto abjudicandam putabant, ex codd. mss. et veterum, imo ipsius Theodoreti auctoritate, necnon ex communi fere eruditorum consensu eidem recte tribuitur, cf. Garnerii dissert. II, c. 3, § 3 (p. 184-87); Schulze Dissert. cit. p. 34-37, et t. II, Præfat. p. VII; Tillemont l. c. art. XLV (p. 318-19) Dupin t. IV, p. 90-93; Ceillier l. c. art. II, § III, n. 4-5 (p. 64-71), et J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.* vol. VIII, p. 283-84.

(*t*) Valde dolendum est Commentarios in Isaiam hodie integros non reperiri, sed qui in editione Opp. Theodoreti exhibentur, Sirmondi tantum studio et diligentia ex catenis Græcis collectos esse, unde haud adeo certum est singula, quæ ibi Theodoreti nomine proferuntur, ab ipso vere profecta esse. Cf. Sirmondi Præfat. ad Lectorem in fronte t. I, et Schulze Præfat. ad Lectorem in fronte t. I, et Schulze Præfat. t. II, p. VII - XI. De omnibus his in prophetas Commentariis, cf. Garnerii Dissert. II, c. 4; (p. 187-89), Schulze Dissert. cit. p. 37-38 et t. II, Præfat.; item Tillemont l. c. art. XLV (p. 319-21), et Ceillier l. c. art. II, § 4, n. 1-6 (p. 71-74).

(*u*) Cf. Garnerii Dissert. II, c. 5, §. 1 (p. 189-90); Schulze Dissert. cit., p. 38-40; Tillemont l. c., art. XLVII (p. 326); Dupin t. IV, p. 93-94; Ceillier l. c., art. II, § 4, n. 7 (p. 75-77).

(*v*) Ita ipse Theodoretus in omnibus fere Præfationibus Commentariorum suorum. Vid. ex. Gr. Præfat. Quæst. in Genes. (t. I, p. 1-2), Præf. Quæst. in libros Regnorum (t. I, p. 229), Præfat. et Conclusio interpretationis Psalm. (t. I, p. 394 et 982), Præfat. explanationis Cant. cantic. (t. I, 983-84); Præfat. interpretationis in Jerem. (t. II, p. 145), Præfat. interpretationis in Ezech. (t. II, p. 302), Præfat. interpretationis epist. S. Pauli (t. III, p. 1-2). Cf. Tillemont l. c., art. XLIV (p. 315-18.)

(*x*) Præfat. interpretationis in Danielem (t. II, p. 541-43).

(*y*) Photii cod. 203 et 204 (p. 271-72); Rich. Simon. *Histoire critique du Vieux Testament* l. III, chap. 10 (Rotterdam 1685, in-4, p. 408), qui Theodoreti Quæstiones et Commentarios omnibus altiorem S. Scripturæ cognitionem anhelantibus præprimis commendat; item Schulze in Opp. Theodoreti t. II Præfat. p. IV, et Noesselt in eadem Schulzii edit. Opp. Theodoreti t. III, Præfat. p. IV.

(*z*) Vid. Theodoreti *Histor. eccles.* lib. V, c. 40 (ed. Sirmondi c. 39). Historiam hanc Garnerius eo consilio scriptam fuisse putat, ut ostenderentur fontes, ex quibus Theodoreto viderentur orti errores, quos affingebat Catholicis et maxime Cyrillo; eam suspicionem ingeniosius fortasse, quam verius ex ipsa Theodoreti historia enucleata confirmare studet. Cf. Garnerii Dissert. II, c. 5, § 2 (p. 190-96), et Schulze Dissert. cit. p. 40-43; Tillemont l. c. art. XLIX (p. 308-33); Dupin t. IV, p. 94, 95 Ceillier l. c. art. II, § 5 (p. 77-92). Melior hujus historiæ editio, in qua capita singulorum librorum ratione a Sirmondiana nonnihil discrepante dividuntur ac numerantur, adornata est per H. Valesium

mis epistolis synodicis aliisque publicis testimoniis insertis, quæ brevibus narrationibus connectuntur. In ea tamen jure desideres diligentiorem temporum distinctionem rerumque ordinem; nimiæ quoque Theodori Mopsuesteni laudes, quem usque ad finem vitæ magnum Doctorem fuisse perhibet, in causa fuere, ut eam *historiam sedes apostolica accipere recuset* (*a*).

2. *Historia religiosa* (φιλόθεος ἱστορία, t. III) continet vitas et elogia triginta sanctissimorum ascetarum, qui partim in Oriente, partim in locis vicinis admirabilem vitam duxerunt, quorum agones spirituales Theodoretus vel ipse vidit, vel a testibus fide dignissimis accepit (*b*); unde quamvis nonnulla valde miranda ibi referantur, fidem tamen ejus narrationi detrahere minime licet, sed potius virtutem gratiæ Dei in hominibus juste cooperantibus admirari convenit. Hujus operis partem extremam constituit *Oratio de charitate* (*c*), luculenter exhibens causam, qua impulsi admirabiles isti homines ad certamina humanam naturam excedentia prodiere; in ista proin operis conclusione charitatis naturam, præstantiam, effectus et causas copiose exponit.

3. *Hæreticarum fabularum compendium* (t. IV), post concilium Chalcedonense roganti Sporacio consulari scriptum, quinque libris absolvitur. In primis quatuor libris omnes hæreses inde a tempore apostolorum variosque singularum errores paucis describit; quibus libro V *summam fidei catholicæ* (θείων δογμάτων ἐπιτομή) subjunxit, quo unusquisque veluti norma rectæ fidei inter multiplices errorum scopulos uti possit (*d*).

III. *Opera dogmatica.*

1. *Eranistes* seu *Polymorphus* (t. IV) (*e*) contra Eutychianos c. a. 447 scriptus (*f*) libris quatuor continetur, quorum tres priores *Dialogi* formam habent, quartus inscribitur *Demonstratio per syllogismos*. Singulis istis Dialogis singulare nomen ab argumento inditum; primus inscribitur Ἄτρεπτος sive *Immutabilis* (lib. I), quia ibi probatur, immutabilem esse unigeniti Filii divinitatem; secundus Ἀσύγχυτος, *Inconfusus* (lib. II), in quo scilicet demonstratur, non permistam sive inconfusam in Christo Domino esse divinitatis et humanitatis unionem; tertius Ἀπαθής, *Impatibilis* (lib. III), ubi ostenditur, a passionibus liberam fuisse Salvatoris nostri divinitatem: atque hæc dogmata præcipue ex auctoritate SS. Patrum totius orbis catholici firmantur. Demum libro IV quæ in Dialogis fusius et oratorio modo disputaverat, in syllogismos contrahit, ut argumentorum vis apertior sit et efficacior. — Operi huic perquam erudito opusculum aliud jungi convenit inscriptum: *Quod et post humanitatis assumptionem unicus Filius sit Dominus noster Jesus Christus* (*g*), in quo Theodoretus fidem suam de incarnatione Filii Dei optime ac dilucide exponit, ex S. Scriptura et SS. Patrum consensu firmat, contra Nestorium et Eutychem defendit.

2. *De Providentia orationes X* (t. IV), Antiochiæ probabiliter dictæ, mira eloquentiæ

Gr. et Lat. cum notis Parisiis 1673, recus. Moguntiæ 1679 fol. et inter Scriptores Historiæ Eccles. Græc. t. III, ed. G. Reading. Cantabrigiæ 1720; iterumque Augustæ Taurin. 1748, fol.

(*a*) Theodoreti *Hist. eccles.* lib. V, c. 40 (ed. Sirmondi c. 39); S. Gregorii M. lib. VII, ep. 34, ed. Maur., ubi tamen perperam Sozomenus pro Theodoreto legitur. Cf. de Theodoreti fide historica C. Baron. *Annal.* ad a. 378, n. 40-43.

(*b*) Cf. Garnerii Dissert. II, c. 5, § 3 (p. 196-204); Tillemont l. c. art. XLVIII (p. 327-30); Dupin t. IV, p. 95-101, et Ceillier l. c. art. II, § 6 (p. 92-120).

(*c*) Exstat in Opp. Theodoreti t. IV, Append., p. 680-95 (ed. Schulze t. III, p. 1296-1319). Cf. Garnerii Dissert. II, c. 5, § 4 (p. 204-5); Dupin t. IV, p. 109; Tillemont l. c., art. XLVIII (p. 329-30); Ceillier l. c., art. II, § 11, n. 1 (p. 186-87), et J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.*, vol. VIII, p. 287 et 294.

(*d*) Cf. Garnerii Dissert. II, c. 6, § 2 (p. 244-46); Tillemont l. c., art. L. (p. 333-36); Dupin t. IV, p. 103-7; Ceillier l. c., art. IV II, § 9 (p. 156-67); Schulze Dissert. cit. p. 47-49. Cæterum libri IV caput 12, in quo hæresis Nestorii proponitur, a Garnerio (Dissert. II, c. 8, § 2, p. 251-53) ex rationibus internis Theodoreto abjudicatur, qua in opinione Garnerium secuti sunt Cas. Oudin (t. I, col. 1104-8) et G. Cave (vol. I, p. 407.); alii tamen, ut Tillemont (vid. præsertim not. 17, p. 877-78), Dupin, Ceillier, Schulze locis supra cit. caput istud recte pro genuino agnoverunt. — *Epistola*, quæ inscribitur *ad Sporacium* (al. *ad Sporadium* vel etiam *liber contra Nestorium*) in Opp. Theodoreti t. IV, p. 1041-53, duabus revera constat partibus, quarum prior istud ipsum caput 12 libri IV *Hæret. Fabularum* iisdem verbis repetit, altera fidem de incarnationis mysterio exponens et B. Virgini Mariæ titulum Deiparæ asserens, Nestorium directe alloquitur et impugnat, hinc a quodam Theodoreti studioso nescio unde huc translata videtur. Cf. C. Baron. *Annal.* ad a. 449, n. 141-42; Tillemont l. c., art. L (p. 335); Dupin t. IV, p. 109 et 105; Ceillier l. c., art. II, § 11, n. 2 (p. 187); item Garnerii Dissert. II, c. 8, § 2 (p. 251-54) et c. 3, § 5, n. 9 (p. 205).

(*e*) *Eranistes* vel *Polymorphus* (ἐρανιστής, i. e. *mendicus*, πολύμορφος, i. e. *multiformis*) ideo inscribitur hoc opus, quia Eutychiani « a multis impiis hominibus (Simone Mago, Cerdone, Marcione, Valentino, Bardesane, Apollinari, Ario) infausta sua dogmata *emendicantes*, varium hoc et *multiforme* commentum proferunt » (Theodoreti Præfat.) Quapropter etiam hæreticus in Dialogis istis nomine *Eranistes* loquens inducitur. Hujus operis ipse Theodoretus meminit epist. 16, 83, 130; Phot. cod. 46 (p. 15) et Niceph. *Hist. eccles.* lib. XIV, c. 54.

(*f*) Solus fere Garnerius putat opus hoc eo maligno consilio conscriptum fuisse a Theodoreto, ut Cyrillum et Catholicos tecto nomine quasi Apollinaristas impugnaret, imo Nestorii doctrinam demonstratione firmaret (Theodoreti Auctar. p. 132, 240, 244, et in Opp. Marii Mercatoris parte II, p. 277). Sed hæc iniqua Garnerii suspicio haud immerito ab omnibus explosa (Tillemont l. c., art. XXVII, p. 270-78; Ceillier l. c., art. II, § 8, p. 149-56; Schultze Dissert. cit., p. 45-47) vel inde satis refellitur, quod in ipsis Dialogis S. Cyrillum inter præcipuos Ecclesiæ doctores retulerit (Dialog. II, p. 110-111).

(*g*) Opusculum hoc Gr. et Lat. habetur in Opp. Theodoreti ed. Schulze t. IV, p. 1307-13; Galland. *Biblioth.* t. IX, p. 412-15; Mansi t. V, col. 1039-46. Cf. Galland. l. c. Prolegom. c. 13, n. 1-2.

virtute et argumentorum copia nobile hoc thema pertractant, ita ut nemo alius antiquæ Græciæ scriptorum hac in re ipsi par aut superior dici possit (*h*). Priores quinque complectuntur quæcunque ad probandam divinam providentiam faciunt, sive mundi hujus admirabilis structura, sive corporis nostri fabrica, sive rerum omnium sapientissima gubernatio spectetur. Posteriores quinque eamdem providentiam in rebus præsertim humanis earumque varia conditione, in divitiis et paupertate (or. VI) in dominatione et servitute (or. VII et VIII), tandem in sorte piorum præsenti atque futura, et maxime in mysterio redemptionis generis humani conspicuam reddunt (or. IX et X).

I. *Græcarum affectionum curatio* (t. IV), duodecim libris absoluta, elegantissima atque eruditissima est apologia religionis Christianæ (*i*). Etenim cum gentiles frequenter Christianos deriderent, quasi solam fidem commendarent, insuper et martyres, homines misere defunctos, stulta præsumptione venerarentur, Theodoretus religionem nostram defendendam suscepit. In præclaris hisce sermonibus fidem Christianorum defendit et scientiæ defectum in apostolis excusat (I), tum ex adverso ponit gentilium et Christianorum doctrinas de principio Universi (II), de creaturis spiritualibus (III), de mundi creatione (IV), de natura hominis (V), et de providentia (VI), sacrificia gentilium et Judæorum (VII), venerationem martyrum et cultum heroum (VIII), apostolos et gentium legislatores (IX), vaticinia prophetarum et oracula gentilium (X), doctrinam de fine mundi et judicio extremo (XI), denique præcepta morum in Evangelio et in libris philosophorum contenta ac vitam Christianorum et philosophorum (XII).

I. *Reprehensio 12 capitum seu anathematismorum Cyrilli* (t. V, p. 1-68), scripta c. a. 430, animum Cyrillo valde infensum prodit, unde et sententias ejus in partem deteriorem accepit et justo acrius in S. Patrem invehitur.

IV. *Epistolæ* fere 200 (*j*) partim sunt *dogmaticæ* (ep. 21, 83, 84, 85, 109, 125, 130, 143, 144, 145, 146), partim *consolatoriæ* (ep. 7, 8, 12, 14, 15 17, 18, 27, 65, 69, 120, 132, 136), partim *heortasticæ* (ep. 4, 5, 6, 25, 26, 38-41, 53-56, 63, 64, 72, 74), seu in dies festos mitti solitæ; reliquæ varios vitæ ipsius eventus spectant, aut *familiares* sunt, commendatitiæ vel gratulatoriæ. Nihil eo in genere scribendi perfectius; nam quæ sunt epistolarum virtutes, brevitas, perspicuitas, elegantia, urbanitas, modestia, observantia decori, et ingeniosa prudensque ac erudita simplicitas, in epistolis Theodoreti admirabiliter ita eluceent, ut scribentibus exemplo esse possint (*k*).

Theodoreti scripta, quibus Nestorium ac Theodorum Mopsuestenum defendebat, sanctum Cyrillum et synodum Ephesinam impugnabat, ab Ecclesia catholica solemni sententia reprobata sunt (*l*). Inter opera ejus damnata, quæ hodiedum supersunt, pertinet reprehensio anathematismorum sancti Cyrilli et complures epistolæ, præsertim epistola ad monachos Euphratesiæ etc. (*m*). Is post Theodorum Mopsuestenum primus inter Græcos fuisse videtur, qui in ista reprehensione anathematismorum Cyrilli processionem Spiritus sancti ex

(*h*) Argumentum totius operis ipse Theodoretus exhibet orat. 9 (p. 424-25). Cf. J. Garnerii Dissert. II, c. 6, § 3 (p. 246); Dupin t. IV, p. 107-8; Tillemont l. c., art. XLVI (p. 323-24) et Ceillier l. c., art. II, § 10, n. 1-5 (p. 167-70).

(*i*) Argumentum hujus operis ipse Theodoretus accurate proponit in prologo ejusdem. Cf. J. Garnerii Dissert. II, c. 6, § 4 (p. 246-49); Dupin t. IV, p. 108-9; Tillemont l. c. art. XLVI (322-23) et Ceillier l. c., art. II, § 10, n. 4-16 (p. 170-86).

(*j*) Nicephorus Callistus (*Histor. eccles.* lib. XIV, c. 54) supra quingentas Theodoreti epistolas legit, ex quibus fortasse quispiam Theodoreti studiosus pulcherrimas 147 selegit, quæ hodie una collectione habentur. Theodoreti epistolæ 146 in ejus Opp. t. III reperiuntur, quibus accedit ep. 147, ad Joannem Germaniciæ episcopum (de qua vid. Justiniani imp. epistolam adv. defensores trium capitul. ap. Mansi t. IX, col. 637-40.). His adjungendæ complures epistolæ Theodoret in Garnerii Auctario p. 51-107, et quæ exstant Latine tantum in Synodico Cassin. (supra in Vita Theodoreti relatæ). In edit. Schulziana omnes Theodoreti epistolæ, præter eas quas exhibet Synodicon Cassin., serie continua reperiuntur t. IV, parte II.

(*k*) Ita de epistolis Theodoreti judicat Garnerius, alias censor Theodoreti valde iniquus, in Dissert. II, c. 5, § 5, n. 10 (p. 205). Idem Garnerius l. c., § 5 (p. 205—38) de singulis 147 epistolis tractat earumque tempus singillatim determinat; epistolis vero in Auctario positis notas fusiores subjecit, quemadmodum et Chr. Lupus epistolis in Synodico Cassin. contentis ejusmodi scholia adnexuit. Cf. Dupin t. IV, p. 111-17, et Ceillier l. c., art. II, § 7 (p. 120-49), item § 12, n. 6-9 (p. 193-99), et n. 11 (p. 201-2).

(*l*) « Condemnamus et anathematizamus, quæ impie Theodoretus conscripsit contra rectam fidem et contra duodecim capitula S. Cyrilli et contra Ephesinam primam synodum, et quæ ad defensionem Theodori et Nestorii ab eo scripta sunt, » (concil. Constantinopolit. II, collat. VIII, et can. 13, ap. Mansi t. IX, col. 375-76, et 385-86; item P. Vigilii epistola decretalis pro confirmatione V synodi œcumenicæ ibid. col. 417-18). « Neque Theodoreti omnia scripta damnamus, sed sola quæ contra duodecim Cyrilli capitula, sola, quæ contra rectam fidem aliquando scripsisse monstratur, quæ tamen et ipse damnasse cognoscitur, qui in sancta Chalcedonensi synodo vera confessus invenitur...... Sola ejus hæretica scripta respuentes, alia scripta illius non solum recipimus, sed eis etiam contra adversarios utimur. » P. Pelagii II, epist. ad Eliam Aquilei, c. 20. (Mansi t. IX, col. 450-52.). — Cæterum de Theodoreti fide admodum fuse et erudite agit J. Garnerius in Dissert. III. (Auctar. p. 457-92). iterum edita cum notis in Opp. Theodoreti ed. Schulze t. V, p. 446-511.

(*m*) Epistola hæc, apud Sirmondum desiderata, apud Garnerium (in Auctar. p. 62-63) ex parte tantum Latine exstans, integra Gr. et Lat. reperitur in Opp. Theodoreti ed. Schulze t. IV, p. 1291-1306; Galland. t. IX, p. 405-12; Mansi t. V, col. 1023-38.

Filio negavit (*n*). Stylus ipsius admodum facilis, perspicuus et copiosus vere Atticam gratiam redolet, quæ et lectorem sine fastidio tenet, et perspicuitati brevitate non officit (*o*).

Nota I. Haud pauca Theodoreti *opera* modo *deperdita* sunt, ut ex ipsius epistolis liquet (vid. ep. 82. 113, 116, 145). Ex his præcipue memoratu digni sunt: *Liber mysticus* 12 sermones complectens (ep. 82, et *Hæret. Fabul.* lib. v. c. 18. Cf. Garnerii dissert. II, c. 9, § 1); *Libri seu Sermones de virginitate* (vid. ejus commentar. in I Corinth. VII, 34; Opp. t. III, p. 155); *Sermones quinque in S. Joannem Chrysostomum* (vid. fragmenta in Photii cod. 273, p. 827-30; Garnerii Auctar. p. 30-34, et Opp. Theodoreti ed. Schulze t. V, p. 98-103. Cf. Ceillier l. c. art. II, § 12, n. 3, p. 190-91); tum *libri contra Judæos, contra Marcionem, contra Arianos et Macedonianos, contra Apollinaristas* (Cf. Garnerii Dissert. II, c. 9, § 2-4. Fragmenta quædam *Theodoreti de Trinitate, contra Sabellium* et *contra Arium* exhibet Galland. Biblioth. t. IX, p. 416-17. Cf. ibid. Prolegom. c. 13, n. 4); denique Πενταλόγιον περὶ ἐνανθρωπήσεως seu *Libri quinque de Incarnatione* et *Apologia Theodori Mopsuesteni* (Fragmenta in concil. Constantinopolit. II, Collat. V, ap. Mansi t. IX, col. 252-54.). Cf. etiam J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.*, vol. VIII, p. 306-7.

Nota II. Dubius est *Sermo* seu *Encomium in nativitatem Joannis Baptistæ* (Gr. et Lat. in Garnerii Auctario p. 21-30, et in Opp. Theodoreti ed. Schulze t. V, p. 84-97), Theodoreto haud indignus (Tillemont l. c., art. LI, p. 338; Ceillier l. c., art. II, § 12, n. 3, p. 190), potiori tamen jure Theodoro Daphnopatæ juniori ascribitur, Cf. J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.* vol. VIII, p. 296-97, et vol. X, p. 258.

Nota III. *Opera valde dubia*, seu potius *supposititia* hæc sunt:

a) *Sermones* 17 adversus S. Cyrilli et Catholicorum aliquot sententias (*adversus varias propositiones*) cum epistola præfationis loco iisdem præfixa (Gr. et Lat. in Garnerii Auctario p. 683-726. et in Opp. Theodoreti ed. Schulze t. V, p. 1113-74; item in Opp. S. Athanasii t. II, p. 491-514.), qui *Eutherium Tyanensem*, Nestorii atque Theodoreti amicum, Mario Mercatore teste, auctorem habere videntur, licet Photius cod. 46 (p. 14-15) eas Theodoreto ascribat; Cf. Garnerius et Schulze l. c. Montfaucon in Opp. S. Athanasii t. II, p. 472-73; Cas. Oudin t. I, col. 1131-32; Ceillier l. c. art. II § 11, n. 4 (p. 188) et J. A. Fabricii Biblioth. Græc., vol. VIII, p. 304-5.

b) *Dialogi VII adversus Anomœos, Macedonianos et Apollinaristas* (Gr. et Lat. in Garnerii Auctario p. 273-406, et in Opp. Theodoreti ed. Schulze t. V, p. 915-1112; item in Opp. S. Athanasii t. II, p. 407-491, et minus plene sub titulo: *Athanasii Dialogi V de S. Trinitate ed. Th. Beza. Paris.* 1570 in-8), quos Theodoreto vindicare studuit Garnerius Dissert. II, Append. (Auctar. p. 259-72), antiqui, sed incerti auctoris sunt, forte S. Maximi Confessoris, Cf. Montfaucon Monit. in opp. S. Athanasii t. II, p. 406-7 et 472; Schulze in Opp. Theodoreti t. V. p. 420; Tillemont l. c. art. XLVII (p. 324); Ceillier l. c. art II, § 12, n. 10 (199-201), et J. A. Fabricii Biblioth. Græc. vol. VIII, p. 299. De aliis quibusdam operibus Theodoreto suppositis vid. Garnerii Dissert. II, c. 8. (Auctar. p. 249-55).

Editiones: Theodoreti episcopi Cyri Opera omnia Gr. et Lat. ed. Jac. Sirmondus S. J. Paris. 1642. tomi IV fol., quibus adjungendum est *Auctarium Theodoreti, Cyrensis episcopi* seu Operum tomus V, ed. J. Garnerius (et Harduinus) Paris. 1684, fol. — Editionem hanc integram (ordine in tomis posterioribus paululum immutato, textu aliquoties emendato. præfationibus, observationibus, notis, indicibus et glossario adjectis) denuo recensuit J. L. Schulze Halæ 1769-74. V Tomi in 8°. (Singuli Tomi hujus editionis binis constant partibus). — Theodoreti Opera Græce edita ab Eugenio, diacono Bulgariæ. Halæ Sax. 1768-75. V Tomi in-4.

(*n*) Ita enim Theodoretus in reprehens. anathematismi IX: « Proprium Spiritum Filii, siquidem ut ejusdem cum eo naturæ et ex Patre procedentem dixit, simul confitebimur et tanquam piam suscipiemus vocem. Si vero tanquam *ex Filio aut per Filium* exsistentiam habeat, hoc ut *blasphemum* et impium rejiciemus. ». (Opp. S. Cyrilli t. VI, p. 228; Opp. Theodoreti t. IV, p. 718.). His affinia protulit Theodoretus in epist. 151, ed. Schulze t. IV, p. 1293, et in epist. ad Joannem Antioch. (Synodicon Cassin. c. 95. Cf. ibid. scholion Chr. Lupi Opp. t. VII, p. 253-54). Præterea Cf. J. Garnerius in Dissert. III, c. 1 (Auctar. p. 458-61) et J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.* vol. VIII, p. 279.

(*o*) Vid. Nicephori Callisti *Histor. eccles.* lib. XIV, c. 54. Ita et Photius cod. 31 (p. 8), cod. 46 (p. 15), cod. 56 (p. 22) et cod. 203 (p. 271); Tillemont l. c., art. IV (p. 215-16) et Ceillier l. c., art. IV, n. 1 (p. 261-64).

BEATI THEODORETI

EPISCOPI CYRI

OPERA QUÆ REPERIRI POTUERUNT OMNIA.

POST. RECENSIONEM JACOBI SIRMONDI

DENUO EDIDIT

JOAN. LUDOVICUS SCHULZE.

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO
FRIDERICO
PRINCIPI REGIO, GLORIOSISSIMI STEMMATIS BRITANNICI CELSISSIMO DUCI GLOCESTRIÆ, LUNEBURGI, ETC.
ET
REVERENDISSIMO EPISCOPO
ECCLESIÆ CATHEDRALIS OSNABRUGENSIS, PIO AC FELICI
DOMINO MEO INDULGENTISSIMO
NECNON
EJUSDEM CATHEDRALIS ECCLESIÆ MAXIME REVERENDIS, ILLUSTRIBUS
AC GENEROSISSIMIS DOMINIS
CÆTERISQUE REVERENDISSIMI CAPITULI MEMBRIS, DOMINIS MEIS GRATIOSISSIMIS.

Serenissime Princeps,
Episcope reverendissime,
Viri maxime reverendi, perillustres ac generosissimi,

Haud e longinquo petendæ sunt rationes, quæ tantum apud me valuerunt, ut celsissimo nomine tuo, Reverendissime Episcope ac Princeps serenissime, huic operi quod episcopi gravissimi Scripta complectitur, perenne decus et adeo singulare ornamentum conciliare, simulque Vobis, Viri maxime reverendi ac perillustres, hunc librum, tanquam devotissimæ mentis testem ac pignus offerre auderem. Beati Theodoreti hæc sunt scripta, Cyri quondam episcopi, de Ecclesia omnique adeo re sacra multis nominibus meriti, purioris doctrinæ sanctissimæque fidei propugnatoris maxime strenui, paganismi autem et hæreticarum fabularum adversarii acerrimi; viri denique, in quo omnes illæ virtutes, quæ episcopum decent, amico erant conjunctæ vinculo. Hinc spes enata est quam certissima, fore ut episcopi de Ecclesia adeo meriti Opera indulgentissimo aspectu tuo, Revendissime Episcope ac Princeps Serenissime, haud careant, vobisque, viri maxime reverendi ac perillustres, haud omnino displiceant. Ita quidem ut augurari liceat, facit tua in pietatis studio assidua exercitatio, suadet etiam illa qua Ecclesiæ vestræ commodo invigilatis, cura indefessa, et in Scripta, quæ ad sanctissima doctrinæ capita pertinent, prona voluntas.

Dignam episcopali munere imaginem, Reverendissime Episcope ac Princeps Serenissime, in his beati Theodoreti Scriptis delineatam vides, quam in te aliquando expressam et illustriorem esse futuram, quis est qui dubitet? De splendidissimis dotibus a summo Numine tibi concessis, omnes qui invictissimi potentissimique magnæ Britanniæ regis sceptro subjecti sunt, teque in spem sæculi adolescere vident, merito lætantur: te quoque exteri admirantur, oculosque in te tanquam in virtutis exemplum sublimi in loco positum, conjiciunt. Faxit Deus T. O. M. ut sacratissimam episcopi personam tuearis quam diutissime; ut cum annorum tuorum incremento tuæ quoque Ecclesiæ salus stabiliatur, teque præside maneat inconcussa; utque cum totius celsissimæ regiæ domus Britannicæ salute ac incolumitate, tua quoque sit omni ære perennior.

Vosque, Viri maxime reverendi ac perillustres, in quibus vivit, novasque in dies vires acquirit Ecclesia vestro moderamine nixa, date, quæso, pietati in vos meæ, quæ esse debet maxima, ut hæc in Theodoreto refingendo posita studia vobis probari cupiam quam maxime. Hoc si, non dicam sperare, sed omnino persuasum habere liceat, erit de quo læter

mihique magnopere gratuler. Deum autem T. O. M. supplex rogo, ut vos, Viri maxime reverendi ac perillustres, in Ecclesiæ vestræ salutem, omnisque rei sacræ præsidium ac insigne ornamentum quam diutissime superstites esse jubeat, vestrisque conatibus Ecclesiæ saluberrimis in posterum quoque annuat quam clementissime.

Ita precatur, Deumque rogat, Serenissime Princeps ac reverendissime Episcope, Viri maxime reverendi, perillustres, illustres ac generosissimi, summorum nominum vestrorum humillimus et devotissimus cultor

JOAN. LUDOV. SCHULZE.

Dab. Halæ in Acad. Frideric. VI Kal. Octobris A. R. S. MDCCLXVIII.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

[XIII] Alter jam agitur annus, ex quo nostrum de paranda nova Theodoreti Operum editione consilium cum Eruditis communicavimus; quod cum probaretur bonis omnibus, alacri animo hunc laborem suscepimus, ejus nec diuturnitatem nec magnitudinem magnopere metuentes. Quod Deus itaque faustum et felix esse jubeat! primus nunc in lucem emittitur editionis nostræ tomus, quem haud adeo longas traxisse moras putabunt, quotquot intelligunt, quantum operæ et temporis comparationi quatuor manuscriptorum codd. aliisque subsidiis ad hunc tomum locupletandum adhibitis, impendi debuerit. Quid præstitum sit a nobis, paucis nunc recensebimus, ita tamen ut æquis ac peritis lectoribus relinquamus judicium, quos magnopere rogamus, ut in rei litterariæ publicamque adeo utilitatem sua conferant consilia, si quid vel emendandum vel rectius disponendum esse videatur.

[XIV] Ordinem librorum eumdem tenuimus, quem olim secutus est Jac. Sirmondus, cujus editioni nostram esse cupimus quam simillimam. Complectitur itaque hic tomus *Commentarios* Theodoreti *in historicos V. T. libros*, scilicet in Octateuchum, in quatuor libros Regum et Paralipomena, necnon *Interpretationem Psalmorum* uberrimam. Ulterius progredi jam non licuit, ne mole suà laboraret liber, si justos excederet limites. Hinc factum est ut Commentarii in Canticum canticorum ad proximum tomum remitti debuerint, atque a priori nostro consilio, Garnerii aliquot Dissertationes cum necessaria Epicrisi huic tomo præmittere, abstinendum esse putaverimus. Magnopere quidem placuit illud Oudini *De Script. eccles.* t. I, p. 1134, monitum, primam, secundam ac tertiam Dissertationem ex Garnerii Auctario præmittendam esse novæ, si unquam pararetur, Operum Theodoreti editioni; imo e re nostra esse videbatur scriptorem nostrum contra Garnerii cavillationes in ipso quasi Operis introitu defendere: tamen cum plura non caperet hic primus editionis nostræ tomus, et eruditis quibusdam, quorum magna debet esse auctoritas, aptum videretur, Dissertationes istas ultimo novæ editionis tomo comprehendere, mutavimus consilium. Ne vero bonæ Theodoreti causæ, quam post Sirmondi tempora male egit Garnerius, quidquam inhæreret maculæ, Dissertatio præmittenda fuit, quæ de Vita et Scriptis viri de Ecclesia meritissimi ita exponeret, ut lectoribus patere possit, quanta sit scriptoris nostri dignitas, et quam iniquum judicem egerit Garnerius. Et hoc quidem labore eo magis opus esse videbatur, quia Vita Theodoreti, quam olim Sirmondus editioni suæ præmisit, adeo brevitate laborabat, ut sitim excitare quidem, sed non restinguere putaretur.

In adornanda autem editione nova operam imprimis dedimus, ut textum Græcum emendatiorem, et quantum fieri posset locupletiorem, exhiberemus. Multam quidem Sirmondus adhibuit diligentiam, ut Græca, quæ plurimis Theodoreti scriptis antea Latine tantum editis, primus e codicibus adjecit, quam castigatissima prodirent, nonnulla tamen sive supplenda, sive emendanda nobis reliquit. Cum enim Pici, Carafæ, Herveti aliorumque interpretationes Latinas [XV] in editionem suam receperit, hisque antiquioribus versionibus textum Græcum adjecerit, factum est ut hic illis non ubique responderet. Nunc enim plura, nunc pauciora, nunc vero longe alia in textu quam in versione erant expressa: imo lacuna quatuor linearum obvia erat in Commentario ad Psal. XVIII, 6, 7, tomo I, p. 467 edit. Sirmondianæ. Quæ cum ita essent, facile cognovimus parum utilem fore novam hujus scriptoris editionem, nisi textus ad msc. codicum fidem iterum revocaretur, et Latina versio ita emendaretur, ut textui Græco responderet quam exactissime. Hæc cum meditaremur, et auxilia circumspiceremus, quæ obtinendo huic fini essent satis apta, providam summi Numinis curam, quam pio gratoque animo celebrare juvat, experti sumus. Brevi enim tempore factum est, ut summorum virorum, qui studiis nostris faverent, auxilio adjuti, plura quam sperari potuerant, obtineremus præsidia. Nec sumptibus in librum rei sacræ inter nos promovendæ apprime utilem, erogandis, parcendum esse putarunt venerandi illi viri, quorum insigni de bono publico bene merendi studio factum est, ut bibliopolium Orphanotrophei ne hoc quidem tempore, quo consilium de scriptore quodam ecclesiastico prelis iterum subjiciendo multis minus opportunum videri potuisset, hæc studia nostra a se aliena putaret.

Quæ e codicibus ad ornandum hunc tómum accesserunt, multa sane et non spernenda, et fere omnia debentur amplissimæ in commodum litterarium voluntati illustrium inclytæ urbis Augustæ Vindelicorum procerum, qui avitam istam cum summa laude tuentes gloriam, nostris, ut olim multorum, eximie faverunt studiis. Hanc litteris promovendis valde utilem bonisque omnibus charam mentem, ut silentio præterire nefas esset, ita committere non possumus ut publicum hoc pietatis nostræ animique tanta beneficiorum magnitudine magnopere affecti desideretur monumentum. Debemus illud illustrium bibliothecæ Augustanæ curatorum munificentiæ, qua usum manuscriptorum quæ locupletando scriptori nostro inservire poterant, liberalissime nobis concedere haud dubitarunt. E numero illorum satis magno, hoc loco quatuor illi codices commemorandi erunt, quibus ad exornandum hunc tomum usi sumus. In horum autem descriptione, ut breviores simus, a laudibus nobis temperabimus, utpote quia Ebingeri, Hœschelii et Reiseri Indices mss. bibliothecæ Augustanæ, codices istos jam dudum inter eruditos commendarunt. Is quem primum adhibuimus, cum Theodoreti Commentarius in Octateuchum prelo parandus esset, est chartaceus, sæculo XI, ut videtur, scriptus in fol. Complectitur Quæstiones in quinque libros Mosis, in librum Josuæ, et maximam omnino partem libri Judicum, usque ad initium Quæstionis vicesimæ. In eodem codice exstant carmina Sibyllina, quæ ex illo olim edita sunt a Xysto Betuleio, cujus esse putantur notulæ ad marginem passim ascriptæ. Tres alii codices spectant ad Commentarium in Psalmos. Primum inter illos tenet is quem in editione nostra *primum* diximus, quia præstantior est reliquis duobus, quos etiam antiquitate superat. Quantum enim duce Montfauconio, cujus in hunc finem consuluimus Palæographiam Græcam, in re plerumque satis incerta assequi potuimus, eum ad sæculum X referendum esse putamus. Est membranaceus in 4, et ob minutum characterem ac singularia scribendi compendia lectu omnino difficilis. Comprehendit vero unius Theodoreti integrum in Psalmos Commentarium, et partem Præfationis, cujus initium incidit in verba illa ὀλοφύρεται συμφορὰς quæ exstant pag. 604 edit. nostræ. Præmissa sunt octo folia, quorum quatuor priora, quæ recentiorem manum aliumque scriptorem produnt, inscripta sunt, Προοίμιον εἰς τὸν ψαλτῆρα καὶ ἐγκώμιον εἰς τὸν Δαβίδ, quatuor autem postrema adeo sunt vetustate detrita, ut litterarum characteres admodum exiles vix possint agnosci. Hæc sequitur Commentarius in Psalmos, quem, ut jam diximus, integrum, deinde excipit Expositio variorum auctorum in Canticum Mosis, satis male quidem, paululo tamen recentius scripta, quam qui proximum tenet locum, Index Sermonum Chrysostomi. Finem codicis faciunt folia quædam admodum vetustate corrupta, quæ ad Gregorii Nysseni librum *De anima* pertinere videntur. Codex, quem *secundum* in editione nostra diximus, est chartaceus in 4, recentiori manu ab antiquiori quodam, ut putamus, descriptus, qui desinit in medio Commentarii ad psalmum nonagesimum quartum. In fine subjuncta est eadem, etsi in verbis paululum diversa, variorum auctorum Expositio Cantici Mosis, de qua jam diximus. Is denique codex quem *tertium* in Scholiis nostris dicere consuevimus, est membranaceus, in folio ut aiunt, sæculo X vel XI satis nitide scriptus, [XVII] et bene servatus. Complectitur Catenam in Psalmos ex Asterio, Basilio M., Cyrillo, Didymo, Eusebio et Nostro collectam, quæ incipit a psal. IX, 16, et progreditur usque ad finem psalmi quinquagesimi.

Præter hos quatuor codices Augustanos, quorum exactissimam cum textu Sirmondiano instituimus comparationem, aliis quoque ad hunc tomum uti licuit subsidiis. Ad primam ejus partem, seu ad Commentarios in Octateuchum utiliter adhiberi potuit ac debuit editio mere Græca, quæ studio Joannis Pici Parisiis anno 1558 in 4 prodiit. Cum vero in hac editione Pici, æque ac in codice Augustano antea commemorato, nonnullæ Quæstiones in librum Judicum et Commentarii in librum Ruth deessent, hunc defectum aliquo modo suppleri posse putavimus ex illis quæ Dav. Hœschelius suis ad Photium Notis pag. 53 seq. e codice quodam Bavarico inserenda curavit. Ad libros Paralipomenon, post pag. 600, accesserunt variæ lectiones e præstantissimo codice Coislin. VIII collectæ. His ut frui nobis liceret, debemus illustri Schlægero, qui ut eruditionis fama multorum in Gallia et Italia eruditorum meruit amicitiam, ita quoque horum auxilio egregie conatibus nostris profuit, imo vel solo hoc nomine de nobis summopere meritus est, quod codicis istius Coisliniani a Montfauconio Biblioth. Coisl. p. 50, dignis laudibus ornati, Excerptorum copiam nobis fecerit per eruditum, quem Argentorati habet amicum. Præterea quoque ex amplissimo bibliothecæ Mediceæ Laurentianæ thesauro quædam ad hunc tomum condecorandum accesserunt, operam nobis præstante Cl. Bandinio bibliothecæ præfecto. Hæc maxima ex parte desumpta sunt ex præstantissimo illo sæc. X, vel XI codice, quem ampl. Bandinius Catalogi codicum mss. jam dictæ bibliothecæ, pag. 87 seq., descripsit. Ad illum enim pertinent omnia ista quæ ad psal. V—XXIV, in editione nostra relata sunt. Quæ vero ad psalmum LXXVII, pag. 1148, schol. 6, inserenda curavimus, descripta sunt e cod. XIV, cujus descriptio exstat l. c., pag. 34 seq., ad quem etiam pertinent, quæ pag. 1409 editionis nostræ allata sunt ad psal. CXII, 9.

Hactenus de codicibus Augustanis, Coislinianis ac Florentinis dictum est. Possent etiam hoc loco alia commemorari, quæ ad [XVIII] locupletandos proximos tomos, sive ex iisdem sive ex aliis celeberrimis bibliothecis collecta et fidei nostræ liberalissime concessa sunt. Ne autem justo prolixiores simus, aut ambitiosius de nobis prædicare videamur, non nisi illis quæ ad hunc tomum pertinent, inhærebimus; alio enim tempore de iis quæ ad reliquos spectant, dicendi erit opportunior locus. Paucis itaque adhuc commemoramus, suo loco sive scholiis inserta, sive, ubi textus Sirmondianus eadem habebat, brevissime indicata esse ea, quæ Garnerius Auctarii pag. 7-20., e codice Vat. 247, ad locupletandum Commentarium in Psal-

mos attulit. E Catena seu Expositione Patrum Græcorum in Psalmos, quam Balth. Corde rius S. J. Antv. 1643-1646 edidit, multa potuissent in textum inferri, quæ tamen consult omisimus, tum quia dubia plerumque est Catenarum fides, tum quia librum istum faciliu quam codices, quisquis adire potest. Satis itaque esse putavimus, si locorum quæ ad aliur auctorem a Corderio relata sunt, vel tribus verbis mentio fieret.

Hæc fuerunt præsidia, quibus muniti accessimus ad textum Græcum, ubi opus esset, re stituendum ac locupletandum. In hoc negotio peragendo egregiam utilitatem nobis præsti terunt codices Augustani, quorum ope supplevimus quæ in textu Sirmondiano desidera bantur. Multis jam non opus erit testimoniis, quæ ex Scholiis nostris facile colligi possent tamen, ut dictis fidem faciamus, unum alterumve adducere operæ erit pretium. Ita psa LVI, 1, pag. 977 edit. nostræ e cod. Aug. I., inserenda fuerunt verba ista, ὁ μέγας Δαβὶδ ut textus Græcus responderet versioni Latinæ Carafæ, qui eadem legit, ut observatum es l. c. in schol. Sic quoque psal. CXVIII, 139, pag. 1473 edit. novæ, ante nomen Stephani e eodem codice supplevimus ὁ καλλίνικος, quod Carafa quidem, non autem Sirmondus in codic suo legerat. Sæpius quoque in versione Latina suppleri debebant, quæ non modo in text Sirmondiano, sed nostris quoque codicibus exstabant. Hujus emendationis vel unicum multis exemplum attulisse sufficiat, quod exstat psal. CXVIII, 152, pag. 1476, ubi in Carafa interpretatione desiderabantur verba ista: *Descendens*, inquit, *contestare eos per cœlum q terram*. Sed de his satis. Magis lætati sumus de auxilio quod egregii isti codices nobis at tulerunt, ut lacuna illa, de qua jam diximus, feliciter expleri posset, psal. XVIII, 6, 7. Mult etiam, eaque nonnunquam satis prolixa loca in Commentario ad Psalmos [XIX] ex his codicibu accesserunt, quæ signo illo (») a textu Sirmondiano distinguere visum est. Sed non omnes ist accessiones in textum recipi vel potuerunt vel debuerunt: magnam potius earum partem a marginem remisimus, si vel nexus cum illis quæ præcedebant, erat minus aptus, vel apu Montfauconium in Collectione nova Patrum, apud Corderium, imo quoque in Chrysostom aliorumque scriptis, eadem sub aliorum auctorum nomine expressa vidimus, vel deniqu aliæ dubitandi rationes adfuerunt. Speramus etiam, æquos harum rerum judices hoc nostrun consilium esse probaturos. Maluimus enim in re satis gravi timidiores quam audaciores vi deri, et a culpa ista immunes esse, quam illi sibi contraxerunt, qui ut scriptorem quemdan egregie locupletasse putarentur, obvia quæque minus caute arripuerunt.

Nunc paucis reddendæ erunt rationes, cur in Scholiis textui, parca licet manu, adjectis tum receptam LXX Interpretum lectionem, tum Fragmenta reliquorum interpretum Græco rum, tum denique ipsius Græcæ versionis ab Hebraica veritate dissensum, passim attinger visum sit. Ad primum quod attinet, lectionibus versionis Græcæ restituendis admodum pro ficuum esse putamus, si in scriptis Patrum Græcorum lectiones illæ non negliguntur, qua a recepta LXX Interpretum lectione recedunt. Ita enim haud raro genuinam et primitivan horum Interpretum lectionem deprehendimus, in qua vel omnes vel plurimi commentatore Græci consentiunt. Sic II Reg. XX, 18, recepta lectio versionis Græcæ est ἔθεντο; Theodoretu autem, ut ad locum istum observavimus, legit διέθεντο. Jam cum hæc posterior lectio i Commentariis Græcis tantum non omnibus obvia sit, specie haud caret conjectura, eam ess genuinam et primitivam, ex qua emendari possit recepta lectio. Alia hujus generis exem pla in eodem libro exstant cap. XXI, 2, et cap. XXIV, 1. Observavimus autem, Theodore lectiones plerumque consentire cum codice Alexandrino et Oxoniensi, sicque cum edition Aldina, et, si fides debetur Bosii Excerptis, etiam cum Complutensi. Ad alterum quod at tinet, antiquiorum interpretum Fragmenta adhibenda esse putavimus, ubi Theodoretus mi nus rectam LXX Interpretum versionem secutus erat, quod tamen rarius accidit, ut quæst VI in librum Judicum. De reliquo laudandum est criticum Nostri studium, utpote qui hau raro falsas LXX Interpretum explicationes [XX] melioribus Symmachi aliorumque postposui ubi opus erat, reliquorum interpretationes recensuit. Multum itaque adjuvit Montfauconi et Drusii operam in colligendis antiquorum interpretum Græcorum Fragmentis positam etsi in Scholiis passim a nobis indicata sint, quæ in Montfauconii Hexaplis desiderantu Quod denique reliquum est, diversitas, quæ inter textum Hebraicum et versionem Græcar haud raro intercedit, et in Psalmis præcipue frequens est, vel ideo paucis indicanda fui ut cavere sibi discant alii, ne sensu alieno in S. Scripturam illato, ad alia quævis delaban tur. Hoc enim Patribus Græcis sæpius accidisse, docet versionis Græcæ, quam sequi solen cum Hebraica veritate comparatio.

Reliquum est, ut moneamus, ad initium paginarum editionis Sirmondianæ se referre aste riscos ad marginem in textu editionis nostræ appositos, ipsi autem Operi Indicem harmon cum, ut dicunt, paginarum utriusque editionis præmissum esse, quo in rem suam commod uti poterunt, qui locum ex editione Sirmondiana allegatum, in nostra quærunt. Nec inutil visum est, ad finem Commentarii in Psalmos Græcum subjungere Indicem, secundu prima cujusvis psalmi verba, alphabetico ut aiunt ordine compositum. Loca etiam biblica i hoc Opere citata, non solo capitis numero, ut in priori editione, sed addito versiculoru numero exprimenda esse duximus. Laudandum quoque est studium cl. Bertrami A. M. q omnem dedit operam, ut hæc nova editio, quantum fieri posset, ab erroribus typothet rum esset immunis.

Deum rogamus, ut hos et reliquos conatus nostros in nominis sui gloriam et aliorui utilitatem cedere jubeat clementissime. Dab. Halæ in Acad. Frideric. VI Cal. Octobr. A. R. S MDCCLXVIII.

SIRMONDI PRÆFATIO.

—

[XI] Qui non abs re fortasse poteram præfatione ista supersedere, atque in hac Theodoreti editione nostra quid præstitum sit, oculis tuis potius, lector, et observationi relinquere: de paucis tamen quibusdam, in quibus errare te posse sentiebam, non ingratum fore visum est si breviter indicarem. Primum omnium de Quæstionibus in Octateuchum, quæ sunt in principio tomi primi, cum harum exemplar in Bibliotheca regia Joannes Picus interpres nullum ætate sua fuisse narret, optimum vetustissimumque in ea nunc esse, quod nobis non solum Theodoreti præfationem hactenus non editam, cum iis quæ in Pici codice sub finem desiderabantur, exhibuit, sed et alia passim multa vel pleniora vulgatis vel emendatiora subministravit, perturbationemque illam discussit, quæ suspensos legentium animos in quæstione 20 morabatur. [XII] Ubi cum de imagine Dei, quemadmodum accipienda sit, veterum aliquot scriptorum opiniones protulisset ac rejecisset Theodoretus, easdem ipsas quas improbarat, postmodum asserere et confirmare videbatur, errore ut apparet hinc nato, quod, cum ex antiquis Catenis, quas vocant, excerptas Theodoreti Quæstiones istas constet, qui codicem, quo usus est Picus, descripsit, cum Theodoretianis sententiis, Origenis quoque ac Diodori et Theodori sententias illas quas rejecerat, prætermissis auctorum nominibus per imprudentiam subjunxit. Quo prorsus mendo caruit codex regius, qui quod Theodoreti non sit hoc loco nihil habet. Hunc itaque nos secuti, ea quæ subjiciebantur sic retinuimus, ut Origenis, Diodori et Theodori præfixis vocabulis, non Theodoreti, sed aliorum esse ostenderemus. Quin et hoc exemplo, non modo alia id genus aliorum auctorum commatia, quæ aliis in locis occurrebant, et proprium nomen retinebant, non sustulimus, sed et ipsi nova quædam interdum, quæ ad Theodoretum facerent, eodem ex fonte petita, e re tua futurum id sperantes, indidimus: in secundo deinde tomo, qui prophetarum explanationes continet, ut Isaiæ Commentariorum, qui nusquam reperiuntur, jacturam aliqua ex parte resarciremus, ex iisdem Catenis ea delibavimus, quæ Theodoreti nomen præferebant, quæ quidem cum medullam haud dubie omnium quæ in Isaiam scripserat, succumque complectantur, subsidio interim erunt, dum integrum opus emergat. Quanquam hujus potiundi spes jam dudum, ni fallor, apud Græcos ipsos interiit: quippe qui ad jacturæ solatium Excerpta quoque istiusmodi aggressi sint, quorum exemplaria et Romæ et Parisiis videre nos meminimus, sed quæ ultra XV Isaiæ caput non procedebant. In tertio lucem nunc primum vident Theodoreti Epistolæ CXLVII, paucæ videlicet, si cum iis conferantur, quas Nicephorus abs se lectas commemorat numero quingentas. In his Vaticanum codicem exhibuimus, quo usus est cardinalis Baronius in Annalibus. Postea Neapolitanum alterum nacti, varias ex eo lectiones Vaticano apographo castigatiores selegimus, suoque loco edendas [XIII] curavimus. In quarto nihil est admonendum quod Græce Latineque antehac excusum non sit, cum in cæteris Græce plurima nunc primum proferantur: in primo nimirum, Quæstiones in libris Regum, et Paralipomena, itemque Psalmorum interpretatio et Cantici canticorum: in secundo universa, hoc est prophetarum omnium, tum majorum præter Isaiam, tum minorum duodecim explanatio: in tertio denique, Expositio Epistolarum beati Pauli, religiosa eremitarum historia, et Theodoreti quas diximus Epistolæ. De versionibus Latinis hoc quoque admonendus es, lector, quoniam in Græco-Latina editione id præcipue spectandum videbatur, ut Latina Græcis, quoad ejus fieri posset, paribus spatiis responderent, brevitati autem Theodoreti laciniosa quorumdam interpretum oratio minime congruebat, faciendum necessario fuisse, ut huic incommodo mederemur. Quod nunc parcius, nunc liberius aliqua interpolando dum facimus, reprehensionem vereremur, nisi conscii nobis essemus, quanti omnium, qui in hac arena versati sunt, doctrinam facundiamque faceremus. Quorum etiam beneficii memoria ne interiret, singulorum Epistolas, quid quisque primus in lucem protulerit explicantes, sed in aliis deinceps editionibus prætermissas, in hac nostra restituendas duximus. Ante omnia vero, Theodoreti quoque ipsius Vitam ex ejus potissimum Epistolis concinnatam adjecimus. Tu æqui omnia consule, et vale.

VETERUM ALIQUOT SCRIPTORUM

DE THEODORETO TESTIMONIA.

—

Sancti Leonis papæ in Epistola ad Theodoretum ipsum, quæ integra exstat in Appendice sub finem tomi IV editionis Sirmond.

Dilectissimo fratri Theodorito episcopo, Leo episcopus.

Remeantibus ad nos fratribus et consacerdotibus nostris, quos ad sanctum concilium Sedes B. Petri

direxit, agnovimus dilectionem tuam superno adjutorio nobiscum tam Nestorianæ impietatis quam Eut chianæ vesaniæ exstitisse victricem. *Et post alia.* Sed benedictus Deus noster, cujus invincibilis veritas omni hæreseos macula mundum te secundum sedis apostolicæ judicia demonstravit. Cui dignam retribu pro tot laboribus gratiam, si talem te, qualem probavimus ac probamus, pro universalis Ecclesiæ defensio servaveris. Nam quod Deus omnium calumniosorum fallacias solvit, maximam beatissimi Petri cura pro nobis cunctis agnoscimus, qui postquam suæ sedis judicium in fidei defensione firmavit, nec cir cujusquam vestrum, qui nobiscum pro catholica fide laborastis, personam quidquam reprobum videri pe misit : quia nec poterat Spiritu sancto judicante quisquam ex eis non victor exsistere, quorum jam vicer fides.

—

Gennadii presbyteri, in libro De viris illustribus, cap. 89.

Theodoretus episcopus Cyri civitatis (a Cyro enim rege Persarum condita servat hodieque apud Syria nomen auctoris), scripsisse dicitur multa : ad meam tamen notitiam ista sunt quæ venerunt. De incarn tione Domini adversus Eutychem presbyterum, et Dioscorum Alexandriæ episcopum, qui humanam i Christo carnem fuisse negant, scripta fortia, per quæ confirmat et ratione et testimoniis Scripturarum, il illum veram maternæ substantiæ carnem habuisse, quam ex matre Virgine sumpserat, sicut et vera Deitatem, quam æterna nascibilitate a Deo Patre gignente ipse nascendo suscepit. Et decem *Historiæ ec clesiasticæ* libri, quos imitatus Eusebium Cæsariensem scripsit, incipiens a fine librorum Eusebii, usqu ad suum tempus, id est, a Vicennalibus Constantini usque ad imperium Leonis senioris, sub quo et mo tuus est.

—

Theodori abbatis et philosophi in Argumento synodi Ephesinæ.

Εὑρέθη δὲ μετὰ Ἰωάννου Θεοδώρητός τις, ἐλλογιμώτατος Κύῤῥου ἐπίσκοπος πόλεως ἀνατολικῆς. Οὗτος κατὰ Κυρίλλου λέγων, ἐπελαμβάνετο καὶ τῶν δώδεκα κεφαλαίων, ὧν ἔγραψεν ἐν τῇ τρίτῃ ἐπιστολῇ τῇ πρὸς Νεστόριον. Καὶ ἀνέτρεπεν αὐτά, λέγων ὅτι Ἀρειανός ἐστιν ὁ ἅγιος Κύριλλος, καὶ τὰ Εὐνομίου καὶ Ἀπολιναρίου φρονεῖ. Ὁ γὰρ Κύριλλος Νεστορίῳ ἀπομαχόμενος τῷ διαιροῦντι τὴν οἰκονομίαν,, τῆς ἑνώσεως μᾶλλον φροντίδα πεποίηται· ὅθεν καὶ ἐδόκει πως τῷ Θεοδωρήτῳ ὡς μίαν φύσιν δοξάζων, ὡς οἱ Ἀρειανοὶ καὶ οἱ περὶ τὸν Ἀπολινάριον. Πλὴν οὔτε Θεοδώρητος φαίνεται πώποτε τὸν Νεστόριον ὑπερμαχόμενος, ἀλλὰ μόνον τὸν Κύριλλον ἀπομεμφόμενος διὰ τὴν συμβᾶσαν εἰς Ἰωάννην ἀτιμίαν. Εἰ δὲ βούλεταί τις γνῶναι, ὅτι Θεοδώρητος καὶ λίαν ἐμίσει Νεστόριον, ἀναγνῷ τὸ περὶ τῶν αἱρέσεων αὐτῷ Θεοδωρήτῳ γεγραμμένον βιβλίον.

Cum Joanne adfuit Theodoretus eloquentissimu episcopus Cyri civitatis orientalis. Hic contra Cy rillum agens, duodecim ejus capitula reprehendeba quæ in tertia ad Nestorium epistola conscripsit; re fellebatque illa, dicens Arianum esse sanctum Cy rillum, et cum Eunomio et Apollinari sentire Cyrillus quippe Nestorio resistens incarnationen dividenti, majorem unionis curam præ se tulit : und et Theodoreto unicam naturam docere videbatur sicut Ariani et Apollinaris. Sed neque Theodoretu Nestorium defendere unquam visus est, sed Cyril lum duntaxat accusare ob illatam Joanni contume liam. Quod si quis nosse velit exosum vehemente Theodoreto fuisse Nestorium, librum legat quen Theodoretus ipse *Adversus hæreses* composuit.

—

Joannis Euchaitæ in Elogiis scriptorum ecclesiasticorum.

Ἐνιστορήσας τοὺς σοφοὺς διδασκάλους
Καὶ τὸν Θεοδώρητον αὐτοῖς ἐγγράφω,
Ὡς ἄνδρα θεῖον, ὡς διδάσκαλον μέγαν,
Ὡς ἀκράδαντον ὀρθοδοξίας στύλον.
Ἂν δ' ἐκλονήθη μικρὸν ἔκ τινος τύχης,
Ἄνθρωπος ἦν, ἄνθρωπε, μὴ κατακρίνῃς·
Οὐ γὰρ τοσοῦτον δυσσεβὴς ἦν ὁ κλόνος,
Ὅσον μετεῖχε τῆς ἐριστικῆς βίας.
Τί γάρ ; Κύριλλον πανταχοῦ νικᾷν ἔδει,
Καὶ δογματιστὴν ὄντα, καὶ λογογράφον.
Ὅμως δὲ τούτῳ καὶ διώρθωται πάλιν.
Τὰ δ' ἄλλα πάντα τῶν μεγίστων ποιμένων
Βλέπων τὸν ἄνδρα μηδενὸς λελειμμένον·
Ἐνταῦθα τούτοις εἰκότως συνεγγράφω.

Doctos magistros litteris dum prosequor,
Jure Theodoretus inter hos censendus est,
Divinus ut vir, ut magister optimus,
Fidei orthodoxæ ceu columna immobilis.
Quodsi parumper forte quadam motus est,
Homo erat, qui homo es, ne crimen inferas, cave.
Non tam sinistræ motus hic sententiæ,
Quam pertinacis impetus pugnæ fuit.
Quid enim? Cyrillum ubique vincere par erat,
Summæ virum doctrinæ et eloquentiæ,
Sed postea hoc ipsum ipse correxit tamen
Hunc ergo cernens cæteris in omnibus
Non imparem esse maximis pastoribus,
Merito inter illos hoc loco recensui.

—

(*) Τῆς εὐεπείας καὶ λόγων εὐγλωττίας
Καὶ ῥητορικῆς δεινότητος καὶ τέχνης
Ὡς ἠγάμαί σε καὶ τέθηπά σε πλέον,
Ὦ συγγραφεῦ ἄριστε καλλίστων λόγων.
Ὄντως διαυγεῖς καὶ φαεινοὶ λυχνῖται.
Καὶ μάργαροι στίλβοντες οἱ σοὶ δὴ λόγοι
Καὶ πρόξενοι μὲν ἀρετῆς τῆς ἐνθέου,
Τῆς ἀθέου δὲ στηλιτευταὶ κακίας.

Artis bene ac concinne dicendi
Et rhetoricæ vis ac peritiæ exemplum,
Quantopere amo te, imo cum stupore admiror
Te qui præstantissimorum Auctor es Operum!
Vere sunt limpida et instar lucernæ emittunt lucem,
Et gemmæ splendorem imitantur verba tua.
Ad divinam quoque nos adducunt virtutem,
Impietatis autem et improbitatis nefanda produnt [crimina.

Claudii de Sainctes, episcopi postea Ebroicensis, de Theodoreto Hexastichon.

Sacrorum interpres nemo sine numine divum:
Si apte, si breviter, munera dupla putant.
Nemo inter Græcos brevius, nemo aptius isto
Scripturas aperit, hæreticosque premit.
Certe illi faciunt divina charismata nomen,
Ad sacra perque Deum est sarta tuenda datus.

(*) In hac nova editione desiderari noluimus elegantissimum hoc Anonymi epigramma, quod ex veteri codice olim descripsit Henricus Savilius.

TESTIMONIA QUÆDAM

De Theodoreti commentariis in Octateuchum, in libros Regum ac Paralipomenon.

Theodoretus ipse in Præfatione ad libros Regum singula commemorat.

Ἐπειδὴ τῆς θείας χάριτος ἀπολαύσαντες Μωϋσέως τοῦ νομοθέτου τὰς βίβλους, καὶ Ἰησοῦ τοῦ προφήτου, καὶ τῶν Κριτῶν, καὶ τῆς Ῥοὺθ ἡρμηνεύσαμεν· φέρε πάλιν τοῦδε τοῦ φωτὸς τὴν αἴγλην λαβεῖν ἱκετεύσαντες, τὰς τῶν Βασιλειῶν ἀναπτύξωμεν ἱστορίας.

Quoniam divina freti gratia interpretati sumus libros Mosis legislatoris, et Josuæ prophetæ, et Judicum, et Ruth, age splendorem hujus lucis ut accipiamus iterum implorantes, explicemus Regnorum historias,

Idem in I Paralipomenon pag. 561.

Τὴν δὲ τῶν μουσικῶν ὀργάνων διαφορὰν ἐν ταῖς Βασιλείαις εἰρήκαμεν.

Musicorum autem instrumentorum differentiam diximus in libris Regum.

Photius in Bibliotheca, codice CCIV.

Ἀνεγνώσθη τοῦ αὐτοῦ θεσπεσίου ἀνδρὸς, τοῦ μακαρίου Θεοδωρίτου, ἐξήγησις εἰς τὴν ὀκτάτευχον· ἐπιγραφὴν δ' ἔλαχε συμβαίνουσαν τῷ ἔργῳ. Εἰς τὰ ἄπορα γὰρ χρηματίζει τῆς Γραφῆς, ἐν οἷς ἐστι καὶ εἰς τὰ τῶν Βασιλειῶν, καὶ εἰς τὰ Παραλειπόμενα. Χρήσιμον δὲ εἰς τὰ μάλιστα τὸ βιβλίον.

Legi ejusdem divini viri B. Theodoreti Explanationem in Octateuchum, quæ inscriptionem nacta est Operi congruentem, in obscura et abstrusa Scripturæ loca, in quibus sunt et ad libros Regum, et in Paralipomena. Utilissimum autem in primis hoc opus.

Theodoretus ipse in epistola 82, ad Eusebium episcopum Ancyranum.

Διὰ γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν, καὶ τοὺς προφήτας ἅπαντας ἡρμηνεύσαμεν, καὶ τὸ Ψαλτήριον, καὶ τὸν Ἀπόστολον.

Quæ divina est gratia, et prophetas omnes commentariis exposui, et Psalterium, et Apostolum.

Idem in librum II Regum, quæst. XLIII, de hymno loquens, seu cantico Davidis ob victoriam.

Consonat autem psalmo xvii, vel potius idem est, paucas habens nominum mutationes. Ego autem cum aliis Psalmis hunc quoque interpretatus, supervacaneum existimavi secundam componere interpretationem.

Ἔστι δὲ σύμφωνος τῷ ιζ' ψαλμῷ, μᾶλλον δὲ αὐτός ἐστιν, ὀλίγας ἔχων ὀνομάτων ἐναλλαγάς. Ἐγὼ δὲ μετὰ τῶν ἄλλων Ψαλμῶν καὶ τοῦτον ἑρμηνεύσας, περιττὸν ὑπέλαβον δευτέραν ἑρμηνείαν ποιήσασθαι.

Nicephorus lib. xiv, *cap.* 54, *Theodoreti opera enumerans.*

Similiter et in Psaltem aliud opus reliquit.

Ὡσαύτως καὶ εἰς τὸν Ψαλτῆρα ἕτερον σύγγραμμα κατέλιπεν.

DISSERTATIO

DE VITA ET SCRIPTIS THEODORETI.

[3] Dignissima est quæ enarretur Vita Theodoreti, sive multiplicem viri doctrinam, sive variam ejus fortunam spectemus. Illa, ut admirationem omni jure mereretur, ita quoque multam nos ad imitationem excitandi vim habet; hæc vero, etsi tanto Viro minus digna videri possit, tamen magnam nobis præstat utilitatem. Illustri enim exemplo suo nos docuit Theodoretus, tum quæ nobis ingredienda sit via, si de cœtu Christiano bene mereri volumus, tum quanta opus sit circumspectione, ne vitæ cum laude actæ et nominis gloriæ vel levis aspergatur macula. Norunt, quotquot sæculi v et vi ac synodorum, quarum memoria in hæc tempora incidit, historiam consuluerunt, quam variam fortunam expertus sit Theodoretus, cujus eadem, quæ olim Eusebii Cæsariensis, sors fuit. Quem enim plurimi summis exornarunt laudibus, eumdem alii de fide suspectum habuerunt, sua communione vix dignum putarunt, et quæ eorum temporum fuit iniquitas, anathemate ferierunt. Haud multo [4] æquiores nostro etiam tempore quosdam invenit judices, contra quos difficile est Apologiam non scribere. His omnino accensendum esse putamus Garnerium, qui passim in Dissertationibus quas Auctario suo complexus est, acerbum adversus scriptorem nostrum egit judicem, cui tamen potius quam Theodoreto accidisse existimamus, quod l. c. p. 113, de Nostro dicit, « Id passus est, quod solent oculi vehementer affecti: visus est nempe sibi videre totam re ipsa hæresin, ubicunque vel minima species umbraque occurreret. » Fuerunt autem omni tempore, qui causam Theodoreti defendentes ipsi veritati patrocinati sunt, etsi Cousinus, qui in Præfatione ad interpretationem Gallicam *Historiæ eccles.* Theodoreti magno cum ardore pro illo pugnavit, et forsitan nonnulli alii haud immerito nimiæ in illum voluntatis rei habeantur.

A Quæ cum ita sint, auream mediocritatem servare studebimus, ne vel iniquis accusationibus Viro optimo partem laudis detrahere, vel nimio laudandi, aut si quid humani passus est Noster, dissimulandi studio, a veritate aliena tradere videamur.

Ne ordine careat hæc omnis Disputatio, tres constituemus partes Vitæ Theodoreti. Prima narrabit ejus primordia, successus ac studia usque ad annum istum quo ad episcopalem dignitatem evectus est. Secunda exponet de rebus gestis ejus usque ad concilium Chalcedonense, seu œcumenicum quartum. Tertia denique recensebit ultima ejus fata et motus post obitum illius ortos, quibus finem si non fecit, facere saltem debuit concilium Constan-
B tinopolitanum seu œcumenicum quintum.

Quam nascendi sortem habuerit Theodoretus, ignoraremus, nisi ipse (*Hist. relig.* cap. 13) pauca attigisset, e quibus colligitur, eum Antiochiæ circa A. C. 386, in lucem editum esse, etsi [5] Fabricius (*Biblioth. Gr.* vol. VII, p. 430) natales ejus ad A. C. 393 referre maluerit. Non immorabimur miraculis recensendis quæ ipse loco jam citato de Macedonio Asceta refert, cujus precibus suam nativitatem tribuit. Hæc ideo tantum attigimus, ut appareat, eum dictum fuisse Θεοδώρητον, quia parentibus a Deo quasi donatus erat. Non falluntur itaque qui nomen ejus Græce per η scribere jubent, quod in codicibus etiam fieri observavimus
C postquam primus hoc nos docuit Joa. Picus in Præf. ad Theodoreti Quæstiones in Octateuchum, quas Græce edidit Paris. a. 1558. Idem quoque defendere videtur Suidas, qui Θεοδώριτος quidem nomen proprium esse observat, alteram vero scribendi rationem meliorem esse haud obscure indicat, verbis istis quæ proxima sunt, Θεοδώρητος δὲ διὰ τοῦ η ἡ δωρεὰ τοῦ Θεοῦ. Nolumus tamen illis

magnopere adversari, qui nomen illud per ι scribere malunt, quia sic quoque in codicibus frequenter scribitur, imprimis in Acrostichide Canonis catanyctici ad Servatorem, apud Lambec. lib. v, p. 963. Sed mittimus hæc, et ad historiam, a qua paulo ante digressi eramus, revertimur. Liberali, ut tempora ferebant, institutione frui licuit Theodoreto. A prima enim juventute vitam egit in monasterio Euprepii prope Antiochiam, ubi prima eruditionis posuit fundamenta, adjutus favore Porphyrii, qui eo tempore Ecclesiæ Antiochenæ præerat. Monasticæ vitæ a parentibus inde a nativitate consecratus, per triginta ad minimum annos in monasterio illo versatus est, nec inde discedere voluit, cum jam lectoris et diaconi honores in eum collati essent. Haud male vero ab illo collocatum fuisse tempus quod ibi transegit, testantur egregia illa ingenii fere divini et subacti judicii specimina, quæ deinde, cum ad munus episcopale evectus esset, edidit. Libris [6] istis, qui magno numero supersunt, elaborandis, gravissimisque illis negotiis quæ postea subiit, se, cum in hoc lateret monasterio, idoneum reddidit. Nec miramur, tantos illum in sacrarum Litterarum studio fecisse progressus, cum licuerit illi exoptatissima Joannis Chrysostomi disciplina et institutione uti. Quam sint felices, quibus contingit, probis innotescere viris, ab eorum ore pendere, suamque ad illorum exemplum componere vitam, nisi omnium temporum doceret historia, hoc unico exemplo abunde posset comprobari. Concedimus quidem, ad summum illud in arte bene dicendi fastigium, quod inter rhetores sacros unus fere tenuit Chrysostomus, non assurrexisse Theodoretum, id tamen asserere non dubitamus, in scientia ista theologo apprime digna, quæ spectat ad interpretationem sacrarum Litterarum, non mysticam illam, sed planam, perspicuam et uniuscujusque captui accommodatam, vix esse quemquam qui Chrysostomo sit similior. In hoc imitando adeo felix fuit Theodoretus, ut si Commentarios ejus in sacros libros Novi potissimum Testamenti consulimus, haud raro ipsum Chrysostomum legere putemus. Sed non unicum hunc habuit artis suæ magistrum. Habuit etiam Theodorum, quem Mopsuestenum dicunt, de quo nescimus an satis recte judicent, qui cum Patribus synodi quintæ omnem ejus damnant memoriam. Paucissima illius ad nos venerunt scripta, Græco idiomate consignata, plura vero, ut bene contra Dupinium monuit Rich. Simon *Crit.* tom. I, p. 107, inter Syros quærenda sunt. Ex paucis illis, quæ sive temporis sive adversariorum ejus iniquitate nobis relicta sunt, vix satis judicare licet, quæ fuerit viri illius sic dicta improbitas. Summam tamen ejus in toto Oriente fuisse auctoritatem novimus, et si ex Fragmentis, quæ in Catenis passim obvia sunt, de [7] hoc Scriptore judicium ferre licuerit, laude potius quam vituperatione dignus videbitur. Ipse Garnerius Auctarii, p. 184, fateri cogitur, talia subinde in Catenis legi ex Theodoro isto in Psalmos, quæ ostendant, ab ipso litteralem sensum feliciter expositum fuisse. Hæc licet haud adeo multum ad tuendam Theodori causam facere videantur, tamen, quia ab adversario eoque alias satis iniquo proficiscuntur, majorem ad eum commendandum vim habebunt, quam quæ Facundus multis complexus est libris. Quidquid vero sit, parum proficua fuit Theodoreto familiaritas, quam cum illo contraxerat. Uterque enim, postquam satis diu funesta de tribus Capitulis agitata erat lis, in synodo v Constantinopolitana A. C. 553, damnatus est. De Nestorio autem quid dicamus? Optandum sane esset, nullam Nostro cum illo intercessisse consuetudinem. Magna autem pietatis species, quam eo tempore, quo Theodoretus in monasterio versabatur, præ se ferebat Nestorius effecit, ut arctissima inter utrumque contraheretur amicitia, quæ maximis adversitatibus ægre dissolvi potuit. Theodoretus enim amicorum suorum erat studiosissimus et in defendendis illis constantissimus. Multorum hæc ipsi fuit causa malorum, de quibus in proxima hujus Dissertationis parte aptior erit dicendi locus. Hoc unicum nunc adjiciendum erit, errores viri, cujus personam colebat, magnopere detestatum esse Theodoretum, ut scripta ejus et Acta concilii Chalcedonensis testantur.

Quæ fuerint scriptoris nostri primordia, quo delectatus sit studiorum genere, quos habuerit præceptores, quosque coluerit amicos, hactenus vidimus. Verendum autem est, ne, ut justo diutius illum in cœnobio Sancti Euprepii delituisse nonnulli putant, ita quoque nos jam satis diu his vitæ ejus initiis immoratos esse existiment. [8] Comitemur itaque nunc Theodoretum ex angustis monasterii illius cancellis in ampliorem et tanto viro digniorem scenam prodeuntem. Videamus, quam deinde personam egerit, et quæ fuerit ejus in administrando munere episcopali rara assiduitas. Publicum Ecclesiæ doctorem jam agere cœperat, cum ab Alexandro Antiochiæ hoc tempore episcopo diaconus constitutus esset. Hoc munere, etsi e monasterio suo nondum egressus, summa cum laude functus est, cum in sermonibus, quos coram cœtu sacro recitabat, Apollinaristarum, Arianorum aliorumque errores acriter perstringeret. Sacris hisce, si ita dicere fas sit, præliis, gravioribus quæ postea subiit, certaminibus quasi præludere visus est, tantamque de se spem fecit, ut cum Cyri, Syriæ Euphratesiæ urbis, quam alii Chyrrum dicunt, episcopus vita defunctus esset, Theodotus eo tempore Antiochiæ præsul, Nostrum dignissimum putaret, qui sedi huic episcopali admoveretur. Factum hoc esse putant Baronius et Tillemont A. C. 423. Sententiæ suæ fundamentum petunt ex Theodoreti ad Leonem episcopum Romanum epistola, quæ est centesima decima tertia. In illa enim dicit, se sex et viginti annis a Deo sibi commissæ Ecclesiæ præfuisse. Eumdem episcopalis muneris

annum ponit in epist. 116, quæ Renato presbytero inscripta est. Jam vero utraque hæc epistola non potuit scribi ante A. C. 449, in quam incidit synodus ληστρικὴ, de qua in his litteris jure queritur. Recte itaque se habet calculus, si summæ annorum 449 detrahuntur 26 anni. Aliam tamen computandi rationem sequuntur, qui annum ponunt 420. Huic sententiæ nos etiam subscribimus, tum quia confirmari videtur per epistolam 83 quæ scripta est ad Dioscorum episcopum Alexandriæ, tum quia alio duplici scriptoris nostri testimonio satis [9] munitur. Ad Eutrechium enim scribens (Epistola est octogesima numero) Pontificem se nominat qui episcopatum per 25 annos gesserit. Eumdem numerum ponit in litteris quas ad Nomum consulem dedit (epistola est 81). Jam vero Nomus consul fuit ann. 445. Si itaque demas annos 25, incidit initium dignitatis episcopalis Theodoreti in ann. C. 420. In eadem ad Nomum epistola testatur, se invitum ordinatum esse. Quod ne miretur quisquam, duo commemoranda erunt, quæ in causa fuisse videntur, cur invitus hanc provinciam in se susceperit. Regio Cyrestica, licet octingentos vicos comprehenderet, ut ex epistola ad Leonem data (quæ est 113) patet, soli tamen sterilitate magnopere premebatur, montibusque, ut Noster ad Constantium præfectum scribit (epist. 42), inclusa erat multis et magnis, partim plane nudis, partim infructuosis arboribus consitis. Miseram quoque eam vocat regionem in litteris ad Pulcheriam Augustam datis (epist. 43). Magis autem deterrere eum poterat Marcionitarum Arianorumque nefanda hæresis, quæ tam altas ibi egerat radices, ut non sine summis difficultatibus exstirpari potuerit. Sed quæ per extrema pericula et summas calamitates illustrior apparet, divina gratia, præsto fuit B. Theodoreto, animumque illi addidit, ut abjecto omni timore adiret provinciam, quæ, si ulla alia, fido et perito opus habebat antistite. Nec successu caruerunt conatus ejus, quibus eo major debetur laus, quo majores superandæ fuerunt difficultates. Has ipsius præstantissimi viri verbis ex epist. 81 desumptis Latino sermone recensere juvabit. « Octo, inquit, vicos Marciani hæresi infectos, æque ac locos vicinos, ad veritatem volentes perduxi. Vicum alium Eunomianis, alium Arianis refertum, ad divinæ cognitionis lucem adduxi, nullumque [10] apud nos, Dei beneficio, hæreticorum reliquum est lolium. Non sine periculis autem hæc præstiti, sed effuso sæpius sanguine meo, haud raro lapidibus ab ipsis petitus, et quasi ad ipsas inferni portas delatus. » His respondent, quæ idem Leoni episcopo Romano scribit (epist. 113), « Divina mihi succurrente gratia supra mille animas a Marcionis morbo liberavi, multasque alias quæ Arii et Eunomii partibus adhæserant ad Christum Dominum perduxi. Et octingentarum ecclesiarum pastor constitutus sum (tot enim Cyrus habet parochias) in quibus lolium nullum relictum est, sed omnibus hæretico-

A rum erroribus grex noster ereptus est. Novit qu omnia videt, quot lapides a nefandis hæreticis i me conjectos exceperim, quam multis in urbibu Orientis certamina mihi subeunda fuerint adve sus gentiles, adversus Judæos et adversus omne hæreticorum errores. » Hæc autem ne quis just ambitiosius a Nostro dicta esse putet, monendu erit, acerba viri multis calamitatibus eo tempor oppressi fata hanc vitæ quasi imaginem et defensio nem efflagitasse. Alias enim in laudibus suis prædi candis, quod modestis proprium esse solet, est admo dum parcus. Ecquis itaque est, qui non perspicia summo studio Nostrum in eo laborasse, ut pu riorem suis traderet doctrinam, eamque contr quosvis errores mascule defenderet? Et quis no
B mirabitur assiduitatem et indefessum studium viri qui cum octingentas curæ suæ commissas habere Ecclesias, aliorum quoque multorum saluti pro spexit? Hoc sibi datum esse negotium putavi Theodoretus, ut non Cyresticæ modo provinciæ sed Antiochenis quoque, Berrhœensibus aliisque plu ribus cœlestis doctrinæ veritates occasione ena proponeret. Nec laude caret liberalitas, qua egen tibus distribuit bona, quæ a parentibus acceperat omnia, et reditus suos publicæ utilitati [11] conse cravit. Quibus ut fidem faciamus, verba ipsius e Epistola ad Leonem Romanorum episcopum appo nimus. « Episcopatu inquit, tot annis gesto no domum acquisivi, non agrum, non obolum, no
C sepulcrum, sed sponte paupertatem amplexus sum et ea, quæ a parentibus acceperam, post illorun mortem statim distribui, ut sciunt omnes qui ha bitant in Oriente. » Eadem fere sunt quæ ad No mum consulem scribit, quæ ne longiores simu jam omittimus, et ista tantum ex hac epistol (quæ est octogesima prima) in rei fidem adduci mus, quæ providam ejus de salute urbis su curam testantur. « Publicas, inquit, porticus, redditibus ecclesiasticis erexi, pontes duos maxi mos exstruxi, balneorum communium curam gessi cumque ex alluente fluvio aquam in urbem nostran deferri invenirem, aquæductum parari curavi, e urbem aqua carentem aquis replevi. » Hæc insigni in cives urbis Cyri collata beneficia commemora
D quoque in epistola ad Anatolium patricium (quæ es septuagesima nona numero) data. Mirentur, qu hæc legunt, raram Nostri in opibus disponendi collocandisque moderationem, quantum abfuerit lucri cupidine immoderatoque bonorum sæcula rium usu, et quam dignum persona episcoj putaverit, non modo curam animarum gerere sed saluti quoque externæ suorum, eorumque ne cessitatibus invigilare. Studii hujus quod lauder sane meretur, et in quo vix sibi parem habuit Theo doretus, unum alterumve adhuc commemorare li ceat testimonium. Euphratesiam ejusque primai urbem Cyrum, ingressus, cum opus esse vide medicis, omnem dedit operam, ut artis salutari exercendæ peritos ad hanc provinciam incolenda

precibus adduceret, quorum unum magnopere commendavit Apellæ in epistola quæ est 115 numero. Nec [12] minus paternum, quo suos fovebat, amorem testatus est, cum Cyrestica terra oneribus publicis magnopere premeretur. Adeo ipsum angebat earum quos curæ suæ commissos habebat miseria, ut pro levandis oneribus istis apud Pulcheriam Augustam et Constantium præfectum intercederet: quæ utraque epistola (42 et 43), ut argumento, sic quoque numero est cognata. Nec silentio prætereunda est eximia illa munificentia, qua post expugnatam a Vandalis et direptam Carthaginem haud paucos, qui cum extrema paupertate conflictabantur, liberaliter hospitio excepit, et propria sua cura dignatus est, in primis Celestiacum, quem postea amicis suis (epist. 29-36) de meliori commendavit. Hactenus in recensendis Theodoreti virtutibus, ut par erat, occupati fuimus, quæ omnes, si conjunctæ spectantur, amabilem veri dignique antistitis exhibent imaginem. Huic quid adjungi possit vel debeat, non videmus. Num, quæso, qui hæc omnia legerit, fidem nostram dubiam reddet, si dixerimus, eum qui de omnibus bene mereri, et non suis modo, sed exteris etiam benignum, liberalem ac munificum se exhibere studuit, pacem quoque coluisse, ita ut nec de vi aperta ulli illata, nec de dolo aliis structo unquam accusari, sive in jus vocari potuerit? Ita omni jure de Nostro statuendum, nec ullo amplius opus esse putamus testimonio. Tamen, ne vel levis suspicioni relinquatur locus, testem excitabimus epistolam quam dedit ad Nomum consulem. In hac (quæ ordine est 81) scribit: « Annos viginti quinque ita vixi, ut neque in jus vocatus sim a quoquam, neque ipse quemquam accusaverim. Totidem annis nullus religiosissimorum clericorum, quibus præeram, tribunalia frequentavit. Non obolum, non vestem a quoquam sumpsi: ne unicum quidem panem, aut ovum [13] ullus domesticorum meorum accepit unquam. Præter panniculos quibus amictus sum, nihil possidere volui. » Ita quoque ad Eutrechium præfectum, eodem, ut jam ante notavimus, tempore, scribens (epist. 80) testatur, se nec forum judiciale interpellasse unquam, nec ab ullo criminis reum esse actum. Quis itaque de viri lenitate, æquitate et erga alios justitia jure dubitaverit? Magnopere itaque miramur, Oudino verba ista potuisse excidere, quæ exstant tomo I de *script. eccles.*, p. 1056. « Cum exercuerit tam graves inimicitias adversus Cyrillum Alex. et ante synodum Ephesinam, quæ anno 431 facta est, et post synodum, amarulentis in eam conscriptis libris: miror, qua ratione Theodoretus glorietur, atque potissimum de mititate abblandiatur in epistola 81 ad Nomum. » Hæc satis aperte produnt interpretationem a sensu scriptoris alienissimam. Cum enim Noster ad Nomum et Eutrechium scribit, nec se nec suorum quemquam frequentasse δικαστήριον, de criminibus intelligi voluit, quibus in foro civili pœnæ statuuntur, non autem de controversiis quæ de capitibus fidei agitantur, quales ipsi cum Cyrillo intercesserunt. Longiori contra Oudinum non opus erit disputatione, quam, ne scriptoris nostri causam deserere videremur, omittere quidem non potuimus, protrahere tamen nolumus, quia de controversia, quæ inter Nostrum atque Cyrillum agitata est, in proxima hujus Dissertationis parte, ad quam progredimur, sermo nunc instituetur.

Viginti et quod excurrit annorum historia texenda est nobis, cum in altera Vitæ hujus parte de rebus gestis Theodoreti usque ad concilium Chalcedonense exponere constitutum sit. Rerum dicendarum ordo jubet, ut initium faciamus ab illis quæ concilium [14] Ephesinum prius, quod in ann. 431 C. incidit, præcesserunt. Lites nunc enarrandæ sunt funestissimæ, quæ in causa Nestorii, impii hominis, non sine maxima animorum contentione, in Orientali et Occidentali Ecclesia eo tempore agitari cœperunt. His enim litibus adeo involuta est Theodoreti vita, ut, qui hanc describere aggreditur, illas attingat necesse sit. Ne autem quibusdam lectorum obscurum sit, unde orta fuerit acrior illa inter Cyrillum et Theodoretum disputatio, paulo altius repetendæ erunt ejus origines. Notissimum omnibus esse debet, minus recte de divina Christi natura et de incarnatione sensisse Nestorium, qui eo tempore Constantinopolitanæ Ecclesiæ erat præfectus. Per discipulos, ut fieri solet, impia spargebat dogmata sua, in primis per Anastasium, quem habebat presbyterum, qui pro concione aliquando dixerat, Deiparam Virginem Θεοτόκον dici non posse. Accusatus a clero Constantinopolitano, defensus autem est a Nestorio. Hinc illæ lacrymæ. Ignis, qui primum in urbe regia gliscere videbatur, mox in flammas erumpebat, et non modo totum Orientem pervadebat, sed Romam quoque deferebatur. Cœlestinus, Ecclesiæ Romanæ hoc tempore antistes, a Cyrillo in subsidium vocatus, primis mali hujus initiis, ne mora diuturnitatem attraheret, obviam eundum esse putavit, igni vero oleum affundere visus est. Severiorem enim istam tulit sententiam, qua Nestorio injungebatur, intra decimum a publicata sententia diem, erroribus suis vale dicere, et duodecim capitulis sive Anathematismis a Cyrillo compositis subscribere, addita, ut si secus faceret, episcopali sede ejiceretur, comminatione. Alia autem medendi ratione, et majori inprimis lenitate opus fuisset. Nestorius enim, sive ingenii quo pollebat acumine, et eloquentia qua multos suo [15] tempore superabat, fretus, sive aulicorum quos in urbe regia habebat fautores, amicitia, eaque qua in Oriente conspicuus erat auctoritate, sive denique aliorum quorumdam episcoporum assensu, audacior factus, sprevit Cœlestini minas. Sic res delata est ad concilium Ephesinum prius, seu œcumenicum tertium, cui præsedit Cyrillus, qui, priusquam haberetur concilium illud, litteras

Cœlestini misit ad episcopos Antiochiæ et Hierosolymæ, ut hos a societate cum Nestorio incunda deterreret. His litteris commotus Joannes Antiochiæ episcopus scripsit ad Nestorium, quem admonuit, ut ad saniorem fidem rediret, motusque in Ecclesia excitatos sedaret. Hanc epistolam bonæ mentis testem charitatisque plenam nonnulli Theodoreto nostro tribuunt, quam sententiam non sine multa fiducia proponit Garnerius Auct. p. 59 et p. 119, in dubio autem positam esse dicit ibid. p. 469 et p. 474. Quidquid sit, sciente et suadente Nostro composita esse videtur epistola illa, quæ obtinendo fini suo omnino erat aptissima, si mens non læva fuisset Nestorio. Hic vero, ut solent qui pertinacius adhærent consiliis suis, locum non dedit amicorum adhortationi, sed horum abusus judicio rogavit Joannem, ut refutandorum duodecim Cyrilli Anathematismorum operam, periculi tunc temporis plenam, deferret viris peritis. Sors ista Andreæ Samosateno, et, quod dolemus, Theodoreto obtigit. Ita factum est, ut qui ad ea usque tempora bene apud omnes audiverat, male apud multos audiret, et litibus sese ingereret, quas declinasse melius omnino fuisset. At vero multa sunt, quæ tuendæ Theodoreti causæ inserviunt. Hæc Garnerii potius quam nostro nomine recensere juvabit, ut appareat, vel ipsis adeo adversariis patuisse, virum præstantissimum, etsi humani aliquid passus [16] sit, tamen non sine laude pugnam cum Cyrillo inivisse. Ita autem Garnerius Auct. p. 120 : « Ingerebat sese occasio optatissima conserendæ pugnæ cum Cyrillo multarum palmarum duce, eoque totius fere orbis doctissimo, et tamen *opportuno vulneribus*, ut ipsi quidem videbatur. Audendi causa non tantum *honesta*, amico laboranti opem ferre ; sed etiam *religiosa, obsistere homini partes Apollinarii in speciem tuenti*. Pulchrum erat auxiliari Nestorio urbis regiæ antistiti, aulæ gratioso, et simul oppugnare Cyrillum, cujus potentia, quo major ab Occidentis favore, eo invidiosior Orienti atque ipsis imperatoribus formidabilior : urgebat præsulis mandatum, cui parere pium, obsistere intutum. Anathematismos arguere, quid aliud..... videretur, quam lacessere pugnam, quæ orbe toto spectante peragenda esset..... Quid multa? illecebrosum erat, dici ubique terrarum, quod solebat Antiochiæ, eloquentiæ miraculum et doctrinæ prodigium. » Multa his insunt, quæ recte et præclare dixit Garnerius ; sunt vero etiam, quæ infensam erga Theodoretum mentem testantur.

Signis utrinque datis quasi concurrebant acies. Ne vero dispar esset pugnæ ratio, quisquis dimicantium operam dabat ut quam plurimos ad partes suas alliceret. Hac mente Cyrillus epistolam ad monachos Ægypti scripsit, eosque hortatus est, ne Nestorii fallaciis insidias sibi strui paterentur. Litteris hisce, ne successu carerent, adjunxit duodecim capitula, suisque effecit artibus, ut in ipsa adeo urbe regia multis metum incuteret. Ex altera autem parte Theodoretus litteras contra Cyrillun dedit ad monachos Euphratesiæ, Syriæ, Phœnice et Ciliciæ, quas integras Græce et Latine suo tem pore, si Deus vitam [17] viresque concesserit, ex hibebimus. Inter ἀνέκδοτα huc usque locum tenui Epistola illa, cujus exiguam tantum partem e Actis synodi v dedit Garnerius, Auct. p. 62, se tantum Latine, quia apographo epistolæ quæ i cod. quodam Augustæ bibliothecæ Vindob. exstai caruit, quo nobis jam frui licuit.

Rebus ita dispositis indictum est imperante Thec dosio concilium Ephesi congregandum. Convene runt magno numero Patres, primas tenuit Cyrillu qui absente, seu, ut nonnullis visum est, consult moras trahente Joanne Antiochiæ episcopo, feralei contra Nestorium dixit sententiam. Sed animis jai concitatis multæ obortæ sunt turbæ. Joannes eni Antiochenus cum advenisset, Cyrillo, Memno Ephesi episcopo, et toti concilio magnopere succe suit, aliisque in societatem suam ascitis Cyrillu exauctoravit, graviterque in omnes animadvert qui ab illius partibus steterant. Majora rei sacı metuenda fuissent mala, nisi imperator Theodosiu de perturbato Ecclesiæ statu certior factus, prov disset, ne quid ab utraque parte ageretur, don causa esset cognita. Variis tamen artibus, comitur que, quibus rei cognoscendæ cura ab imperato commissa erat, consiliis effectum est, ut tande dimissis Patribus fere cuncta in pristino statu r manerent, confirmata tamen sententia contra N storium pronuntiata. Proximo post hoc conciliu tempore odium, quod nondum sopitum erat, nov quasi recepit vires, et occasionem dedit celebrati simis illis quinque libris, quos Theodoretus cont Cyrillum et concilium Ephesinum composuisse (citur. Hi magnopere displicuerunt Cyrilli sectatoı bus, et Mario Mercatori adeo exsecrabiles visi sui ut scribere non erubuerit (Operum t. II, ed. Gar p. 265) Nostrum instigante diabolo illos exaras Nec minus Garnerius ob libros [18] istos succens Theodoreto : erravit autem, cum Auct. p. 125 sc bit, illos jussu Theodosii imperatoris combus esse, quod tamen p. 239, Dialogis istis qui *Eranis* seu *Polymorphus* inscripti sunt, accidisse perhib notatus ideo ab Oudino I, p. 1101.

Cyrillus, qui in synodo Ephesina ex arbitrio omnia disponere cœperat, adversam autem fortun deinde expertus erat, mutata rerum facie pacis a tabat consilia. Parum enim proficua ipsi fue controversia ista cum Orientalibus, et gravissi premebatur scriptis a Nostro compositis. I Joannes Antiochiæ episcopus e re sua esse ducel litibus hisce diutius inhærere, cum nulla spes reliqua esset, fore ut quæ contra Nestorium Epl decreta erant, rescinderentur. Ita præparatis ani ex voto accessit imperatoris mandatum, ut Cyri omnes inimicitias deponeret et eorum quæ Epl expertus fuerat memoriam abjiceret, Joannes au sententiæ contra Nestorium latæ subscriberet. F

his conditionibus restituta, otium quoque Theodoreto redditum esse videbatur. Ab eo enim tempore amicitiam cum Cyrillo coluit, ut litteræ adhuc superstites testantur, quas vel accepit vel ad illum dedit. Fuerunt quidem, qui ex Epistolis quas hoc tempore ad Himerium et Andream Samosatenum misit, colligere voluerunt, simulatam fuisse Theodoreti amicitiam; sed hi non cogitarunt, hanc fuisse scriptoris nostri sortem, ut ab omnibus qui eo tempore male cupiebant Cyrillo, fides ejus tentaretur. Fieri itaque non potuit, quin ad castra e quibus egressus erat, nonnullis rediisse videretur. Ea autem fuit viri moderatio, ut post pacem Ecclesiæ redditam nihil novi moliretur, etsi a multis sollicitatus amicis suis libere animi sensus exprometret. B Idcirco tamen est, quod contra sinceritatem initæ inter utrumque [19] amicitiæ non sine specie moveri posset. Scilicet, cum impia Nestorii scripta vindicibus flammis jussu imperatoris tradita essent, in locum eorum substituta sunt Excerpta e libris Theodori Mopsuesteni et Diodori Tarsensis, quæ cum multis displicerent, refutata sunt a Cyrillo, defensa a Theodoreto. Ita in varias partes iterum abire visi sunt, qui vix in gratiam rediisse putabantur. Incertum autem est, num Cyrillo contradicendi studium, an potius veneratio quam utrique scriptori deberi existimavit, apud Nostrum, quem scimus in amicis defendendis constantissimum fuisse, plus valuerit. Quidquid sit, querelas suas ad Joannem Antiochenum detulit Cyrillus, C cujus hac de re epistolam e cod. Vatic. editam, Conciliis synodi Ephes., etc., p. 141, inseruit Leo Allatius, necnon Garner. Auct. p. 97. Valde iniquum autem erga Theodoretum se exhibuit Liberatus, qui in Breviario suo, cap. 9, statuit, novam factionem Theodoreto auctore ortam, Acephalorum nomen accepisse, quia nec Cyrillo nec Joanni adhæserit. Cum Liberato, ut solet, facit Garnerius, qui in Auctario suo passim hujus sic dictæ factionis meminit. At vero jamdudum a Cotelerio, Dupinio aliisque explosa est fabula de hac Acephalorum classe et origine, cum notum sit, post hæc demum tempora Eutychianis nonnullis nomen illud fuisse impositum. Nec fides ulla debetur epistolis illis, quæ sub Theodoreti ac Nestorii nomine circumfe- D runtur. Has enim omnes a Nestorianis suppositas esse, ut synodo Ephesinæ maculam aspergerent, jam observatum est a Leontio in libro *De sectis* (Biblioth. PP. t. I, p. 509), Allatio (l. c. p. 131) et aliis. Eadem est ratio epistolæ illius, quæ a Nostro statim post obitum Cyrilli scripta dicitur ad Joannem Antiochenum, cujus [20] hoc est initium: « Sero tandem et vix malus homo defunctus est. » Miramur, Garnerium his spurcissimis litteris ex Actis synodi v desumptis non modo locum concessisse Auct. p. 98, sed etiam defensionem eorum qui Nostro illas præpostero studio vindicant, in se suscepisse, cum jam Baronius, *Annal.* t. VI, p. 23 seqq., docuerit, quam aperta habeant νοθείας indicia. Idem quoque viderunt Possevinus, Lupus, Allatius, Aubertus Miræus, et quotquot acutioribus oculis præditi erant. Quis enim crederet, quæso, genuinas esse litteras istas, cum notissimum et extra omne dubium positum sit, aliquot annis ante Cyrillum fatis jam defunctum esse Joannem Antiochenum? Sed ea fuit Garnerii, imo quoque Oudini (*De script. eccl.* t. I, p. 1056), qui illum cæco impetu in plerisque sequitur, iniquitas, ut in favorem malæ causæ, errorem in epistolæ hujus inscriptione latere statuerint, quasi pro Joannis nomine ponendum sit nomen *Domni, quem successorem habuit. Opportune autem huic levi defensioni posset opponi, quod apud ipsum Garnerium loco quodam ubi contra Cousinum acerbius, ut solet, disputat, me legere memini, « Aut sic aut non debebat pugnari. » Quasi vero nondum satis injurius in boni viri memoriam fuerit Garnerius, protulit quoque Auct. p. 38, fragmentum ex Sermone quem Theodoretus Antiochiæ post Cyrilli mortem coram Domno habuisse dicitur. Hoc, ut alia ejusdem generis, desumpsit ex Actis synodi v, et sola Marii Mercatoris minus firma auctoritate nixus, pro genuino venditavit. Quo minus autem credulum viri, alioquin, si a Theodoreti historia discesseris, acutissimi, animum multis accusemus, impedit diligentia et integritas Cousini, contra quem pugnavit quidem Garnerius in Notis [21] suis l. c., sed levissimis armis, quæ novum sane sustinere non possent impetum. Cum in eo jam elaboraverimus, ut varias maculas, quæ præstantissimi viri memoriæ ac nomini injectæ erant, abstergeremus, haud a re nostra alienum esse videtur, hanc Dissertationis nostræ partem loco isto notatu dignissimo finire, quem Leo Allatius, l. c. p. 131, ex Cyrilli ad Valerianum epistola exhibet. Verba ita se habent: Ἐὰν τοίνυν καταψευδόμενοί τινες λέγωσιν ἕτερά τινα παρὰ ταῦτα φρονεῖν αὐτούς, μὴ πιστευέσθωσαν, ἀλλ' ὡς ἀπατεῶνες καὶ ψεῦσται κατὰ τὸν αὐτῶν πατέρα τὸν διάβολον ἀποπεμπέσθωσαν, ἵνα μὴ ταράττωσι τοὺς ἐθέλοντας ὀρθοποδεῖν. Ἐὰν δὲ καὶ ἐπιστολὰς ἑαυτοῖς συντιθέντες τινὲς περιφέρωσιν, ὡς ἐκ προσώπου γραφείσας ἀνδρῶν ἐπιφανεστέρων, οὐκ ὀφείλουσι θαρσεῖσθαι. Οἱ γὰρ ἅπαξ ἐγγράφως ὁμολογήσαντες τὴν πίστιν, πῶς ἕτερα γράφειν δύνανται, καθάπερ ἐκ μετανοίας εἰς τὸ μηκέτι βούλεσθαι φρονεῖν ὀρθῶς παρενηνεγμένοι; *Si qui igitur sint, qui illos* (Orientales scilicet) *ab his diversa sentire falso affirmaverint, nulla eorum dictis fides adhibeatur, sed ut impostores et mendaces instar patris sui diaboli, amandentur, ne illos qui recte incedere cupiunt, conturbent. Quod si autem fuerint, qui epistolas a se concinnatas circumferunt, tanquam quæ a viris spectatis editæ sint, eorum audacia nullo modo est admittenda. Qui enim semel fidem suam per scriptum aliquod professi sunt, qui fieri potest, ut jam contraria scribant, quasi pœnitentia ducti eo jam prolapsi sint, et recta sapere diutius nolint?* Si licuisset Cyrillo ea videre quæ post fata ejus ab impudentis-

mos attulit. E Catena seu Expositione Patrum Græcorum in Psalmos, quam Balth. Corderius S. J. Antv. 1643-1646 edidit, multa potuissent in textum inferri, quæ tamen consulto omisimus, tum quia dubia plerumque est Catenarum fides, tum quia librum istum facilius quam codices, quisquis adire potest. Satis itaque esse putavimus, si locorum quæ ad alium auctorem a Corderio relata sunt, vel tribus verbis mentio fieret.

Hæc fuerunt præsidia, quibus muniti accessimus ad textum Græcum, ubi opus esset, restituendum ac locupletandum. In hoc negotio peragendo egregiam utilitatem nobis præstiterunt codices Augustani, quorum ope supplevimus quæ in textu Sirmondiano desiderabantur. Multis jam non opus erit testimoniis, quæ ex Scholiis nostris facile colligi possent: tamen, ut dictis fidem faciamus, unum alterumve adducere operæ erit pretium. Ita psal. LVI, 1, pag. 977 edit. nostræ e cod. Aug. I., inserenda fuerunt verba ista, ὁ μέγας Δαβὶδ, ut textus Græcus responderet versioni Latinæ Carafæ, qui eadem legit, ut observatum est l. c. in schol. Sic quoque psal. CXVIII, 139, pag. 1473 edit. novæ, ante nomen Stephani ex eodem codice supplevimus ὁ καλλίνικος, quod Carafa quidem, non autem Sirmondus in codice suo legerat. Sæpius quoque in versione Latina suppleri debebant, quæ non modo in textu Sirmondiano, sed nostris quoque codicibus exstabant. Hujus emendationis vel unicum e multis exemplum attulisse sufficiat, quod exstat psal. CXVIII, 152, pag. 1476, ubi in Carafæ interpretatione desiderabantur verba ista: *Descendens*, inquit, *contestare eos per cœlum ac terram*. Sed de his satis. Magis lætati sumus de auxilio quod egregii isti codices nobis attulerunt, ut lacuna illa, de qua jam diximus, feliciter expleri posset, psal. XVIII, 6, 7. Multa etiam, eaque nonnunquam satis prolixa loca in Commentario ad Psalmos [XIX] ex his codicibus accesserunt, quæ signo illo (») a textu Sirmondiano distinguere visum est. Sed non omnes istæ accessiones in textum recipi vel potuerunt vel debuerunt: magnam potius earum partem ad marginem remisimus, si vel nexus cum illis quæ præcedebant, erat minus aptus, vel apud Montfauconium in Collectione nova Patrum, apud Corderium, imo quoque in Chrysostomi aliorumque scriptis, eadem sub aliorum auctorum nomine expressa vidimus, vel denique aliæ dubitandi rationes adfuerunt. Speramus etiam, æquos harum rerum judices hoc nostrum consilium esse probaturos. Maluimus enim in re satis gravi timidiores quam audaciores videri, et a culpa ista immunes esse, quam illi sibi contraxerunt, qui ut scriptorem quemdam egregie locupletasse putarentur, obvia quæque minus caute arripuerunt.

Nunc paucis reddendæ erunt rationes, cur in Scholiis textui, parca licet manu, adjectis, tum receptam LXX Interpretum lectionem, tum Fragmenta reliquorum interpretum Græcorum, tum denique ipsius Græcæ versionis ab Hebraica veritate dissensum, passim attingere visum sit. Ad primum quod attinet, lectionibus versionis Græcæ restituendis admodum proficuum esse putamus, si in scriptis Patrum Græcorum lectiones illæ non negliguntur, quæ a recepta LXX Interpretum lectione recedunt. Ita enim haud raro genuinam et primitivam horum Interpretum lectionem deprehendimus, in qua vel omnes vel plurimi commentatores Græci consentiunt. Sic II Reg. XX, 18, recepta lectio versionis Græcæ est ἔθεντο; Theodoretus autem, ut ad locum istum observavimus, legit διέθεντο. Jam cum hæc posterior lectio in Commentariis Græcis tantum non omnibus obvia sit, specie haud caret conjectura, eam esse genuinam et primitivam, ex qua emendari possit recepta lectio. Alia hujus generis exempla in eodem libro exstant cap. XXI, 2, et cap. XXIV, 1. Observavimus autem, Theodoreti lectiones plerumque consentire cum codice Alexandrino et Oxoniensi, sicque cum editione Aldina, et, si fides debetur Bosii Excerptis, etiam cum Complutensi. Ad alterum quod attinet, antiquiorum interpretum Fragmenta adhibenda esse putavimus, ubi Theodoretus minus rectam LXX Interpretum versionem secutus erat, quod tamen rarius accidit, ut quæst. VI in librum Judicum. De reliquo laudandum est criticum Nostri studium, utpote qui haud raro falsas LXX Interpretum explicationes [XX] melioribus Symmachi aliorumque postposuit, ubi opus erat, reliquorum interpretationes recensuit. Multum itaque adjuvit Montfauconii et Drusii operam in colligendis antiquorum interpretum Græcorum Fragmentis positam; etsi in Scholiis passim a nobis indicata sint, quæ in Montfauconii Hexaplis desiderantur. Quod denique reliquum est, diversitas, quæ inter textum Hebraicum et versionem Græcam haud raro intercedit, et in Psalmis præcipue frequens est, vel ideo paucis indicanda fuit, ut cavere sibi discant alii, ne sensu alieno in S. Scripturam illato, ad alia quævis delabantur. Hoc enim Patribus Græcis sæpius accidisse, docet versionis Græcæ, quam sequi solent, cum Hebraica veritate comparatio.

Reliquum est, ut moneamus, ad initium paginarum editionis Sirmondianæ se referre asteriscos ad marginem in textu editionis nostræ appositos, ipsi autem Operi Indicem harmonicum, ut dicunt, paginarum utriusque editionis præmissum esse, quo in rem suam commode uti poterunt, qui locum ex editione Sirmondiana allegatum, in nostra quærunt. Nec inutile visum est, ad finem Commentarii in Psalmos Græcum subjungere Indicem, secundum prima cujusvis psalmi verba, alphabetico ut aiunt ordine compositum. Loca etiam biblica in hoc Opere citata, non solo capitis numero, ut in priori editione, sed addito versiculorum numero exprimenda esse duximus. Laudandum quoque est studium cl. Bertrami A. M. qui omnem dedit operam, ut hæc nova editio, quantum fieri posset, ab erroribus typothetarum esset immunis.

Deum rogamus, ut hos et reliquos conatus nostros in nominis sui gloriam et aliorum utilitatem cedere jubeat clementissime. Dab. Halæ in Acad. Frideric. VI Cal. Octobr. A. R. S. MDCCLXVIII.

SIRMONDI PRÆFATIO.

[XXI] *Etsi non abs re fortasse poteram præfatione ista supersedere, atque in hac Theodoreti editione nostra quid præstitum sit, oculis tuis potius, lector, et observationi relinquere : de paucis tamen quibusdam, in quibus hærere te posse sentiebam, non ingratum fore visum est si breviter indicarem. Primum omnium de Quæstionibus in Octateuchum, quæ sunt in principio tomi primi, cum harum exemplar in Bibliotheca regia Joannes Picus interpres nullum ætate sua fuisse narret, optimum vetustissimumque in ea nunc esse, quod nobis non solum Theodoreti præfationem hactenus non editam, cum iis quæ in Pici codice sub finem desiderabantur, exhibuit, sed et alia passim multa vel pleniora vulgatis vel emendatiora subministravit, perturbationemque illam discussit, quæ suspensos legentium animos in quæstione 20 morabatur.* [XXII] *Ubi cum de imagine Dei, quemadmodum accipienda sit, veterum aliquot scriptorum opiniones protulisset ac rejecisset Theodoretus, easdem ipsas quas improbarat, postmodum asserere et confirmare videbatur, errore ut apparet hinc nato, quod, cum ex antiquis Catenis, quas vocant, excerptas Theodoreti Quæstiones istas constet, qui codicem, quo usus est Picus, descripsit, cum Theodoretianis sententiis, Origenis quoque ac Diodori et Theodori sententias illas quas rejecerat, prætermissis auctorum nominibus per imprudentiam subjunxit. Quo prorsus mendo caruit codex regius, qui quod Theodoreti non sit hoc loco nihil habet. Hunc itaque nos secuti, ea quæ subsequebantur sic retinuimus, ut Origenis, Diodori et Theodori præfixis vocabulis, non Theodoreti, sed aliorum esse ostenderemus. Quin et hoc exemplo, non modo alia id genus aliorum auctorum commatia, quæ aliis in locis occurrebant, et proprium nomen retinebant, non sustulimus, sed et ipsi nova quædam interdum, quæ ad Theodoretum facerent, eodem ex fonte petita, e re tua futurum id sperantes, indidimus : in secundo deinde tomo, qui prophetarum explanationes continet, ut Isaiæ Commentariorum, qui nusquam reperiuntur, jacturam aliqua ex parte resarciremus, ex iisdem Catenis ea delibavimus, quæ Theodoreti nomen præferebant, quæ quidem cum medullam haud dubie omnium quæ in Isaiam scripserat, succumque complectantur, subsidia interim erunt, dum integrum opus emergat. Quanquam hujus potiundi spes jam dudum, ni fallor, apud Græcos ipsos interiit : quippe qui ad jacturæ solatium Excerpta quoque istiusmodi aggressi sint, quorum exemplaria et Romæ et Parisiis videre nos meminimus, sed quæ ultra* xv *Isaiæ caput non procedebant. In tertio lucem nunc primum vident Theodoreti Epistolæ CXLVII, paucæ videlicet, si cum iis conferantur, quas Nicephorus abs se lectas commemorat numero quingentas. In his Vaticanum codicem exhibuimus, quo etiam usus est cardinalis Baronius in Annalibus. Postea Neapolitanum alterum nacti, varias ex eo lectiones Vaticano apographo castigatiores selegimus, suoque loco edendas* [XXIII] *curavimus. In quarto nihil est admodum quod Græce Latineque antehac excusum non sit, cum in cæteris Græce plurima nunc primum proferantur : in primo nimirum, Quæstiones in libris Regum, et Paralipomena, itemque Psalmorum interpretatio et Cantici canticorum : in secundo universa, hoc est prophetarum omnium, tum majorum præter Isaiam, tum minorum duodecim explanatio : in tertio denique, Expositio Epistolarum beati Pauli, religiosa eremitarum Historia, et Theodoreti quas diximus Epistolæ. De versionibus Latinis hoc quoque admonendus es, lector, quoniam in Græco-Latina editione id præcipue spectandum videbatur, ut Latina Græcis, quoad ejus fieri posset, paribus spatiis responderent, brevitati autem Theodoreti laciniosa quorumdam interpretum oratio minime congruebat, faciendum necessario fuisse, ut huic incommodo mederemur. Quod nunc parcius, nunc liberius aliqua interpolando dum facimus, reprehensionem vereremur, nisi conscii nobis essemus, quanti omnium, qui in hac arena versati sunt, doctrinam facundiamque faceremus. Quorum etiam beneficii memoria ne interiret, singulorum Epistolas, quid quisque primus in lucem protulerit explicantes, sed in aliis deinceps editionibus prætermissas, in hac nostra restituendas duximus. Ante omnia vero, Theodoreti quoque ipsius Vitam ex ejus potissimum Epistolis concinnatam adjecimus. Tu æqui omnia consule, et vale.*

VETERUM ALIQUOT SCRIPTORUM

DE THEODORETO TESTIMONIA.

Sancti Leonis papæ in Epistola ad Theodoretum ipsum, quæ integra exstat in Appendice sub finem tomi IV editionis Sirmond.

Dilectissimo fratri Theodorito episcopo, Leo episcopus.

Remeantibus ad nos fratribus et consacerdotibus nostris, quos ad sanctum concilium Sedes B. Petri

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO LXXX CONTINENTUR.

THEODORETUS, CYRENSIS EPISCOPUS.

Parisiis. — Ex typis L. MIGNE.

NOTITIA HISTORICA

ET LITTERARIA*.

—

Fontes. — Theodoreti ipsius opera, præsertim epistolæ : S. Leonis Magni epistolæ; Acta concilii Ephesini (Mansi t. IV et V) et Chalcedonensis (Mansi t. VI et VII). Synodicon Cassinense (Opp. Theod. t. IV).— Subsidia : J. Garnerii Historia Theodoreti et Dissertatio II de libris Theodoreti in Auctario Theodoreti seu Opp. t. V. Paris. 1684, fol., p. 109-258 ; J V. Schulze Dissertatio de vita et scriptis Theodoreti in hujus Opp. (ed. Schulze Halae 1769) t. I, p. 1-52; Dupin t. IV, p. 81-118; Tillemont t. XV : *Theodoret Evesque de Cyr*, p. 207-340 (cum notis p. 868-78); Ceillier t. XIV, chap. 4, (p. 32-267); Cas. Oudin t. I, col. 1051-1154; G. Cave vol. I, p. 405-9; J. A. Fabricii Biblioth. Græc. vol. VIII, p. 277-309, et vol. VII, p. 429-32.

Theodoretus, matri sterili ob pias monachi cujusdam celebrati preces a Deo donatus, Antiochiæ c. a. 386 (vel 393) natus, et ab infantia Deo consecratus, mature disciplinas liberales et sanam fidem edoctus atque in sacris Litteris imbutus, præcepta simul et exempla sanctioris vitæ inter monachos hausit (*a*). Postquam non exiguo tempore in monasterio conversatus (*b*) atque lectoris et diaconi munere perfunctus esset, invitus ordinatus est episcopus Cyri in Syria (a. 423 vel 420 (*c*).

In munere episcopali præclaris virtutibus eminuit, voluntaria paupertate, studio pacis, zelo fidei et operibus charitatis. Etenim non solum bona omnia, quæ post parentum obitum sibi contigerant, pauperibus distribuit, verum etiam reditus omnes ecclesiasticos in bonum publicum impendit, victu parco et habitu vili contentus; pacem adeo coluit, ut intra viginti annos nec ipse, nec ullus ex ejus clero coram judice litis causa appareret; captivos, profugos et oppressos tam pecunia, quam patrocinio benignissime juvit (*d*). Sed maxime rectæ fidei tam in sua diœcesi, quam in aliis Orientis regionibus sedulam gessit curam; etenim cum diœcesin suam variis hæresibus, Marcionitarum præcipue et Arianorum, infectam reperisset, studio diligenti, nec labores, nec pericula veritus, cunctos erroris retibus liberatos in semitam veritatis reduxit, ita ut nullum pravæ doctrinæ germen in tota Cyrestica remaneret (*e*); Antiochiæ etiam frequenter pro vera fide sacras conciones habuit uberrimo cum fructu (*f*)

Gravissimis autem procellis jactatus est Theodoretus, dum lites Nestorianæ et Eutychianæ ferverent. Quamvis enim fidem orthodoxam integre custodiret ac impigre defenderet, Joanni tamen Antiocheno ipsique Nestorio vetusta amicitia junctus, sinistris rumoribus de Cyrillo vulgatis fidem incaute adhibuit. Hinc scripta ejusdem contra Nestorium animo præoccupato legens, errores Apollinarii in iis deprehendere sibi visus est, atque Nestorio injuriam fieri ratus, amici causam non facile deseruit, ortoque funesto schismate, ex parte Orientalium stetit. Ita contigit, ut ante Ephesinum concilium, mandante Joanne Antiocheno, Cyrilli anathematismos, et postea ipsum quoque concilium Ephesinum scriptis editis vehementer impugnaret (*g*). Ast meliora edoctus post aliquot an-

(*a*) Vid. Theodoreti *Histor. religios.*, c. 13, 9 et 12; epist. 81, 88, et præfat. Commentar. in Daniel (Opp. t. II.) Cf. Garnerii Historia Theodoreti c. 1 et 2; Tillemont l. c., art. I-IV (p. 207-216) cum nota 1 et 2 (p. 868-70).

(*b*) Monasterium suum, quod prope Apameam situm, 75 milliaribus ab Antiochia distabat, ipse Theodoretus aliquoties memorat; vid. epist. 119 et Synodicon Cassin. c. 66 (etiam in Opp. Theodoreti ed. Schulze t. V). Cf. Tillemont l. c. Art. IV (p. 216).

(*c*) Theodoreti epist. 80 et 81. Cyrus autem civitas erat Syriæ, caput Cyrrhesticæ regionis, in provincia Euphratensi. Diœcesis Cyrensis adeo ampla erat, ut octingentas numeraret parochias subjectas Theodoreti epist. 113); ipse autem Cyrensis episcopus Hierapolim pro sua Ecclesia metropolitana agnoscebat. Cf. Tillemont art. V (p. 217-18) et not. 2 (p. 869-70); item Garnerii Historia Theodoreti c. 2, n. 11.

(*d*) Vid. Theodoreti epist. 113, 79, 80, 81, 29-36 et 70, 23, 42-47, 52, 53, 114, 115; *Histor. religios.* c. 20. Cf. Garnerii Historia Theodoreti c. 3; item Tillemont l. c., art. IV (p. 216), art. VII - VIII (p. 219-24) et art. XXII-III (p. 258-263).

(*e*) Vid. Theodoreti ep. 81, 113, 145; *Histor. religios.* c. 21 (Opp. t. III) Cf. Tillemont l. c. art. XIII (p. 236-239).

(*f*) Vid. Theodoreti ep. 83 et 147, ad Joannem Germaniciæ episcopum (Opp. t. IV. 1275). Cf. Tillemont l. c. art. XIV (p. 240-41).

(*g*) Vid. Theodoreti epist. 151, ad monachos Euphratesiæ, etc. (ed. Schulze) et 162, ad Andream Samosat. (ed. Schulze), Relatio ad Alexandrum Hierapolit. (in concil. Ephes. act. v, ap. Mansi t. IV, col. 1407-8); fragmenta homiliarum Theodoreti, quas ut Orientalium legatus Chalcedone habuit (l. c. col. 1408-10, et in concil. Constantinopolit. II, a. 553, collat. v, ap. Mansi t. IX. col. 292-93; item in Garnerii Auctario p. 34-39, et in Opp. Theodoreti ed. Schulze t. V, p. 104-114); denique ejusdem epist. ad populum Constantinopolitanum, et ad Candidianum comitem in Synodico Cassin. c. 40, 42, 47 (ap. Schulze t. V). De *Pentalogio*, quod contra synodum Ephesinam œcumenicam scripsisse perhibetur Theodoretus, cf. Garnerius in Opp. Marii Mercatoris p II, p. 265 —

* Ex D. Josephi Fessler *Institutionibus Patrologiæ*. OEniponte 1851. Tom. II, p. 688.

nos tandem cum Cyrillo pacem atque communionem iniit, licet Nestorii, quem orthodoxum judicabat, damnationi non statim consentiret, et Cyrilli anathematismos, quos hæreticos censebat, per novam ejus formulam fidei retractatos assereret (*h*). Labes tamen Nestorianismi semel ipsi inhærens omnino deleri non potuit, præsertim cum Theodorum Mopsuestenum, Nestorianismi sontem, contra Cyrillum defendere institueret (*i*). Hinc ubi primum opposita Eutychianorum hæresis pullulare cœpit, Dioscorus patriarcha Alexandrinus, cum novam hæresin foveret acrioremque ejus adversarium sciret neminem, quam Theodoretum, machinas omnes in eum convertit per immissos primum calumniatores, qui illum in Oriente ut hæreticum Nestoriique fautorem infamarent; hujus enim nominis invidia catholicos percellere solebant Eutychiani (*j*). Deinde cum pseudosynodus Ephesina jam pararetur, Dioscorus, quo Theodoretum absentem ipsamque veritatem facilius opprimeret, apud imperatorem egit, ne Theodoretus illuc veniret, sed domi consistere juberetur (*k*). Itaque absens et inauditus in pseudo-synodo Ephesina episcopatu spoliatus ac in exsilium pulsus est (*l*). Sed Leo pontifex, quem injuste depositus appellaverat (*m*), eum absolutum sedi propriæ restituit (*n*), eumdemque mox synodus Chalcedonensis retractato judicio in cœtum suum ut orthodoxum admisit (*o*). Post illud concilium otio et pace ipsi frui licuit usque ad finem vitæ a. 458 (*p*).

THEODORETI OPERA.

Theodoretus varii generis scripta reliquit, I. *exegetica*, II. *historica*, III. *dogmatica*, et IV. *epistolas*.

I. OPERA EXEGETICA.

I. Primam eamque maximam horum librorum partem efficiunt *Commentarii*, quos *in S. Scripturam tum Veteris tum Novi Testamenti* exaravit. Huc pertinent :

1. *Quæstiones* (εἰς τὰ ἄπορα τῆς θείας Γραφῆς κατ' ἐκλογήν) *in Octateuchum* sive in V libros Mosis, in librum Josue, Judicum et Ruth ; item

2. *Quæstiones in libros Regum et Paralipomenon* (t. I). Utrumque hoc opus dilecto cuidam juveni inscribitur, cujus precibus exoratus ultimis vitæ suæ annis tantum laborem, medullam veluti intelligentiæ S. Scripturæ brevi compendio exhibens, susceperat. Opera hæc non commentarium continuum, sed obscuriorum solummodo locorum interpretationem complectuntur, quem in finem proponit quæstiones earumque solutiones subjungit, ea scilicet explanandi forma usus, quæ sibi videretur utilior et exemplo Christi similior, demum quæ fastidii minus tædiique haberet. In priori opere afferuntur quædam Origenis, Diodori ac Theodori Mopsuesteni testimonia, quæ utrum Theodoretus ipse, an alius quispiam adjecerit, inter eruditos non satis constat (*q*).

3. *Interpretatio in* 150 *Psalmos* (t. I) exarata est, non multo post concilium Ephesinum. Opus hoc *præstantissimum* in gratiam præsertim clericorum et monachorum, *qui dies noctesque Davidicos versus in ore habent*, conscripsit, ut, quod canunt, intelligerent.

72., ubi etiam *Fragmenta librorum quinque Pentalogii* inveniuntur, et Galland. Biblioth. t. IX, Prolegom. c. 13, n. 2-4 ; ejusdem operis alia quædam fragmenta Gr. et Lat. in Garnerii Auctario p. 40-50, ac in Opp. Theodoreti ed. Schulze t. V, p. 115-132; denique alia Latine tantum in Galland. t. IX, p. 418-22. Cf. etiam Tillemont l. c. art. XVII-VIII (p. 246-49) ; Chr. Lupi scholion in Synod. Cassin. c. 20, et Garnerii Historia Theodoreti c. 4 et 5.

(*h*) Vid. Theodoreti epist. 83. Cf. ep. 112. Huc pertinent complures Theodoreti epistolæ, quæ in Synodico Cassin. continentur c. 45, 60, 61, 66, 70, 71, 72, 81, 87, 88, 95, 97, 99, 110, 120, 128, 133, 138, 139, 146, 148, 151, 160, 161, 162, 166, 168, 170, 172. Cf. Tillemont l. c., art. XVIII-XX (p. 249-56) et C. Baron. Annal. ad a. 436, n. 10-11.

(*i*) Vid. concil. Constantinopolit. II (a. 553), Collat. V (Mansi t. IX, col. 252-54), et S. Cyrilli Alexandr. epist. ad Joannem Antioch. in Garnerii Auctario p. 97-98 (etiam in Theodoreti Opp. ed. Schulze epist. 179). Cf. Tillemont l. c. art. XXI (p. 256-58).

(*j*) « Quia Christi Domini *duas naturas* confitemur, ideo *filios duos* nos affirmare aiunt » Theodoreti ep. 145.

(*k*) Huc spectant Theodoreti epist. 79-112, epist. 16 et 145. Cf. Tillemont l. c. art. XXV-XXXIV (p. 266-89).

(*l*) Vid. Theodoreti epist. 9. Pariter huc pertinent epist. 114-135 et 136. Cf. Tillemont l. c. art. XXXIV-VIII (p. 289-301). Haudquaquam vero certum est, omnes Theodoreti epistolas, quæ hac et præcedenti nota indicantur, ad causam Eutychianam et persecutionem Dioscori pertinere, sed fortassis quædam ex iis conscriptæ sunt, cum Theodoretus post pacem inter S. Cyrillum et Joannem Antiochenum initam adhuc in schismate perseveraret. Cf. Chr. Lupus Opp. t. VII, p. 293; Tillemont l. c. art. XXXVIII (p. 301).

(*m*) Theodoreti epist. 113. Cf. ep. 116.

(*n*) Vid. Theodoreti epist. 137-146. Cf. Tillemont l. c. art. XXXIX-XL (p. 301-6).

(*o*) Concil. Chalcedon. act. I et VIII (Mansi t. VI, col. 589-92, et t. VII, col. 187-92) Justiniani imp. epistola adv. defensores trium capitul. (Mansi t. IX, col. 637-40). Cf. Tillemont l. c. art. XLI-III (p. 306-12).

(*p*) Vid. Theodoreti epist. 146; Gennad. *De script. eccles.*, c. 89. Cf. Tillemont l. c. not. 13 (p. 875-76); Garnerii Historia Theodoreti, c. 13 (p. 148-50), et Schulze Dissert. cit. p. 26-27.

(*q*) Vid. Additamenta et lectiones varias ad utrumque opus in Opp. Theodoreti ed. Schulze t. V, p. 1175-1233 (*quæ omnia ad tom. I revocavimus.* ED. PATR.) Cæterum de utroque opere cf. Sirmondi præfat. ad Lectorem, Garnerii Dissert. II, c. 3, § 1 (p. 181-83) ; Schulze Dissert. cit. p. 30-32, et t. V, Præfat. p. VI -VII ; Tillemont l. c., art. LI (p. 336-38) ; Dupin t. IV, p. 86-88; Ceillier l. c. art II, § 1-II (p. 46-61) et J. A. Fabrici *Biblioth. Græc.* vol. VIII, p. 179-83.

In ea brevitati non minus quam perspicuitati studuit, sensui litterali ita inhærens, ut in allegoriam nullibi deflecteret atque locos propheticos de Christo et Ecclesia diligenter exponeret (*r*).

4. ***Interpretatio in Cantica canticorum*** (t. II) librum adeo difficilem et sublimem simplici et perspicua ratione ita declarat, ut sponsi et sponsæ nomine Christum et Ecclesiam ubique intelligat (*s*).

5. ***Commentarii in omnes prophetas majores et minores*** (t. II) (*t*) simili ratione præclarum in modum conscripti sunt, quorum singulis argumenti nomine brevissimam introductionem præmittit.

6. ***Interpretatio XIV Epistolarum sancti Pauli*** (t. III) integra et continua brevissime in se complectitur, quidquid eleganter et apposite ad litteralem horum librorum sensum explicandum dici potuit, brevi pariter introductione (argumento) singulis Pauli Epistolis præmissa, ut revera commentarius iste reliquos omnes Theodoreti superare videatur (*u*).

Theodoretus in explananda S. Scriptura eumdem secutus est modum, quem Patres antiquiores, celeberrimi Scripturæ interpretes, olim tenuerant. Etenim auxilium gratiæ divinæ enixe precatus, Patrumque vestigia diligenter secutus, purissima intentione amicis rogantibus volumina sacra explicavit (*v*). Persuasum quippe habens, cuivis a Deo singulare donum esse concessum et quemlibet obligari, ut dono cœlitus sibi commisso quam optime utatur, officii sui duxit, desiderio atque indigentiæ studiosorum S. Scripturæ pro viribus satisfacere (*x*). Ac revera munere isto egregie defunctus est, cum ab allegorico interpretandi genere alienus et interpretationi morali haud nimis indulgens sensum litteralem quam brevissime simul et clarissime reddere studeret, quem in finem iis omnibus præsidiis, quæ sacrarum Litterarum interpretem juvant, cognitione linguarum, usu variarum antiquarum versionum et expositionibus primorum Patrum abunde munitus erat: præ omnibus tamen sanctum Chrysostomum sibi imitandum proposuit. Quapropter nullo non tempore iis annumeratus est, qui præcipuum locum inter S. Scripturæ interpretes jure suo obtinent (*y*); unde summopere commendandus est omnibus qui amant Scripturas divinas earumque germanum sensum diligenter scrutantur.

II. THEODORETI OPERA HISTORICA. III. DOGMATICA. IV. EPISTOLÆ.

II. *Opera historica*, quibus pariter magnam sibi laudem conciliavit, hæc sunt:

1. ***Historiæ Ecclesiasticæ Libri V*** (t. III) præsertim fata hæresis Arianæ et res in patriarchatu Antiocheno gestas ab ejusdem hæresis ortu usque ad a. 429 enarrant (*z*), pluri-

(*r*) ***Procemium*** (quo continentur varia de Psalterio ejusque auctore Davide, necnon de versionibus Græcis) et *Fragmenta Commentariorum in Psalmos* sub nomine Theodoreti, cui tamen ista nonnisi ex parte tribui possunt, habentur in Garnerii Auctario p. 1-20 (et cum Admonit. ac notis in Opp. Theodoreti ed. Schulze t. V, p. 71-82, 1234-40). Cf. Garner. Dissert. II, c. 3, § 2 (p. 185-84); Schulze Dissert. cit. p. 32-34; Tillemont l. c. art. XLV (p. 320-21); Dupin t. IV, p. 88-90, et Ceillier l. c. art. II, § 3, n. 1-3 (p. 62-64).

(*s*) Hæc explanatio, quam nonnulli ex rationibus parum solidis Theodoreto abjudicandam putabant, ex codd. mss. et veterum, imo ipsius Theodoreti auctoritate, necnon ex communi fere eruditorum consensu eidem recte tribuitur, cf. Garnerii dissert. II, c. 3, § 3 (p. 184-87); Schulze Dissert. cit. p. 34-37, et t. II, Præfat. p. VII; Tillemont l. c. art. XLV (p. 318-19) Dupin t. IV, p. 90-93; Ceillier l. c. art. II, § III, n. 4-5 (p. 64-71), et J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.* vol. VIII, p. 283-84.

(*t*) Valde dolendum est Commentarios in Isaiam hodie integros non reperiri, sed qui in editione Opp. Theodoreti exhibentur, Sirmondi tantum studio et diligentia ex catenis Græcis collectos esse, unde baud adeo certum est singula, quæ ibi Theodoreti nomine proferuntur, ab ipso vere profecta esse. Cf. Sirmondi Præfat. ad Lectorem in fronte t. I, et Schulze Præfat. ad Lectorem in fronte t. I, et Schulze Præfat. t. II, p. VII - XI. De omnibus his in prophetas Commentariis, cf. Garnerii Dissert. II, c. 4; (p. 187-89), Schulze Dissert. cit. p. 37-38 et t. II, Præfat.; item Tillemont l. c. art. XLV (p. 319-21), et Ceillier l. c. art. II, § 4, n. 1-6 (p. 71-74).

(*u*) Cf. Garnerii Dissert. II, c. 5, § 1 (p. 189-90); Schulze Dissert. cit., p. 38-40; Tillemont l. c., art. XLVII (p. 326); Dupin t. IV, p. 93-94; Ceillier l. c., art. II, § 4, n. 7 (p. 75-77).

(*v*) Ita ipse Theodoretus in omnibus fere Præfationibus Commentariorum suorum. Vid. ex. Gr. Præfat. Quæst. in Genes. (t. I, p. 1-2), Præf. Quæst. in libros Regnorum (t. I, p. 229), Præfat. et Conclusio interpretationis Psalm. (t. I, p. 394 et 982), Præfat. explanationis Cant. cantic. (t. I, 983-84); Præfat. interpretationis in Jerem. (t. II, p. 145), Præfat. interpretationis in Ezech. (t. II, p. 302), Præfat. interpretationis epist. S. Pauli (t. III, p. 1-2). Cf. Tillemont l. c., art. XLIV (p. 315-18.)

(*x*) Præfat. interpretationis in Danielem (t. II, p. 541-43).

(*y*) Photii cod. 203 et 204 (p. 271-72); Rich. Simon. *Histoire critique du Vieux Testament* l. III, chap. 10 (Rotterdam 1685, in-4, p. 408), qui Theodoreti Quæstiones et Commentarios omnibus altiorem S. Scripturæ cognitionem anhelantibus præprimis commendat; item Schulze in Opp. Theodoreti t. II Præfat. p. IV, et Noesselt in eadem Schulzii edit. Opp. Theodoreti t. III, Præfat. p. IV.

(*z*) Vid. Theodoreti *Histor. eccles.* lib. V, c. 40 (ed. Sirmondi c. 39). Historiam hanc Garnerius eo consilio scriptam fuisse putat, ut ostenderentur fontes, ex quibus Theodoreto viderentur orti errores, quos affingebat Catholicis et maxime Cyrillo; eam suspicionem ingeniosius fortasse, quam verius ex ipsa Theodoreti historia enucleata confirmare studet. Cf. Garnerii Dissert. II, c. 5, § 2 (p. 190-96), et Schulze Dissert. cit. p. 40-43; Tillemont l. c. art. XLIX (p. 308-33); Dupin t. IV, p. 94, 95 Ceillier l. c. art. II, § 5 (p. 77-92). Melior hujus historiæ editio, in qua capita singulorum librorum ratione a Sirmondiana nonnihil discrepante dividuntur ac numerantur, adornata est per H. Valesium

mis epistolis synodicis aliisque publicis testimoniis insertis, quæ brevibus narrationibus connectuntur. In ea tamen jure desideres diligentiorem temporum distinctionem rerumque ordinem; nimiæ quoque Theodori Mopsuesteni laudes, quem usque ad finem vitæ magnum Doctorem fuisse perhibet, in causa fuere, ut eam *historiam sedes apostolica accipere recuset* (*a*).

2. *Historia religiosa* (φιλόθεος ἱστορία, t. III) continet vitas et elogia triginta sanctissimorum ascetarum, qui partim in Oriente, partim in locis vicinis admirabilem vitam duxerunt, quorum agones spirituales Theodoretus vel ipse vidit, vel a testibus fide dignissimis accepit (*b*); unde quamvis nonnulla valde miranda ibi referantur, fidem tamen ejus narrationi detrahere minime licet, sed potius virtutem gratiæ Dei in hominibus juste cooperantibus admirari convenit. Hujus operis partem extremam constituit *Oratio de charitate* (*c*), luculenter exhibens causam, qua impulsi admirabiles isti homines ad certamina humanam naturam excedentia prodiere ; in ista proin operis conclusione charitatis naturam, præstantiam, effectus et causas copiose exponit.

3. *Hæreticarum fabularum compendium* (t. IV), post concilium Chalcedonense roganti Sporacio consulari scriptum, quinque libris absolvitur. In primis quatuor libris omnes hæreses inde a tempore apostolorum variosque singularum errores paucis describit ; quibus libro v *summam fidei catholicæ* (θείων δογμάτων ἐπιτομή) subjunxit, quo unusquisque veluti norma rectæ fidei inter multiplices errorum scopulos uti possit (*d*).

III. *Opera dogmatica.*

1. *Eranistes* seu *Polymorphus* (t. IV) (*e*) contra Eutychianos c. a. 447 scriptus (*f*) libris quatuor continetur, quorum tres priores *Dialogi* formam habent, quartus inscribitur *Demonstratio per syllogismos*. Singulis istis Dialogis singulare nomen ab argumento inditum ; primus inscribitur Ἄτρεπτος sive *Immutabilis* (lib. I), quia ibi probatur, immutabilem esse unigeniti Filii divinitatem ; secundus Ἀσύγχυτος, *Inconfusus* (lib. II), in quo scilicet demonstratur, non permistam sive inconfusam in Christo Domino esse divinitatis et humanitatis unionem ; tertius Ἀπαθής, *Impatibilis* (lib. III), ubi ostenditur, a passionibus liberam fuisse Salvatoris nostri divinitatem : atque hæc dogmata præcipue ex auctoritate SS. Patrum totius orbis catholici firmantur. Demum libro IV quæ in Dialogis fusius et oratorio modo disputaverat, in syllogismos contrahit, ut argumentorum vis apertior sit et efficacior. — Operi huic perquam erudito opusculum aliud jungi convenit inscriptum : *Quod et post humanitatis assumptionem unicus Filius sit Dominus noster Jesus Christus* (*g*), in quo Theodoretus fidem suam de incarnatione Filii Dei optime ac dilucide exponit, ex S. Scriptura et SS. Patrum consensu firmat, contra Nestorium et Eutychem defendit.

2. *De Providentia orationes X* (t. IV), Antiochiæ probabiliter dictæ, mira eloquentiæ

Gr. et Lat. cum notis Parisiis 1673, recus. Moguntiæ 1679 fol. et inter Scriptores Historiæ Eccles. Græc. t. III, ed. G. Reading. Cantabrigiæ 1720 ; iterumque Augustæ Taurin. 1748, fol.

(*a*) Theodoreti *Hist. eccles.* lib. v, c. 40 (ed. Sirmondi c. 39) ; S. Gregorii M. lib. VII, ep. 34, ed. Maur., ubi tamen perperam Sozomenus pro Theodoreto legitur. Cf. de Theodoreti fide historica C. Baron. *Annal.* ad a. 378, n. 40-43.

(*b*) Cf. Garnerii Dissert. II, c. 5, § 3 (p. 196-204) ; Tillemont l. c. art. XLVIII (p. 327-30) ; Dupin t. IV, p. 95-101, et Ceillier l. c. art. II, § 6 (p. 92-120).

(*c*) Exstat in Opp. Theodoreti t. IV, Append., p. 680-95 (ed. Schulze t. III, p. 1296-1319). Cf. Garnerii Dissert. II, c. 5, § 4 (p. 204-5) ; Dupin t. IV, p. 109 ; Tillemont l. c., art. XLVIII (p. 329-30) ; Ceillier l. c., art. II, § 11, n. 1 (p. 186-87), et J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.*, vol. VIII, p. 287 et 294.

(*d*) Cf. Garnerii Dissert. II, c. 6, § 2 (p. 244-46) ; Tillemont l. c., art. L. (p. 333-36) ; Dupin t. IV, p. 103-7 ; Ceillier l. c., art. IV II, § 9 (p. 156-67) ; Schulze Dissert. cit. p. 47-49. Cæterum libri IV caput 12, in quo hæresis Nestorii proponitur, a Garnerio (Dissert. II, c. 8, § 2, p. 251-53) ex rationibus internis Theodoreto abjudicatur, qua in opinione Garnerium secuti sunt Cas. Oudin (t. I, col. 1104-8) et G. Cave (vol. I, p. 407.) ; alii tamen, ut Tillemont (vid. præsertim not. 17, p. 877-78), Dupin, Ceillier, Schulze locis supra cit. caput istud recte pro genuino agnoverunt. — *Epistola*, quæ inscribitur *ad Sporacium* (al. *ad Sporadium* vel etiam *liber contra Nestorium*) in Opp. Theodoreti t. IV, p. 1041-53, duabus revera constat partibus, quarum prior istud ipsum caput 12 libri IV *Hæret. Fabularum* iisdem verbis repetit, altera fidem de incarnationis mysterio exponens et B. Virgini Mariæ titulum Deiparæ asserens, Nestorium directe alloquitur et impugnat, hinc a quodam Theodoreti studioso nescio unde huc translata videtur. Cf. C. Baron. *Annal.* ad a. 449, n. 141-42 ; Tillemont l. c., art. L (p. 335) ; Dupin t. IV, p. 109 et 105 ; Ceillier l. c., art. II, § 11, n. 2 (p. 187) ; item Garnerii Dissert. II, c. 8, § 2 (p. 251-54) et c. 5, § 5, n. 9 (p. 205).

(*e*) *Eranistes* vel *Polymorphus* (ἐρανιστής, i. e. *mendicus*, πολύμορφος, i. e. *multiformis*) ideo inscribitur hoc opus, quia Eutychiani « a multis impiis hominibus (Simone Mago, Cerdone, Marcione, Valentino, Bardesane, Apollinari, Ario) infausta sua dogmata *emendicantes*, varium hoc et *multiforme* commentum proferunt » (Theodoreti Præfat.) Quapropter etiam hæreticus in Dialogis istis nomine *Eranistes* loquens inducitur. Hujus operis ipse Theodoretus meminit epist. 16, 83, 130 ; Phot. cod. 46 (p. 15) et Nicephor. *Hist. eccles.* lib. XIV, c. 54.

(*f*) Solus fere Garnerius putat opus hoc eo maligno consilio conscriptum fuisse a Theodoreto, ut Cyrillum et Catholicos tecto nomine quasi Apollinaristas impugnaret, imo Nestorii doctrinam demonstratione firmaret (Theodoreti Auctar. p. 132, 240, 244, et in Opp. Marii Mercatoris parte II, p. 277). Sed hæc iniqua Garnerii suspicio haud immerito ab omnibus explosa (Tillemont l. c., art. XXVII, p. 270-78 ; Ceillier l. c., art. II, § 8, p. 149-56 ; Schultze Dissert. cit., p. 45-47) vel inde satis refellitur, quod in ipsis Dialogis S. Cyrillum inter præcipuos Ecclesiæ doctores retulerit (Dialog. II, p. 110-111).

(*g*) Opusculum hoc Gr. et Lat. habetur in Opp. Theodoreti ed. Schulze t. IV, p. 1307-13 ; Galland. *Biblioth.* t. IX, p. 412-15 ; Mansi t. V, col. 1039-46. Cf. Galland. l. c. Prolegom. c. 13, n. 1-2.

virtute et argumentorum copia nobile hoc thema pertractant, ita ut nemo alius antiquæ Græciæ scriptorum hac in re ipsi par aut superior dici possit (*h*). Priores quinque complectuntur quæcunque ad probandam divinam providentiam faciunt, sive mundi hujus admirabilis structura, sive corporis nostri fabrica, sive rerum omnium sapientissima gubernatio spectetur. Posteriores quinque eamdem providentiam in rebus præsertim humanis earumque varia conditione, in divitiis et paupertate (or. VI) in dominatione et servitute (or. VII et VIII), tandem in sorte piorum præsenti atque futura, et maxime in mysterio Redemptionis generis humani conspicuam reddunt (or. IX et X).

3. *Græcarum affectionum curatio* (t. IV), duodecim libris absoluta, elegantissima atque eruditissima est apologia religionis Christianæ (*i*). Etenim cum gentiles frequenter Christianos deriderent, quasi solam fidem commendarent, insuper et martyres, homines misere defunctos, stulta præsumptione venerarentur, Theodoretus religionem nostram defendendam suscepit. In præclaris hisce sermonibus fidem Christianorum defendit et scientiæ defectum in apostolis excusat (I), tum ex adverso ponit gentilium et Christianorum doctrinas de principio Universi (II), de creaturis spiritualibus (III), de mundi creatione (IV), de natura hominis (V), et de providentia (VI), sacrificia gentilium et Judæorum (VII), venerationem martyrum et cultum heroum (VIII), apostolos et gentium legislatores (IX), vaticinia prophetarum et oracula gentilium (X), doctrinam de fine mundi et judicio extremo (XI), denique præcepta morum in Evangelio et in libris philosophorum contenta ac vitam Christianorum et philosophorum (XII).

4. *Reprehensio 12 capitum seu anathematismorum Cyrilli* (t. V, p. 1-68), scripta c. a. 430, animum Cyrillo valde infensum prodit, unde et sententias ejus in partem deteriorem accipit et justo acrius in S. Patrem invehitur.

IV. *Epistolæ* fere 200 (*j*) partim sunt *dogmaticæ* (ep. 21, 83, 84, 85, 109, 125, 130, 143, 144, 145, 146), partim *consolatoriæ* (ep. 7, 8, 12, 14, 15 17, 18, 27, 65, 69, 120, 132, 136), partim *heortasticæ* (ep. 4, 5, 6, 25, 26, 38-41, 53-56, 63, 64, 72, 74), seu in dies festos mitti solitæ; reliquæ varios vitæ ipsius eventus spectant, aut *familiares* sunt, commendatitiæ vel gratulatoriæ. Nihil eo in genere scribendi perfectius; nam quæ sunt epistolarum virtutes, brevitas, perspicuitas, elegantia, urbanitas, modestia, observantia decori, et ingeniosa prudensque ac erudita simplicitas, in epistolis Theodoreti admirabiliter ita elucent, ut scribentibus exemplo esse possint (*k*).

Theodoreti scripta, quibus Nestorium ac Theodorum Mopsuestenum defendebat, sanctum Cyrillum et synodum Ephesinam impugnabat, ab Ecclesia catholica solemni sententia reprobata sunt (*l*). Inter opera ejus damnata, quæ hodiedum supersunt, pertinet reprehensio anathematismorum sancti Cyrilli et complures epistolæ, præsertim epistola ad monachos Euphratesiæ etc. (*m*). Is post Theodorum Mopsuestenum primus inter Græcos fuisse videtur, qui in ista reprehensione anathematismorum Cyrilli processionem Spiritus sancti ex

(*h*) Argumentum totius operis ipse Theodoretus exhibet orat. 9 (p. 424-25). Cf. J. Garnerii Dissert. II. c. 6, § 3 (p. 246); Dupin t. IV, p. 107-8; Tillemont l. c., art. XLVI (p. 323-24) et Ceillier l. c., art. II, § 10, n. 1-5 (p. 167-70).

(*i*) Argumentum hujus operis ipse Theodoretus accurate proponit in prologo ejusdem. Cf. J. Garnerii Dissert. II, c. 6, § 4 (p. 246-49); Dupin t. IV, p. 108-9; Tillemont l. c. art. XLVI (322-23) et Ceillier l. c., art. II, § 10, n. 4-16 (p. 170-86).

(*j*) Nicephorus Callistus (*Histor. eccles.* lib. XIV, c. 54) supra quingentas Theodoreti epistolas legit, ex quibus fortasse quispiam Theodoreti studiosus pulcherrimas 147 selegit, quæ hodie una collectione habentur. Theodoreti epistolæ 146 in ejus Opp. t. III reperiuntur, quibus accedit ep. 147, ad Joannem Germaniciæ episcopum (de qua vid. Justiniani imp. epistolam adv. defensores trium capitul. ap. Mansi t. IX, col. 637-40.). His adjungendæ complures epistolæ Theodoret in Garnerii Auctario p. 51-107, et quæ exstant Latine tantum in Synodico Cassin. (supra in Vita Theodoreti relatæ). In edit. Schulziana omnes Theodoreti epistolæ, præter eas quas exhibet Synodicon Cassin., serie continua reperiuntur t. IV, parte II.

(*k*) Ita de epistolis Theodoreti judicat Garnerius, alias censor Theodoreti valde iniquus, in Dissert. II, c. 5, § 5, n. 10 (p. 205). Idem Garnerius l. c., § 5 (p. 205—38) de singulis 147 epistolis tractat earumque tempus singillatim determinat; epistolis vero in Auctario positis notas fusiores subjecit, quemadmodum et Chr. Lupus epistolis in Synodico Cassin. contentis ejusmodi scholia adnexuit. Cf: Dupin t. IV, p. 111-17, et Ceillier l. c., art. II, §. 7 (p. 120-49), item § 12, n. 6-9 (p. 193-99), et n. 11 (p. 201-2).

(*l*) « Condemnamus et anathematizamus, quæ impie Theodoretus conscripsit contra rectam fidem et contra duodecim capitula S. Cyrilli et contra Ephesinam primam synodum, et quæ ad defensionem Theodori et Nestorii ab eo scripta sunt, » (concil. Constantinopolit. II, collat. VIII, et can. 13, ap. Mansi t. IX, col. 375-76, et 385-86; item P. Vigilii epistola decretalis pro confirmatione V synodi œcumenicæ ibid. col. 417-18). « Neque Theodoreti omnia scripta damnamus, sed sola quæ contra duodecim Cyrilli capitula, sola, quæ contra rectam fidem aliquando scripsisse monstratur, quæ tamen et ipse damnasse cognoscitur, qui in sancta Chalcedonensi synodo vera confessus invenitur...... Sola ejus hæretica scripta respuentes, alia scripta illius non solum recipimus, sed eis etiam contra adversarios utimur. » P. Pelagii II, epist. ad Eliam Aquilei, c. 20. (Mansi t. IX, col. 450-52.). — Cæterum de Theodoreti fide admodum fuse et erudite agit J. Garnerius in Dissert. III. (Auctar. p. 457-92). iterum edita cum notis in Opp. Theodoreti ed. Schulze t. V, p. 446-511.

(*m*) Epistola hæc, apud Sirmondum desiderata, apud Garnerium (in Auctar. p. 62-63) ex parte tantum Latine exstans, integra Gr. et Lat. reperitur in Opp. Theodoreti ed. Schulze t. IV, p. 1291-1306; Galland. t. IX, p. 405-12; Mansi t. V, col. 1023-38.

Filio negavit (*n*). Stylus ipsius admodum facilis, perspicuus et copiosus vere Atticam gratiam redolet, quæ et lectorem sine fastidio tenet, et perspicuitati brevitate non officit (*o*).

NOTA I. Haud pauca Theodoreti *opera* modo *deperdita* sunt, ut ex ipsius epistolis liquet (vid. ep. 82. 113, 116, 145). Ex his præcipue memoratu digni sunt: *Liber mysticus* 12 sermones complectens (ep. 82, et *Hæret. Fabul.* lib. v. c. 18. Cf. Garnerii dissert. II, c. 9, § 1); *Libri seu Sermones de virginitate* (vid. ejus commentar. in I Corinth. VII, 34; Opp. t. III, p. 155); *Sermones quinque in S. Joannem Chrysostomum* (vid. fragmenta in Photii cod. 273, p. 827-30; Garnerii Auctar. p. 30-34, et Opp. Theodoreti ed. Schulze t. V, p. 98-103. Cf. Ceillier l. c. art. II, § 12, n. 3, p. 190-91); tum *libri contra Judæos, contra Marcionem, contra Arianos et Macedonianos, contra Apollinaristas* (Cf. Garnerii Dissert. II, c. 9, § 2-4. Fragmenta quædam *Theodoreti de Trinitate, contra Sabellium et contra Arium* exhibet Galland. Biblioth. t. IX, p. 416-17. Cf. ibid. Prolegom. c. 13, n. 4); denique Πενταλόγιον περὶ ἐνανθρωπήσεως seu *Libri quinque de Incarnatione* et *Apologia Theodori Mopsuesteni* (Fragmenta in concil. Constantinopolit. II, Collat. v, ap. Mansi t. IX, col. 252-54.). Cf. etiam J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.*, vol. VIII, p. 306-7.

NOTA II. Dubius est *Sermo* seu *Encomium in nativitatem Joannis Baptistæ* (Gr. et Lat. in Garnerii Auctario p. 21-30, et in Opp. Theodoreti ed. Schulze t. V, p. 84-97), Theodoreto haud indignus (Tillemont l. c., art. LI, p. 338; Ceillier l. c., art. II, § 12, n. 3, p. 190), potiori tamen jure Theodoro Daphnopatæ juniori ascribitur, Cf. J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.* vol. VIII, p. 296-97, et vol. X, p. 258.

NOTA III. *Opera valde dubia*, seu potius *supposititia* hæc sunt:

a) *Sermones* 17 adversus S. Cyrilli et Catholicorum aliquot sententias (*adversus varias propositiones*) cum epistola præfationis loco iisdem præfixa (Gr. et Lat. in Garnerii Auctario p. 683-726. et in Opp. Theodoreti ed. Schulze t. V, p. 1113-74; item in Opp. S. Athanasii t. II, p. 491-514.), qui *Eutherium Tyanensem*, Nestorii atque Theodoreti amicum, Mario Mercatore teste, auctorem habere videntur, licet Photius cod. 46 (p. 14-15) eas Theodoreto ascribat; Cf. Garnerius et Schulze l. c. Montfaucon in Opp. S. Athanasii t. II, p. 472-73; Cas. Oudin t. I, col. 1131-32; Ceillier l. c. art. II § 11, n. 4 (p. 188) et J. A. Fabricii Biblioth. Græc., vol. VIII, p. 304-5.

b) *Dialogi VII adversus Anomœos, Macedonianos et Apollinaristas* (Gr. et Lat. in Garnerii Auctario p. 273-406, et in Opp. Theodoreti ed. Schulze t. V, p. 915-1112; item in Opp. S. Athanasii t. II, p. 407-491, et minus plene sub titulo: *Athanasii Dialogi V de S. Trinitate ed. Th. Beza. Paris.* 1570 in-8), quos Theodoreto vindicare studuit Garnerius Dissert. II, Append. (Auctar. p. 259-72), antiqui, sed incerti auctoris sunt, forte S. Maximi Confessoris, Cf. Montfaucon Monit. in opp. S. Athanasii t. II, p. 406-7 et 472; Schulze in Opp. Theodoreti t. V, p. 420; Tillemont l. c. art. XLVII (p. 324); Ceillier l. c. art II, § 12, n. 10 (199-201), et J. A. Fabricii Biblioth. Græc. vol. VIII, p. 299. De aliis quibusdam operibus Theodoreto suppositis vid. Garnerii Dissert. II, c. 8. (Auctar. p. 249-55).

EDITIONES: Theodoreti episcopi Cyri Opera omnia Gr. et Lat. ed. Jac. Sirmondus S. J. Paris. 1642. tomi IV fol., quibus adjungendum est *Auctarium Theodoreti, Cyrensis episcopi* seu Operum tomus V, ed. J. Garnerius (et Harduinus) Paris. 1684, fol. — Editionem hanc integram (ordine in tomis posterioribus paululum immutato, textu aliquoties emendato. præfationibus, observationibus, notis, indicibus et glossario adjectis) denuo recensuit J. L. Schulze Halæ 1769-74. V Tomi in 8°. (Singuli Tomi hujus editionis binis constant partibus). — Theodoreti Opera Græce edita ab Eugenio, diacono Bulgariæ. Halæ Sax. 1768-75. V Tomi in-4.

(*n*) Ita enim Theodoretus in reprehens. anathematismi IX: « Proprium Spiritum Filii, siquidem ut ejusdem cum eo naturæ et ex Patre procedentem dixit, simul confitebimur et tanquam piam suscipiemus vocem. Si vero tanquam *ex Filio aut per Filium* exsistentiam habeat, hoc ut *blasphemum* et impium rejiciemus. » (Opp. S. Cyrilli t. VI, p. 228; Opp. Theodoreti t. IV, p. 718.). His affinia protulit Theodoretus in epist. 151, ed. Schulze t. IV, p. 1293, et in epist. ad Joannem Antioch. (Synodicon Cassin. c. 95. Cf. ibid. scholion Chr. Lupi Opp. t. VII, p. 253-54). Præterea Cf. J. Garnerius in Dissert. III, c. 1 (Auctar. p. 458-61) et J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.* vol. VIII, p. 279.

(*o*) Vid. Nicephori Callisti *Histor. eccles.* lib. XIV, c. 54. Ita et Photius cod. 31 (p. 8), cod. 46 (p. 15), cod. 56 (p. 22) et cod. 203 (p. 271); Tillemont l. c., art. IV (p. 215-16) et Ceillier l. c., art. IV, n. 1 (p. 261-64).

BEATI THEODORETI

EPISCOPI CYRI

OPERA QUÆ REPERIRI POTUERUNT OMNIA.

POST. RECENSIONEM JACOBI SIRMONDI

DENUO EDIDIT

JOAN. LUDOVICUS SCHULZE.

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO
FRIDERICO
PRINCIPI REGIO, GLORIOSISSIMI STEMMATIS BRITANNICI CELSISSIMO DUCI GLOCESTRIÆ, LUNEBURGI, ETC.
ET
REVERENDISSIMO EPISCOPO
ECCLESIÆ CATHEDRALIS OSNABRUGENSIS, PIO AC FELICI
DOMINO MEO INDULGENTISSIMO
NECNON
EJUSDEM CATHEDRALIS ECCLESIÆ MAXIME REVERENDIS, ILLUSTRIBUS
AC GENEROSISSIMIS DOMINIS
CÆTERISQUE REVERENDISSIMI CAPITULI MEMBRIS, DOMINIS MEIS GRATIOSISSIMIS.

Serenissime Princeps,
Episcope reverendissime,
Viri maxime reverendi, perillustres ac generosissimi,

Haud e longinquo petendæ sunt rationes, quæ tantum apud me valuerunt, ut celsissimo nomine tuo, Reverendissime Episcope ac Princeps serenissime, huic operi quod episcopi gravissimi Scripta complectitur, perenne decus et adeo singulare ornamentum conciliare, simulque Vobis, Viri maxime reverendi ac perillustres, hunc librum, tanquam devotissimæ mentis testem ac pignus offerre auderem. Beati Theodoreti hæc sunt scripta, Cyri quondam episcopi, de Ecclesia omnique adeo re sacra multis nominibus meriti, purioris doctrinæ sanctissimæque fidei propugnatoris maxime strenui, paganismi autem et hæreticarum fabularum adversarii acerrimi; viri denique, in quo omnes illæ virtutes, quæ episcopum decent, amico erant conjunctæ vinculo. Hinc spes enata est quam certissima, fore ut episcopi de Ecclesia adeo meriti Opera indulgentissimo aspectu tuo, Revendissime Episcope ac Princeps Serenissime, haud careant, vobisque, viri maxime reverendi ac perillustres, haud omnino displiceant. Ita quidem ut augurari liceat, facit tua in pietatis studio assidua exercitatio, suadet etiam illa qua Ecclesiæ vestræ commodo invigilatis, cura indefessa, et in Scripta, quæ ad sanctissima doctrinæ capita pertinent, prona voluntas.

Dignam episcopali munere imaginem, Reverendissime Episcope ac Princeps Serenissime, in his beati Theodoreti Scriptis delineatam vides, quam in te aliquando expressam et illustriorem esse futuram, quis est qui dubitet? De splendidissimis dotibus a summo Numine tibi concessis, omnes qui invictissimi potentissimique magnæ Britanniæ regis sceptro subjecti sunt, teque in spem sæculi adolescere vident, merito lætantur: te quoque exteri admirantur, oculosque in te tanquam in virtutis exemplum sublimi in loco positum, conjiciunt. Faxit Deus T. O. M. ut sacratissimam episcopi personam tuearis quam diutissime; ut cum annorum tuorum incremento tuæ quoque Ecclesiæ salus stabiliatur, teque præside maneat inconcussa; utque cum totius celsissimæ regiæ domus Britannicæ salute ac incolumitate, tua quoque sit omni ære perennior.

Vosque, Viri maxime reverendi ac perillustres, in quibus vivit, novasque in dies vires acquirit Ecclesia vestro moderamine nixa, date, quæso, pietati in vos meæ, quæ esse debet maxima, ut hæc in Theodoreto refingendo posita studia vobis probari cupiam quam maxime. Hoc si, non dicam sperare, sed omnino persuasum habere liceat, erit de quo læter

mihique magnopere gratuler. Deum autem T. O. M. supplex rogo, ut vos, Viri maxime reverendi ac perillustres, in Ecclesiæ vestræ salutem, omnisque rei sacræ præsidium ac insigne ornamentum quam diutissime superstites esse jubeat, vestrisque conatibus Ecclesiæ saluberrimis in posterum quoque annuat quam clementissime.

Ita precatur, Deumque rogat, Serenissime Princeps ac reverendissime Episcope, Viri maxime reverendi, perillustres, illustres ac generosissimi, summorum nominum vestrorum humillimus et devotissimus cultor

JOAN. LUDOV. SCHULZE.

Dab. Halæ in Acad. Frideric. VI Kal. Octobris A. R. S. MDCCLXVIII.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

[XIII] Alter jam agitur annus, ex quo nostrum de paranda nova Theodoreti Operum editione consilium cum Eruditis communicavimus; quod cum probaretur bonis omnibus, alacri animo hunc laborem suscepimus, ejus nec diuturnitatem nec magnitudinem magnopere metuentes. Quod Deus itaque faustum et felix esse jubeat! primus nunc in lucem emittitur editionis nostræ tomus, quem haud adeo longas traxisse moras putabunt, quotquot intelligunt, quantum operæ et temporis comparationi quatuor manuscriptorum codd. aliisque subsidiis ad hunc tomum locupletandum adhibitis, impendi debuerit. Quid præstitum sit a nobis, paucis nunc recensebimus, ita tamen ut æquis ac peritis lectoribus relinquamus judicium, quos magnopere rogamus, ut in rei litterariæ publicamque adeo utilitatem sua conferant consilia, si quid vel emendandum vel rectius disponendum esse videatur.

[XIV] Ordinem librorum eumdem tenuimus, quem olim secutus est Jac. Sirmondus, cujus editioni nostram esse cupimus quam simillimam. Complectitur itaque hic tomus *Commentarios* Theodoreti *in historicos V. T. libros*, scilicet in Octateuchum, in quatuor libros Regum et Paralipomena, necnon *Interpretationem Psalmorum* uberrimam. Ulterius progredi jam non licuit, ne mole sua laboraret liber, si justos excederet limites. Hinc factum est ut Commentarii in Canticum canticorum ad proximum tomum remitti debuerint, utque a priori nostro consilio, Garnerii aliquot Dissertationes cum necessaria Epicrisi huic tomo præmittere, abstinendum esse putaverimus. Magnopere quidem placuit illud Oudini *De Script. eccles.* t. I, p. 1134, monitum, primam, secundam ac tertiam Dissertationem ex Garnerii Auctario præmittendam esse novæ, si unquam pararetur, Operum Theodoreti editioni; imo e re nostra esse videbatur scriptorem nostrum contra Garnerii cavillationes in ipso quasi Operis introitu defendere: tamen cum plura non caperet hic primus editionis nostræ tomus, et eruditis quibusdam, quorum magna debet esse auctoritas, aptum videretur, Dissertationes istas ultimo novæ editionis tomo comprehendere, mutavimus consilium. Ne vero bonæ Theodoreti causæ, quam post Sirmondi tempora male egit Garnerius, quidquam inhæreret maculæ, Dissertatio præmittenda fuit, quæ de Vita et Scriptis viri de Ecclesia meritissimi ita exponeret, ut lectoribus patere possit, quanta sit scriptoris nostri dignitas, et quam iniquum judicem egerit Garnerius. Et hoc quidem labore eo magis opus esse videbatur, quia Vita Theodoreti, quam olim Sirmondus editioni suæ præmisit, adeo brevitate laborabat, ut sitim excitare quidem, sed non restinguere putaretur.

In adornanda autem editione nova operam imprimis dedimus, ut textum Græcum emendatiorem, et quantum fieri posset locupletiorem, exhiberemus. Multam quidem Sirmondus adhibuit diligentiam, ut Græca, quæ plurimis Theodoreti scriptis antea Latine tantum editis, primus e codicibus adjecit, quam castigatissima prodirent, nonnulla tamen sive supplenda, sive emendanda nobis reliquit. Cum enim Pici, Carafæ, Herveti aliorumque interpretationes Latinas [XV] in editionem suam receperit, hisque antiquioribus versionibus textum Græcum adjecerit, factum est ut hic illis non ubique responderet. Nunc enim plura, nunc pauciora, nunc vero longe alia in textu quam in versione erant expressa: imo lacuna quatuor linearum obvia erat in Commentario ad Psal. XVIII, 6, 7, tomo I, p. 467 edit. Sirmondianæ. Quæ cum ita essent, facile cognovimus parum utilem fore novam hujus scriptoris editionem, nisi textus ad msc. codicum fidem iterum revocaretur, et Latina versio ita emendaretur, ut textui Græco responderet quam exactissime. Hæc cum meditaremur, et auxilia circumspiceremus, quæ obtinendo huic fini essent satis apta, providam summi Numinis curam, quam pio gratoque animo celebrare juvat, experti sumus. Brevi enim tempore factum est, ut summorum virorum, qui studiis nostris faverent, auxilio adjuti, plura quam sperari potuerant, obtineremus præsidia. Nec sumptibus in librum rei sacræ inter nos promovendæ apprime utilem, erogandis, parcendum esse putarunt venerandi illi viri, quorum insigni de bono publico bene merendi studio factum est, ut bibliopolium Orphanotrophei ne hoc quidem tempore, quo consilium de scriptore quodam ecclesiastico prelis iterum subjiciendo multis minus opportunum videri potuisset, hæc studia nostra a se aliena putaret.

Quæ e codicibus ad ornandum hunc tómum accesserunt, multa sane et non spernenda, ea fere omnia debentur amplissimæ in commodum litterarium voluntati illustrium inclytæ urbis Augustæ Vindelicorum procerum, qui avitam istam cum summa laude tuentes gloriam, nostris, ut olim multorum, eximie faverunt studiis. Hanc litteris promovendis valde utilem bonisque omnibus charam mentem, ut silentio præterire nefas esset, ita committere non possumus ut publicum hoc pietatis nostræ animique tanta beneficiorum magnitudine magnopere affecti desideretur monumentum. Debemus illud illustrium bibliothecæ Augustanæ curatorum munificentiæ, qua usum manuscriptorum quæ locupletando scriptori nostro inservire poterant, liberalissime nobis concedere haud dubitarunt. E numero illorum satis magno, hoc loco quatuor illi codices commemorandi erunt, quibus ad exornandum hunc tomum usi sumus. In horum autem descriptione, ut breviores simus, a laudibus nobis temperabimus, [XVI] quia Ehingeri, Hœschelii et Reiseri Indices mss. bibliothecæ Augustanæ, codices istos jam satis inter eruditos commendarunt. Is quem primum adhibuimus, cum Theodoreti Commentarius in Octateuchum prelo parandus esset, est chartaceus, sæculo XI, ut videtur, scriptus in fol. Complectitur Quæstiones in quinque libros Mosis, in librum Josuæ, et maximam omnino partem libri Judicum, usque ad initium Quæstionis vicesimæ. In eodem codice exstant carmina Sibyllina, quæ ex illo olim edita sunt a Xysto Betuleio, cujus esse putantur notulæ ad marginem passim ascriptæ. Tres alii codices spectant ad Commentarium in Psalmos. Primas inter illos tenet is quem in editione nostra *primum* diximus, quia præstantior est reliquis duobus, quos etiam antiquitate superat. Quantum enim duce Montfauconio, cujus in hunc finem consuluimus Palæographiam Græcam, in re plerumque satis incerta assequi potuimus, eum ad sæculum X referendum esse putamus. Est membranaceus in 4, et ob minutum characterem ac singularia scribendi compendia lectu omnino difficilis. Comprehendit vero unius Theodoreti integrum in Psalmos Commentarium, et partem Præfationis, cujus initium incidit in verba illa ὀλοφύρεται συμφορὰς quæ exstant pag. 604 edit. nostræ. Præmissa sunt octo folia, quorum quatuor priora, quæ recentiorem manum aliumque scriptorem produnt, inscripta sunt, Προοίμιον εἰς τὸν ψαλτῆρα καὶ ἐγκώμιον εἰς τὸν Δαβίδ, quatuor autem postrema adeo sunt vetustate detrita, ut litterarum characteres admodum exiles vix possint dignosci. Hæc sequitur Commentarius in Psalmos, quem, ut jam diximus, integrum, deinde excipit Expositio variorum auctorum in Canticum Mosis, satis male quidem, paululo tamen melius scripta, quam qui proximum tenet locum, Index Sermonum Chrysostomi. Finem codicis faciunt folia quædam admodum vetustate corrupta, quæ ad Gregorii Nysseni librum *De anima* pertinere videntur. Codex, quem *secundum* in editione nostra diximus, est chartaceus in 4, recentiori manu ab antiquiori quodam, ut putamus, descriptus, qui desinit in medio Commentarii ad psalmum nonagesimum quartum. In fine subjuncta est eadem, etsi in verbis paululum diversa, variorum auctorum Expositio Cantici Mosis, de qua jam diximus. Is denique codex quem *tertium* in Scholiis nostris dicere consuevimus, est membranaceus, in folio ut aiunt, sæculo X vel XI satis nitide scriptus, [XVII] et bene servatus. Complectitur Catenam in Psalmos ex Asterio, Basilio M., Cyrillo, Didymo, Eusebio et Nostro collectam, quæ incipit a psal. IX, 16, et progreditur usque ad finem psalmi quinquagesimi.

Præter hos quatuor codices Augustanos, quorum exactissimam cum textu Sirmondiano instituimus comparationem, aliis quoque ad hunc tomum uti licuit subsidiis. Ad primam ejus partem, seu ad Commentarios in Octateuchum utiliter adhiberi potuit ac debuit editio mere Græca, quæ studio Joannis Pici Parisiis anno 1558 in 4 prodiit. Cum vero in hac editione Pici, æque ac in codice Augustano antea commemorato, nonnullæ Quæstiones in librum Judicum et Commentarii in librum Ruth deessent, hunc defectum aliquo modo suppleri posse putavimus ex illis quæ Dav. Hœschelius suis ad Photium Notis pag. 53 seq. e codice quodam Bavarico inserenda curavit. Ad libros Paralipomenon, post pag. 600, accesserunt variæ lectiones e præstantissimo codice Coislin. VIII collectæ. His ut frui nobis liceret, debemus illustri Schlægero, qui ut eruditionis fama multorum in Gallia et Italia eruditorum meruit amicitiam, ita quoque horum auxilio egregie conatibus nostris profuit, imo vel solo hoc nomine de nobis summopere meritus est, quod codicis istius Coisliniani a Montfauconio Biblioth. Coisl. p. 50, dignis laudibus ornati, Excerptorum copiam nobis fecerit per eruditum, quem Argentorati habet amicum. Præterea quoque ex amplissimo bibliothecæ Mediceæ Laurentianæ thesauro quædam ad hunc tomum condecorandum accesserunt, operam nobis præstante Cl. Bandinio bibliothecæ præfecto. Hæc maxima ex parte desumpta sunt ex præstantissimo illo sæc. X, vel XI codice, quem ampl. Bandinius Catalogi codicum mss. jam dictæ bibliothecæ, pag. 87 seq., descripsit. Ad illum enim pertinent omnia ista quæ ad psal. V—XXXV, in editione nostra relata sunt. Quæ vero ad psalmum LXXVII, pag. 1148, schol. 6, inserenda curavimus, descripta sunt e cod. XIV, cujus descriptio exstat l. c., pag. 34 seq., ad quem etiam pertinent, quæ pag. 1409 editionis nostræ allata sunt ad psal. CXII, 9.

Hactenus de codicibus Augustanis, Coislinianis ac Florentinis dictum est. Possent etiam hoc loco alia commemorari, quæ ad [XVIII] locupletandos proximos tomos, sive ex iisdem sive ex aliis celeberrimis bibliothecis collecta et fidei nostræ liberalissime concessa sunt. Ne autem justo prolixiores simus, aut ambitiosius de nobis prædicare videamur, non nisi illis quæ ad hunc tomum pertinent, inhærebimus; alio enim tempore de iis quæ ad reliquos spectant, dicendi erit opportunior locus. Paucis itaque adhuc commemoramus, suo loco sive scholiis inserta, sive, ubi textus Sirmondianus eadem habebat, brevissime indicata esse ea, quæ Garnerius Auctarii pag. 7-20., e codice Vat. 247, ad locupletandum Commentarium in Psal-

mos attulit. E Catena seu Expositione Patrum Græcorum in Psalmos, quam Balth. Corderius S. J. Antv. 1643-1646 edidit, multa potuissent in textum inferri, quæ tamen consulto omisimus, tum quia dubia plerumque est Catenarum fides, tum quia librum istum facilius quam codices, quisquis adire potest. Satis itaque esse putavimus, si locorum quæ ad alium auctorem a Corderio relata sunt, vel tribus verbis mentio fieret.

Hæc fuerunt præsidia, quibus muniti accessimus ad textum Græcum, ubi opus esset, restituendum ac locupletandum. In hoc negotio peragendo egregiam utilitatem nobis præstiterunt codices Augustani, quorum ope supplevimus quæ in textu Sirmondiano desiderabantur. Multis jam non opus erit testimoniis, quæ ex Scholiis nostris facile colligi possent : tamen, ut dictis fidem faciamus, unum alterumve adducere operæ erit pretium. Ita psal. LVI, 1, pag. 977 edit. nostræ e cod. Aug. I., inserenda fuerunt verba ista, ὁ μέγας Δαβὶδ, ut textus Græcus responderet versioni Latinæ Carafæ, qui eadem legit, ut observatum est l. c. in schol. Sic quoque psal. CXVIII, 139, pag. 1473 edit. novæ, ante nomen Stephani ex eodem codice supplevimus ὁ καλλίνικος, quod Carafa quidem, non autem Sirmondus in codice suo legerat. Sæpius quoque in versione Latina suppleri debebant, quæ non modo in textu Sirmondiano, sed nostris quoque codicibus exstabant. Hujus emendationis vel unicum e multis exemplum attulisse sufficiat, quod exstat psal. CXVIII, 152, pag. 1476, ubi in Carafæ interpretatione desiderabantur verba ista : *Descendens*, inquit, *contestare eos per cœlum ac terram*. Sed de his satis. Magis lætati sumus de auxilio quod egregii isti codices nobis attulerunt, ut lacuna illa, de qua jam diximus, feliciter expleri posset, psal. XVIII, 6, 7. Multa etiam, eaque nonnunquam satis prolixa loca in Commentario ad Psalmos [XIX] ex his codicibus accesserunt, quæ signo illo (») a textu Sirmondiano distinguere visum est. Sed non omnes istæ accessiones in textum recipi vel potuerunt vel debuerunt : magnam potius earum partem ad marginem remisimus, si vel nexus cum illis quæ præcedebant, erat minus aptus, vel apud Montfauconium in Collectione nova Patrum, apud Corderium, imo quoque in Chrysostomi aliorumque scriptis, eadem sub aliorum auctorum nomine expressa vidimus, vel denique aliæ dubitandi rationes adfuerunt. Speramus etiam, æquos harum rerum judices hoc nostrum consilium esse probaturos. Maluimus enim in re satis gravi timidiores quam audaciores videri, et a culpa ista immunes esse, quam illi sibi contraxerunt, qui ut scriptorem quemdam egregie locupletasse putarentur, obvia quæque minus caute arripuerunt.

Nunc paucis reddendæ erunt rationes, cur in Scholiis textui, parca licet manu, adjectis, tum receptam LXX Interpretum lectionem, tum Fragmenta reliquorum interpretum Græcorum, tum denique ipsius Græcæ versionis ab Hebraica veritate dissensum, passim attingere visum sit. Ad primum quod attinet, lectionibus versionis Græcæ restituendis admodum proficuum esse putamus, si in scriptis Patrum Græcorum lectiones illæ non negliguntur, quæ a recepta LXX Interpretum lectione recedunt. Ita enim haud raro genuinam et primitivam horum Interpretum lectionem deprehendimus, in qua vel omnes vel plurimi commentatores Græci consentiunt. Sic II Reg. XX, 18, recepta lectio versionis Græcæ est ἔθεντο ; Theodoretus autem, ut ad locum istum observavimus, legit διέθεντο. Jam cum hæc posterior lectio in Commentariis Græcis tantum non omnibus obvia sit, specie haud caret conjectura, eam esse genuinam et primitivam, ex qua emendari possit recepta lectio. Alia hujus generis exempla in eodem libro exstant cap. XXI, 2, et cap. XXIV, 1. Observavimus autem, Theodoreti lectiones plerumque consentire cum codice Alexandrino et Oxoniensi, sicque cum editione Aldina, et, si fides debetur Bosii Excerptis, etiam cum Complutensi. Ad alterum quod attinet, antiquiorum interpretum Fragmenta adhibenda esse putavimus, ubi Theodoretus minus rectam LXX Interpretum versionem secutus erat, quod tamen rarius accidit, ut quæst. VI in librum Judicum. De reliquo laudandum est criticum Nostri studium, utpote qui haud raro falsas LXX Interpretum explicationes [XX] melioribus Symmachi aliorumque postposuit, ubi opus erat, reliquorum interpretationes recensuit. Multum itaque adjuvit Montfauconii et Drusii operam in colligendis antiquorum interpretum Græcorum Fragmentis positam ; etsi in Scholiis passim a nobis indicata sint, quæ in Montfauconii Hexaplis desiderantur. Quod denique reliquum est, diversitas, quæ inter textum Hebraicum et versionem Græcam haud raro intercedit, et in Psalmis præcipue frequens est, vel ideo paucis indicanda fuit, ut cavere sibi discant alii, ne sensu alieno in S. Scripturam illato, ad alia quævis delabantur. Hoc enim Patribus Græcis sæpius accidisse, docet versionis Græcæ, quam sequi solent, cum Hebraica veritate comparatio.

Reliquum est, ut moneamus, ad initium paginarum editionis Sirmondianæ se referre asteriscos ad marginem in textu editionis nostræ appositos, ipsi autem Operi Indicem harmonicum, ut dicunt, paginarum utriusque editionis præmissum esse, quo in rem suam commode uti poterunt, qui locum ex editione Sirmondiana allegatum, in nostra quærunt. Nec inutile visum est, ad finem Commentarii in Psalmos Græcum subjungere Indicem, secundum prima cujusvis psalmi verba, alphabetico ut aiunt ordine compositum. Loca etiam biblica in hoc Opere citata, non solo capitis numero, ut in priori editione, sed addito versiculorum numero exprimenda esse duximus. Laudandum quoque est studium cl. Bertrami A. M. qui omnem dedit operam, ut hæc nova editio, quantum fieri posset, ab erroribus typothetarum esset immunis.

Deum rogamus, ut hos et reliquos conatus nostros in nominis sui gloriam et aliorum utilitatem cedere jubeat clementissime. Dab. Halæ in Acad. Frideric. VI Cal. Octobr. A. R. S. MDCCLXVIII.

SIRMONDI PRÆFATIO.

[XXI] *Etsi non abs re fortasse poteram præfatione ista supersedere, atque in hac Theodoreti editione nostra quid præstitum sit, oculis tuis potius, lector, et observationi relinquere : de paucis tamen quibusdam, in quibus hærere te posse sentiebam, non ingratum fore visum est si breviter indicarem. Primum omnium de Quæstionibus in Octateuchum, quæ sunt in principio tomi primi, cum harum exemplar in Bibliotheca regia Joannes Picus interpres nullum ætate sua fuisse narret, optimum vetustissimumque in ea nunc esse, quod nobis non solum Theodoreti præfationem hactenus non editam, cum iis quæ in Pici codice sub finem desiderabantur, exhibuit, sed et alia passim multa vel pleniora vulgatis vel emendatiora subministravit, perturbationemque illam discussit, quæ suspensos legentium animos in quæstione 20 morabatur. [XXII] Ubi cum de imagine Dei, quemadmodum accipienda sit, veterum aliquot scriptorum opiniones protulisset ac rejecisset Theodoretus, easdem ipsas quas improbarat, postmodum asserere et confirmare videbatur, errore ut apparet hinc nato, quod, cum ex antiquis Catenis, quas vocant, excerptas Theodoreti Quæstiones istas constet, qui codicem, quo usus est Picus, descripsit, cum Theodoretianis sententiis, Origenis quoque ac Diodori et Theodori sententias illas quas rejecerat, prætermissis auctorum nominibus per imprudentiam subjunxit. Quo prorsus mendo caruit codex regius, qui quod Theodoreti non sit hoc loco nihil habet. Hunc itaque nos secuti, ea quæ subsequebantur sic retinuimus, ut Origenis, Diodori et Theodori præfixis vocabulis, non Theodoreti, sed aliorum esse ostenderemus. Quin et hoc exemplo, non modo alia id genus aliorum auctorum commatia, quæ aliis in locis occurrebant, et proprium nomen retinebant, non sustulimus, sed et ipsi nova quædam interdum, quæ ad Theodoretum facerent, eodem ex fonte petita, e re tua futurum id sperantes, indidimus : in secundo deinde tomo, qui prophetarum explanationes continet, ut Isaiæ Commentariorum, qui nusquam reperiuntur, jacturam aliqua ex parte resarciremus, ex iisdem Catenis ea delibavimus, quæ Theodoreti nomen præferebant, quæ quidem cum medullam haud dubie omnium quæ in Isaiam scripserat, succumque complectantur, subsidia interim erunt, dum integrum opus emergat. Quanquam hujus potiundi spes jam dudum, ni fallor, apud Græcos ipsos interiit : quippe qui ad jacturæ solatium Excerpta quoque istiusmodi aggressi sint, quorum exemplaria et Romæ et Parisiis videre nos meminimus, sed quæ ultra XV Isaiæ caput non procedebant. In tertio lucem nunc primum vident Theodoreti Epistolæ CXLVII, paucæ videlicet, si cum iis conferantur, quas Nicephorus abs se lectas commemorat numero quingentas. In his Vaticanum codicem exhibuimus, quo etiam usus est cardinalis Baronius in Annalibus. Postea Neapolitanum alterum nacti, varias ex eo lectiones Vaticano apographo castigatiores selegimus, suoque loco edendas [XXIII] curavimus. In quarto nihil est admodum quod Græce Latineque antehac excusum non sit, cum in cæteris Græce plurima nunc primum proferantur : in primo nimirum, Quæstiones in libris Regum, et Paralipomena, itemque Psalmorum interpretatio et Cantici canticorum : in secundo universa, hoc est prophetarum omnium, tum majorum præter Isaiam, tum minorum duodecim explanatio : in tertio denique, Expositio Epistolarum beati Pauli, religiosa eremitarum Historia, et Theodoreti quas diximus Epistolæ. De versionibus Latinis hoc quoque admonendus es, lector, quoniam in Græco-Latina editione id præcipue spectandum videbatur, ut Latina Græcis, quoad ejus fieri posset, paribus spatiis responderent, brevitati autem Theodoreti laciniosa quorumdam interpretum oratio minime congruebat, faciendum necessario fuisse, ut huic incommodo mederemur. Quod nunc parcius, nunc liberius aliqua interpolando dum facimus, reprehensionem vereremur, nisi conscii nobis essemus, quanti omnium, qui in hac arena versati sunt, doctrinam facundiamque faceremus. Quorum etiam beneficii memoria ne interiret, singulorum Epistolas, quid quisque primus in lucem protulerit explicantes, sed in aliis deinceps editionibus prætermissas, in hac nostra restituendas duximus. Ante omnia vero, Theodoreti quoque ipsius Vitam ex ejus potissimum Epistolis concinnatam adjecimus. Tu æqui omnia consule, et vale.*

VETERUM ALIQUOT SCRIPTORUM

DE THEODORETO TESTIMONIA.

Sancti Leonis papæ in Epistola ad Theodoretum ipsum, quæ integra exstat in Appendice sub finem tomi IV editionis Sirmond.

Dilectissimo fratri Theodorito episcopo, Leo episcopus.

Remeantibus ad nos fratribus et consacerdotibus nostris, quos ad sanctum concilium Sedes B. Petri

direxit, agnovimus dilectionem tuam superno adjutorio nobiscum tam Nestorianæ impietatis quam Eutychianæ vesaniæ exstitisse victricem. *Et post alia.* Sed benedictus Deus noster, cujus invincibilis veritas ab omni hæreseos macula mundum te secundum sedis apostolicæ judicia demonstravit. Cui dignam retribues pro tot laboribus gratiam, si talem te, qualem probavimus ac probamus, pro universalis Ecclesiæ defensione servaveris. Nam quod Deus omnium calumniosorum fallacias solvit, maximam beatissimi Petri curam pro nobis cunctis agnoscimus, qui postquam suæ sedis judicium in fidei defensione firmavit, nec circa cujusquam vestrum, qui nobiscum pro catholica fide laborastis, personam quidquam reprobum videri permisit : quia nec poterat Spiritu sancto judicante quisquam ex eis non victor exsistere, quorum jam vicerit fides.

—

Gennadii presbyteri, in libro De viris illustribus, cap. 89.

Theodoretus episcopus Cyri civitatis (a Cyro enim rege Persarum condita servat hodieque apud Syriam nomen auctoris), scripsisse dicitur multa : ad meam tamen notitiam ista sunt quæ venerunt. De incarnatione Domini adversus Eutychem presbyterum, et Dioscorum Alexandriæ episcopum, qui humanam in Christo carnem fuisse negant, scripta fortia, per quæ confirmat et ratione et testimoniis Scripturarum, ita illum veram maternæ substantiæ carnem habuisse, quam ex matre Virgine sumpserat, sicut et veram Deitatem, quam æterna nascibilitate a Deo Patre gignente ipse nascendo suscepit. Et decem *Historiæ ecclesiasticæ* libri, quos imitatus Eusebium Cæsariensem scripsit, incipiens a fine librorum Eusebii, usque ad suum tempus, id est, a Vicennalibus Constantini usque ad imperium Leonis senioris, sub quo et mortuus est.

—

Theodori abbatis et philosophi in Argumento synodi Ephesinæ.

Εὑρέθη δὲ μετὰ Ἰωάννου Θεοδώρητός τις, ἐλλογιμώτατος Κύῤῥου ἐπίσκοπος πόλεως ἀνατολικῆς. Οὗτος κατὰ Κυρίλλου λέγων, ἐπελαμβάνετο καὶ τῶν δώδεκα κεφαλαίων, ὧν ἔγραψεν ἐν τῇ τρίτῃ ἐπιστολῇ τῇ πρὸς Νεστόριον. Καὶ ἀνέτρεπεν αὐτὰ, λέγων ὅτι Ἀρειανός ἐστιν ὁ ἅγιος Κύριλλος, καὶ τὰ Εὐνομίου καὶ Ἀπολιναρίου φρονεῖ. Ὁ γὰρ Κύριλλος Νεστορίῳ ἀπομαχόμενος τῷ διαιροῦντι τὴν οἰκονομίαν, τῆς ἑνώσεως μᾶλλον φροντίδα πεποίηται· ὅθεν καὶ ἐδόκει πως τῷ Θεοδωρήτῳ ὡς μίαν φύσιν δοξάζων, ὡς οἱ Ἀρειανοὶ καὶ οἱ περὶ τὸν Ἀπολινάριον. Πλὴν οὔτε Θεοδώρητος φαίνεται πώποτε τὸν Νεστόριον ὑπερμαχόμενος, ἀλλὰ μόνον τὸν Κύριλλον ἀπομεμφόμενος διὰ τὴν συμβᾶσαν εἰς Ἰωάννην ἀτιμίαν. Εἰ δὲ βούλεταί τις γνῶναι, ὅτι Θεοδώρητος καὶ λίαν ἐμίσει Νεστόριον, ἀναγνῷ τὸ περὶ τῶν αἱρέσεων αὐτῷ Θεοδωρήτῳ γεγραμμένον βιβλίον.

Cum Joanne adfuit Theodoretus eloquentissimus episcopus Cyri civitatis orientalis. Hic contra Cyrillum agens, duodecim ejus capitula reprehendebat, quæ in tertia ad Nestorium epistola conscripsit; refellebatque illa, dicens Arianum esse sanctum Cyrillum, et cum Eunomio et Apollinari sentire. Cyrillus quippe Nestorio resistens incarnationem dividenti, majorem unionis curam præ se tulit : unde et Theodoreto unicam naturam docere videbatur, sicut Ariani et Apollinaris. Sed neque Theodoretus Nestorium defendere unquam visus est, sed Cyrillum duntaxat accusare ob illatam Joanni contumeliam. Quod si quis nosse velit exosum vehementer Theodoreto fuisse Nestorium, librum legat quem Theodoretus ipse *Adversus hæreses* composuit.

—

Joannis Euchaitæ in Elogiis scriptorum ecclesiasticorum.

Ἐνιστορήσας τοὺς σοφοὺς διδασκάλους
Καὶ τὸν Θεοδώρητον αὐτοῖς ἐγγράφω,
Ὡς ἄνδρα θεῖον, ὡς διδάσκαλον μέγαν,
Ὡς ἀκράδαντον ὀρθοδοξίας στύλον.
Ἂν δ' ἐκλονήθη μικρὸν ἔκ τινος τύχης,
Ἄνθρωπος ἦν, ἄνθρωπε, μὴ κατακρίνῃς·
Οὐ γὰρ τοσοῦτον δυσσεβὴς ἦν ὁ κλόνος,
Ὅσον μετεῖχε τῆς ἐριστικῆς βίας.
Τί γάρ; Κύριλλον πανταχοῦ νικᾷν ἔδει,
Καὶ δογματιστὴν ὄντα, καὶ λογογράφον.
Ὅμως δὲ τούτῳ καὶ διώρθωται πάλιν.
Τὰ δ' ἄλλα πάντα τῶν μεγίστων ποιμένων
Βλέπων τὸν ἄνδρα μηδενὸς λελειμμένον·
Ἐνταῦθα τούτοις εἰκότως συνεγγράφω.

Doctos magistros litteris dum prosequor,
Jure Theodoretus inter hos censendus est,
Divinus ut vir, ut magister optimus,
Fidei orthodoxæ ceu columna immobilis.
Quodsi parumper forte quadam motus est,
Homo erat, qui homo es, ne crimen inferas, cave.
Non tam sinistræ motus hic sententiæ,
Quam pertinacis impetus pugnæ fuit.
Quid enim? Cyrillum ubique vincere par erat,
Summæ virum doctrinæ et eloquentiæ,
Sed postea hoc ipsum ipse correxit tamen
Hunc ergo cernens cæteris in omnibus
Non imparem esse maximis pastoribus,
Merito inter illos hoc loco recensui.

—

(*) Τῆς εὐεπείας καὶ λόγων εὐγλωττίας
Καὶ ῥητορικῆς δεινότητος καὶ τέχνης
Ὡς ἄγαμαί σε καὶ τέθηπά σε πλέον,
Ὦ συγγραφεῦ ἄριστε καλλίστων λόγων.
Ὄντως διαυγεῖς καὶ φαεινοὶ λυχνῖται.
Καὶ μάργαροι στίλβοντες οἱ σοὶ δὴ λόγοι
Καὶ πρόξενοι μὲν ἀρετῆς τῆς ἐνθέου,
Τῆς ἀθέου δὲ στηλιτευταὶ κακίας.

Artis bene ac concinne dicendi
Et rhetoricæ vis ac peritiæ exemplum,
Quantopere amo te, imo cum stupore admiror
Te qui præstantissimorum Auctor es Operum!
Vere sunt limpida et instar lucernæ emittunt lucem,
Et gemmæ splendorem imitantur verba tua.
Ad divinam quoque nos adducunt virtutem,
Impietatis autem et improbitatis nefanda produnt [crimina.

—

Claudii de Sainctes, episcopi postea Ebroicensis, de Theodoreto Hexastichon.

Sacrorum interpres nemo sine numine divum:
Si apte, si breviter, munera dupla putant.
Nemo inter Græcos brevius, nemo aptius isto
Scripturas aperit, hæreticosque premit.
Certe illi faciunt divina charismata nomen,
Ad sacra perque Deum est sarta tuenda datus.

(*) In hac nova editione desiderari noluimus elegantissimum hoc Anonymi epigramma, quod ex veteri codice olim descripsit Henricus Savilius.

TESTIMONIA QUÆDAM

De Theodoreti commentariis in Octateuchum, in libros Regum ac Paralipomenon.

—

Theodoretus ipse in Præfatione ad libros Regum singula commemorat.

Ἐπειδὴ τῆς θείας χάριτος ἀπολαύσαντες Μωϋσέως τοῦ νομοθέτου τὰς βίβλους, καὶ Ἰησοῦ τοῦ προφήτου, καὶ τῶν Κριτῶν, καὶ τῆς Ῥοὺθ ἡρμηνεύσαμεν· φέρε πάλιν τοῦδε τοῦ φωτὸς τὴν αἴγλην λαβεῖν ἱκετεύσαντες, τὰς τῶν Βασιλειῶν ἀναπτύξωμεν ἱστορίας.

Quoniam divina freti gratia interpretati sumus libros Mosis legislatoris, et Josuæ prophetæ, et Judicum, et Ruth, age splendorem hujus lucis ut accipiamus iterum implorantes, explicemus Regnorum historias,

—

Idem in I Paralipomenon pag. 561.

Τὴν δὲ τῶν μουσικῶν ὀργάνων διαφορὰν ἐν ταῖς Βασιλείαις εἰρήκαμεν.

Musicorum autem instrumentorum differentiam diximus in libris Regum.

—

Photius in Bibliotheca, codice CCIV.

Ἀνεγνώσθη τοῦ αὐτοῦ θεσπεσίου ἀνδρὸς, τοῦ μακαρίου Θεοδωρίτου, ἐξήγησις εἰς τὴν ὀκτάτευχον· ἐπιγραφὴν δ' ἔλαχε συμβαίνουσαν τῷ ἔργῳ. Εἰς τὰ ἄπορα γὰρ χρηματίζει τῆς Γραφῆς, ἐν οἷς ἐστὶ καὶ εἰς τὰ τῶν Βασιλειῶν, καὶ εἰς τὰ Παραλειπόμενα. Χρήσιμον δὲ εἰς τὰ μάλιστα τὸ βιβλίον.

Legi ejusdem divini viri B. Theodoreti Explanationem in Octateuchum, quæ inscriptionem nacta est Operi congruentem, in obscura et abstrusa Scripturæ loca, in quibus sunt et ad libros Regum, et in Paralipomena. Utilissimum autem in primis hoc opus.

—

Theodoretus ipse in epistola 82, ad Eusebium episcopum Ancyranum.

Διὰ γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν, καὶ τοὺς προφήτας ἅπαντας ἡρμηνεύσαμεν, καὶ τὸ Ψαλτήριον, καὶ τὸν Ἀπόστολον.

Quæ divina est gratia, et prophetas omnes commentariis exposui, et Psalterium, et Apostolum.

Idem in librum II Regum, quæst. XLIII, de hymno loquens, seu cantico Davidis ob victoriam.

Consonat autem psalmo XVII, vel potius idem est, paucas habens nominum mutationes. Ego autem cum aliis Psalmis hunc quoque interpretatus, supervacaneum existimavi secundam componere interpretationem.

Ἔστι δὲ σύμφωνος τῷ ιζ' ψαλμῷ, μᾶλλον δὲ αὐτός ἐστιν, ὀλίγας ἔχων ὀνομάτων ἐναλλαγάς. Ἐγὼ δὲ μετὰ τῶν ἄλλων Ψαλμῶν καὶ τοῦτον ἑρμηνεύσας, περιττὸν ὑπέλαβον δευτέραν ἑρμηνείαν ποιήσασθαι.

Nicephorus lib. XIV, *cap.* 54, *Theodoreti opera enumerans.*

Similiter et in Psaltem aliud opus reliquit.

Ὡσαύτως καὶ εἰς τὸν Ψαλτῆρα ἕτερον σύγγραμμα κατέλιπεν.

DISSERTATIO

DE VITA ET SCRIPTIS THEODORETI.

[3] Dignissima est quæ enarretur Vita Theodoreti, sive multiplicem viri doctrinam, sive variam ejus fortunam spectemus. Illa, ut admirationem omni jure mereretur, ita quoque multam nos ad imitationem excitandi vim habet; hæc vero, etsi tanto Viro minus digna videri possit, tamen magnam nobis præstat utilitatem. Illustri enim exemplo suo nos docuit Theodoretus, tum quæ nobis ingredienda sit via, si de cœtu Christiano bene mereri volumus, tum quanta opus sit circumspectione, ne vitæ cum laude actæ et nominis gloriæ vel levis aspergatur macula. Norunt, quotquot sæculi V et VI ac synodorum, quarum memoria in hæc tempora incidit, historiam consuluerunt, quam variam fortunam expertus sit Theodoretus, cujus eadem, quæ olim Eusebii Cæsariensis, sors fuit. Quem enim plurimi summis exornarunt laudibus, eumdem alii de fide suspectum habuerunt, sua communione vix dignum putarunt, et quæ eorum temporum fuit iniquitas, anathemate ferierunt. Haud multo [4] æquiores nostro etiam tempore quosdam invenit judices, contra quos difficile est Apologiam non scribere. His omnino accensendum esse putamus Garnerium, qui passim in Dissertationibus quas Auctario suo complexus est, acerbum adversus scriptorem nostrum egit judicem, cui tamen potius quam Theodoreto accidisse existimamus, quod l. c. p. 113, de Nostro dicit, « Id passus est, quod solent oculi vehementer affecti: visus est nempe sibi videre totam re ipsa hæresin, ubicunque vel minima species umbraque occurreret. » Fuerunt autem omni tempore, qui causam Theodoreti defendentes ipsi veritati patrocinati sunt, etsi Cousinus, qui in Præfatione ad interpretationem Gallicam *Historiæ eccles.* Theodoreti magno cum ardore pro illo pugnavit, et forsitan nonnulli alii haud immerito nimiæ in illum voluntatis rei habeantur.

A Quæ cum ita sint, auream mediocritatem servare studebimus, ne vel iniquis accusationibus Viro optimo partem laudis detrahere, vel nimio laudandi, aut si quid humani passus est Noster, dissimulandi studio, a veritate aliena tradere videamur.

Ne ordine careat hæc omnis Disputatio, tres constituemus partes Vitæ Theodoreti. Prima narrabit ejus primordia, successus ac studia usque ad annum istum quo ad episcopalem dignitatem evectus est. Secunda exponet de rebus gestis ejus usque ad concilium Chalcedonense, seu œcumenicum quartum. Tertia denique recensebit ultima ejus fata et motus post obitum illius ortos, quibus finem si non fecit, facere saltem debuit concilium Constan- B tinopolitanum seu œcumenicum quintum.

Quam nascendi sortem habuerit Theodoretus, ignoraremus, nisi ipse (*Hist. relig.* cap. 13) pauca attigisset, e quibus colligitur, eum Antiochiæ circa A. C. 386, in lucem editum esse, etsi [5] Fabricius (*Biblioth. Gr.* vol. VII, p. 430) natales ejus ad A. C. 393 referre maluerit. Non immorabimur miraculis recensendis quæ ipse loco jam citato de Macedonio Asceta refert, cujus precibus suam nativitatem tribuit. Hæc ideo tantum attigimus, ut appareat, eum dictum fuisse Θεοδώρητον, quia parentibus a Deo quasi donatus erat. Non falluntur itaque qui nomen ejus Græce per η scribere jubent, quod in codicibus etiam fieri observavimus C postquam primus hoc nos docuit Joa. Picus in Præf. ad Theodoreti Quæstiones in Octateuchum, quas Græce edidit Paris. a. 1558. Idem quoque defendere videtur Suidas, qui Θεοδώριτος quidem nomen proprium esse observat, alteram vero scribendi rationem meliorem esse haud obscure indicat, verbis istis quæ proxima sunt, Θεοδώρητος δὲ διὰ τοῦ η ἡ δωρεὰ τοῦ Θεοῦ. Nolumus tamen illis

magnopere adversari, qui nomen illud per ι scribere A malunt, quia sic quoque in codicibus frequenter scribitur, imprimis in Acrostichide Canonis catanyctici ad Servatorem, apud Lambec. lib. v, p. 268. Sed mittimus hæc, et ad historiam, a qua paululum digressi eramus, revertimur. Liberali, ut tempora ferebant, institutione frui licuit Theodoreto. A prima enim juventute vitam egit in monasterio Euprepii prope Antiochiam, ubi prima eruditionis posuit fundamenta, adjutus favore Porphyrii, qui eo tempore Ecclesiæ Antiochenæ præerat. Monasticæ vitæ a parentibus inde a nativitate consecratus, per triginta ad minimum annos in monasterio illo versatus est, nec inde discedere voluit, cum jam lectoris et diaconi honores in eum collati essent. Haud male vero ab illo collocatum fuisse B tempus quod ibi transegit, testantur egregia illa ingenii fere divini et subacti judicii specimina, quæ deinde, cum ad munus episcopale evectus esset, edidit. Libris [6] istis, qui magno numero supersunt, elaborandis, gravissimisque illis negotiis quæ postea subiit, se, cum in hoc lateret monasterio, idoneum reddidit. Nec miramur, tantos illum in sacrarum Litterarum studio fecisse progressus, cum licuerit illi exoptatissima Joannis Chrysostomi disciplina et institutione uti. Quam sint felices, quibus contingit, probis innotescere viris, ab eorum ore pendere, suamque ad illorum exemplum componere vitam, nisi omnium temporum doceret historia, hoc unico exemplo abunde C posset comprobari. Concedimus quidem, ad summum illud in arte bene dicendi fastigium, quod inter rhetores sacros unus fere tenuit Chrysostomus, non assurrexisse Theodoretum, id tamen asserere non dubitamus, in scientia ista theologo apprime digna, quæ spectat ad interpretationem sacrarum Litterarum, non mysticam illam, sed planam, perspicuam et uniuscujusque captui accommodatam, vix esse quemquam qui Chrysostomo sit similior. In hoc imitando adeo felix fuit Theodoretus, ut si Commentarios ejus in sacros libros Novi potissimum Testamenti consulimus, haud raro ipsum Chrysostomum legere putemus. Sed non unicum hunc habuit artis suæ magistrum. Habuit etiam Theodorum, quem Mopsuestenum dicunt, D de quo nescimus an satis recte judicent, qui cum Patribus synodi quintæ omnem ejus damnant memoriam. Paucissima illius ad nos venerunt scripta, Græco idiomate consignata, plura vero, ut bene contra Dupinium monuit Rich. Simon *Crit.* tom. I, p. 107, inter Syros quærenda sunt. Ex paucis illis, quæ sive temporis sive adversariorum ejus iniquitate nobis relicta sunt, vix satis judicare licet, quæ fuerit viri illius sic dicta improbitas. Summam tamen ejus in toto Oriente fuisse auctoritatem novimus, et si ex Fragmentis, quæ in Catenis passim obvia sunt, de [7] hoc Scriptore judicium ferre licuerit, laude potius quam vituperatione dignus videbitur. Ipse Garnerius Auctarii, p. 184, fateri cogitur, talia subinde in Catenis legi ex Theodoro isto in Psalmos, quæ ostendant, ab ipso litteralem sensum feliciter expositum fuisse. Hæc licet haud adeo multum ad tuendam Theodori causam facere videantur, tamen, quia ab adversario eoque alias satis iniquo proficiscuntur, majorem ad eum commendandum vim habebunt, quam quæ Facundus multis complexus est libris. Quidquid vero sit, parum proficua fuit Theodoreto familiaritas, quam cum illo contraxerat. Uterque enim, postquam satis diu funesta de tribus Capitulis agitata erat lis, in synodo v Constantinopolitana A. C. 553, damnatus est. De Nestorio autem quid dicamus? Optandum sane esset, nullam Nostro cum illo intercessisse consuetudinem. Magna autem pietatis species, quam eo tempore, quo Theodoretus in monasterio versabatur, præ se ferebat Nestorius effecit, ut arctissima inter utrumque contraheretur amicitia, quæ maximis adversitatibus ægre dissolvi potuit. Theodoretus enim amicorum suorum erat studiosissimus et in defendendis illis constantissimus. Multorum hæc ipsi fuit causa malorum, de quibus in proxima hujus Dissertationis parte aptior erit dicendi locus. Hoc unicum nunc adjiciendum erit, errores viri, cujus personam colebat, magnopere detestatum esse Theodoretum, ut scripta ejus et Acta concilii Chalcedonensis testantur.

Quæ fuerint scriptoris nostri primordia, quo delectatus sit studiorum genere, quos habuerit præceptores, quosque coluerit amicos, hactenus vidimus. Verendum autem est, ne, ut justo diutius illum in cœnobio Sancti Euprepii delituisse nonnulli putant, ita quoque nos jam satis diu his vitæ ejus initiis immoratos esse existiment. [8] Comitemur itaque nunc Theodoretum ex angustis monasterii illius cancellis in ampliorem et tanto viro digniorem scenam prodeuntem. Videamus, quam deinde personam egerit, et quæ fuerit ejus in administrando munere episcopali rara assiduitas. Publicum Ecclesiæ doctorem jam agere cœperat, cum ab Alexandro Antiochiæ hoc tempore episcopo diaconus constitutus esset. Hoc munere, etsi e monasterio suo nondum egressus, summa cum laude functus est, cum in sermonibus, quos coram cœtu sacro recitabat, Apollinaristarum, Arianorum aliorumque errores acriter perstringeret. Sacris hisce, si ita dicere fas sit, præliis, gravioribus quæ postea subiit, certaminibus quasi præludere visus est, tantamque de se spem fecit, ut cum Cyri, Syriæ Euphratesiæ urbis, quam alii Chyrrum dicunt, episcopus vita defunctus esset, Theodotus eo tempore Antiochiæ præsul, Nostrum dignissimum putaret, qui sedi huic episcopali admoveretur. Factum hoc esse putant Baronius et Tillemont A. C. 423. Sententiæ suæ fundamentum petunt ex Theodoreti ad Leonem episcopum Romanum epistola, quæ est centesima decima tertia. In illa enim dicit, se sex et viginti annis a Deo sibi commissæ Ecclesiæ præfuisse. Eumdem episcopalis muneris

annum ponit in epist. 116, quæ Renato presbytero A inscripta est. Jam vero utraque hæc epistola non potuit scribi ante A. C. 449, in quam incidit synodus λῃστρικὴ, de qua in his litteris jure queritur. Recte itaque se habet calculus, si summæ annorum 449 detrahuntur 26 anni. Aliam tamen computandi rationem sequuntur, qui annum ponunt 420. Huic sententiæ nos etiam subscribimus, tum quia confirmari videtur per epistolam 83 quæ scripta est ad Dioscorum episcopum Alexandriæ, tum quia alio duplici scriptoris nostri testimonio satis [9] munitur. Ad Eutrechium enim scribens (Epistola est octogesima numero) Pontificem se nominat qui episcopatum per 25 annos gesserit. Eumdem numerum ponit in litteris quas ad Nomum consulem dedit (epistola est 81). Jam vero B Nomus consul fuit ann. 445. Si itaque demas annos 25, incidit initium dignitatis episcopalis Theodoreti in ann. C. 420. In eadem ad Nomum epistola testatur, se invitum ordinatum esse. Quod ne miretur quisquam, duo commemoranda erunt, quæ in causa fuisse videntur, cur invitus hanc provinciam in se susceperit. Regio Cyrestica, licet octingentos vicos comprehenderet, ut ex epistola ad Leonem data (quæ est 113) patet, soli tamen sterilitate magnopere premebatur, montibusque, ut Noster ad Constantium præfectum scribit (epist. 42), inclusa erat multis et magnis, partim plane nudis, partim infructuosis arboribus consitis. Miseram quoque eam vocat regionem in litteris ad Pulcheriam Augustam C datis (epist. 43). Magis autem deterrere eum poterat Marcionitarum Arianorumque nefanda hæresis, quæ tam altas ibi egerat radices, ut non sine summis difficultatibus exstirpari potuerit. Sed quæ per extrema pericula et summas calamitates illustrior apparet, divina gratia, præsto fuit B. Theodoreto, animumque illi addidit, ut abjecto omni timore adiret provinciam, quæ, si ulla alia, fido et perito opus habebat antistite. Nec successu caruerunt conatus ejus, quibus eo major debetur laus, quo majores superandæ fuerunt difficultates. Has ipsius præstantissimi viri verbis ex epist. 81 desumptis Latino sermone recensere juvabit. « Octo, inquit, vicos Marciani hæresi infectos, æque ac locos vicinos, ad veritatem volentes perduxi. Vicum D alium Eunomianis, alium Arianis refertum, ad divinæ cognitionis lucem adduxi, nullumque [10] apud nos, Dei beneficio, hæreticorum reliquum est lolium. Non sine periculis autem hæc præstiti, sed effuso sæpius sanguine meo, haud raro lapidibus ab ipsis petitus, et quasi ad ipsas inferni portas delatus. » His respondent, quæ idem Leoni episcopo Romano scribit (epist. 113), « Divina mihi succurrente gratia supra mille animas a Marcionis morbo liberavi, multasque alias quæ Arii et Eunomii partibus adhæserant ad Christum Dominum perduxi. Et octingentarum ecclesiarum pastor constitutus sum (tot enim Cyrus habet parochias) in quibus lolium nullum relictum est, sed omnibus hæreticorum erroribus grex noster ereptus est. Novit qui omnia videt, quot lapides a nefandis hæreticis in me conjectos exceperim, quam multis in urbibus Orientis certamina mihi subeunda fuerint adversus gentiles, adversus Judæos et adversus omnes hæreticorum errores. » Hæc autem ne quis justo ambitiosius a Nostro dicta esse putet, monendum erit, acerba viri multis calamitatibus eo tempore oppressi fata hanc vitæ quasi imaginem et defensionem efflagitasse. Alias enim in laudibus suis prædicandis, quod modestis proprium esse solet, est admodum parcus. Ecquis itaque est, qui non perspiciat, summo studio Nostrum in eo laborasse, ut puriorem suis traderet doctrinam, eamque contra quosvis errores mascule defenderet? Et quis non mirabitur assiduitatem et indefessum studium viri, qui cum octingentas curæ suæ commissas haberet Ecclesias, aliorum quoque multorum saluti prospexit? Hoc sibi datum esse negotium putavit Theodoretus, ut non Cyresticæ modo provinciæ, sed Antiochenis quoque, Berrhœensibus aliisque pluribus cœlestis doctrinæ veritates occasione enata proponeret. Nec laude caret liberalitas, qua egentibus distribuit bona, quæ a parentibus acceperat, omnia, et reditus suos publicæ utilitati [11] consecravit. Quibus ut fidem faciamus, verba ipsius ex Epistola ad Leonem Romanorum episcopum apponimus. « Episcopatu inquit, tot annis gesto non domum acquisivi, non agrum, non obolum, non sepulcrum, sed sponte paupertatem amplexus sum, et ea, quæ a parentibus acceperam, post illorum mortem statim distribui, ut sciunt omnes qui habitant in Oriente. » Eadem fere sunt quæ ad Nomum consulem scribit, quæ ne longiores simus jam omittimus, et ista tantum ex hac epistola (quæ est octogesima prima) in rei fidem adducimus, quæ providam ejus de salute urbis suæ curam testantur. « Publicas, inquit, porticus, e redditibus ecclesiasticis erexi, pontes duos maximos exstruxi, balneorum communium curam gessi, cumque ex alluente fluvio aquam in urbem nostram deferri invenirem, aquæductum parari curavi, et urbem aqua carentem aquis replevi. » Hæc insignia in cives urbis Cyri collata beneficia commemorat quoque in epistola ad Anatolium patricium (quæ est septuagesima nona numero) data. Mirentur, qui hæc legunt, raram Nostri in opibus disponendis collocandisque moderationem, quantum abfuerit a lucri cupidine immoderatoque bonorum sæcularium usu, et quam dignum persona episcopi putaverit, non modo curam animarum gerere, sed saluti quoque externæ suorum, eorumque necessitatibus invigilare. Studii hujus quod laudem sane meretur, et in quo vix sibi parem habuit Theodoretus, unum alterumve adhuc commemorare liceat testimonium. Euphratesiam ejusque primam urbem Cyrum, ingressus, cum opus esse videret medicis, omnem dedit operam, ut artis salutaris exercendæ peritos ad hanc provinciam incolendam

precibus adduceret, quorum unum magnopere commendavit Apellæ in epistola quæ est 115 numero. Nec [12] minus paternum, quo suos fovebat, amorem testatus est, cum Cyrestica terra oneribus publicis magnopere premeretur. Adeo ipsum angebat eorum quos curæ suæ commissos habebat miseria, ut pro levandis oneribus istis apud Pulcheriam Augustam et Constantium præfectum intercederet: quæ utraque epistola (42 et 43), ut argumento, sic quoque numero est cognata. Nec silentio prætereunda est eximia illa munificentia, qua post expugnatam a Vandalis et direptam Carthaginem haud paucos, qui cum extrema paupertate colluctabantur, liberaliter hospitio excepit, et provida sua cura dignatus est, in primis Celestiacum, quem postea amicis suis (epist. 29-36) de meliori commendavit. Hactenus in recensendis Theodoreti virtutibus, ut par erat, occupati fuimus, quæ omnes, si conjunctæ spectantur, amabilem veri dignique antistitis exhibent imaginem. Huic quid adjungi possit vel debeat, non videmus. Num, quæso, qui hæc omnia legerit, fidem nostram dubiam reddet, si dixerimus, eum qui de omnibus bene mereri, et non suis modo, sed exteris etiam benignum, liberalem ac munificum se exhibere studuit, pacem quoque coluisse, ita ut nec de vi aperta ulli illata, nec de dolo aliis structo unquam accusari, sive in jus vocari potuerit? Ita omni jure de Nostro statuendum, nec ullo amplius opus esse putamus testimonio. Tamen, ne vel levis suspicioni relinquatur locus, testem excitabimus epistolam quam dedit ad Nomum consulem. In hac (quæ ordine est 81) scribit: « Annos viginti quinque ita vixi, ut neque in jus vocatus sim a quoquam, neque ipse quemquam accusaverim. Totidem annis nullus religiosissimorum clericorum, quibus præeram, tribunalia frequentavit. Non obolum, non vestem a quoquam sumpsi: ne unicum quidem panem, aut ovum [13] ullus domesticorum meorum accepit unquam. Præter panniculos quibus amictus sum, nihil possidere volui. » Ita quoque ad Eutrechium præfectum, eodem, ut jam alibi notavimus, tempore, scribens (epist. 80) testatur, se nec forum judiciale interpellasse unquam, nec ab ullo criminis reum esse actum. Quis itaque de viri lenitate, æquitate et erga alios justitia jure dubitaverit? Magnopere itaque miramur, Oudino verba ista potuisse excidere, quæ exstant tomo I *De script. eccles.*, p. 1056. « Cum exercuerit tam grandes inimicitias adversus Cyrillum Alex. et ante synodum Ephesinam, quæ anno 431 facta est, et post synodum, amarulentis in eam conscriptis libris: miror, qua ratione Theodoretus glorietur, sibique potissimum de mititate abblandiatur in epistola 81 ad Nomum. » Hæc satis aperte produnt interpretationem a sensu scriptoris alienissimam. Cum enim Noster ad Nomum et Eutrechium scribit, nec se nec suorum quemquam frequentasse δικαστήριον, de criminibus intelligi voluit, quibus in

A foro civili pœnæ statuuntur, non autem de controversiis quæ de capitibus fidei agitantur, quales ipsi cum Cyrillo intercesserunt. Longiori contra Oudinum non opus erit disputatione, quam, ne scriptoris nostri causam deserere videremur, omittere quidem non potuimus, protrahere tamen nolumus, quia de controversia, quæ inter Nostrum atque Cyrillum agitata est, in proxima hujus Dissertationis parte, ad quam progredimur, sermo nunc instituetur.

Viginti et quod excurrit annorum historia texenda est nobis, cum in altera Vitæ hujus parte de rebus gestis Theodoreti usque ad concilium Chalcedonense exponere constitutum sit. Rerum dicendarum ordo jubet, ut initium faciamus ab illis quæ B concilium [14] Ephesinum prius, quod in ann. 431 C. incidit, præcesserunt. Lites nunc enarrandæ sunt funestissimæ, quæ in causa Nestorii, impii hominis, non sine maxima animorum contentione, in Orientali et Occidentali Ecclesia eo tempore agitari cœperunt. His enim litibus adeo involuta est Theodoreti vita, ut, qui hanc describere aggreditur, illas attingat necesse sit. Ne autem quibusdam lectorum obscurum sit, unde orta fuerit acrior illa inter Cyrillum et Theodoretum disputatio, paulo altius repetendæ erunt ejus origines. Notissimum omnibus esse debet, minus recte de divina Christi natura et de incarnatione sensisse Nestorium, qui eo tempore Constantinopolitanæ Ecclesiæ erat præfectus. Per discipulos, ut fieri solet, impia spargebat C dogmata sua, in primis per Anastasium, quem habebat presbyterum, qui pro concione aliquando dixerat, Deiparam Virginem Θεοτόκον dici non posse. Accusatus a clero Constantinopolitano, defensus autem est a Nestorio. Hinc illæ lacrymæ. Ignis, qui primum in urbe regia gliscere videbatur, mox in flammas erumpebat, et non modo totum Orientem pervadebat, sed Romam quoque deferebatur. Cœlestinus, Ecclesiæ Romanæ hoc tempore antistes, a Cyrillo in subsidium vocatus, primis mali hujus initiis, ne mora diuturnitatem attraheret, obviam eundum esse putavit, igni vero oleum affundere visus est. Severiorem enim istam tulit sententiam, qua Nestorio injungebatur, intra deci-D mum a publicata sententia diem, erroribus suis vale dicere, et duodecim capitulis sive Anathematismis a Cyrillo compositis subscribere, addita, ut si secus faceret, episcopali sede ejiceretur, comminatione. Alia autem medendi ratione, et majori inprimis lenitate opus fuisset. Nestorius enim, sive ingenii quo pollebat acumine, et eloquentia qua multos suo [15] tempore superabat, fretus, sive aulicorum quos in urbe regia habebat fautores, amicitia, eaque qua in Oriente conspicuus erat auctoritate, sive denique aliorum quorumdam episcoporum assensu, audacior factus, sprevit Cœlestini minas. Sic res delata est ad concilium Ephesinum prius, seu œcumenicum tertium, cui præsedit Cyrillus, qui, priusquam haberetur concilium illud, litteras

Cœlestini misit ad episcopos Antiochiæ et Hierosolymæ, ut hos a societate cum Nestorio ineunda deterreret. His litteris commotus Joannes Antiochiæ episcopus scripsit ad Nestorium, quem admonuit, ut ad saniorem fidem rediret, motusque in Ecclesia excitatos sedaret. Hanc epistolam bonæ mentis testem charitatisque plenam nonnulli Theodoreto nostro tribuunt, quam sententiam non sine multa fiducia proponit Garnerius Auct. p. 59 et p. 119, in dubio autem positam esse dicit ibid. p. 469 et p. 474. Quidquid sit, sciente et suadente Nostro composita esse videtur epistola illa, quæ obtinendo fini suo omnino erat aptissima, si mens non læva fuisset Nestorio. Hic vero, ut solent qui pertinacius adhærent consiliis suis, locum non dedit amicorum adhortationi, sed horum abusus judicio rogavit Joannem, ut refutandorum duodecim Cyrilli Anathematismorum operam, periculi tunc temporis plenam, deferret viris peritis. Sors ista Andreæ Samosateno, et, quod dolemus, Theodoreto obtigit. Ita factum est, ut qui ad ea usque tempora bene apud omnes audiverat, male apud multos audiret, et litibus sese ingereret, quas declinasse melius omnino fuisset. At vero multa sunt, quæ tuendæ Theodoreti causæ inserviunt. Hæc Garnerii potius quam nostro nomine recensere juvabit, ut appareat, vel ipsis adeo adversariis patuisse, virum præstantissimum, etsi humani aliquid passus [16] sit, tamen non sine laude pugnam cum Cyrillo inivisse. Ita autem Garnerius Auct. p. 120 : « Ingerebat sese occasio optatissima conserendæ pugnæ cum Cyrillo multarum palmarum duce, eoque totius fere orbis doctissimo, et tamen *opportuno vulneribus*, ut ipsi quidem videbatur. Audendi causa non tantum *honesta*; amico laboranti opem ferre ; sed etiam *religiosa, obsistere homini partes Apollinarii in speciem tuenti*. Pulchrum erat auxiliari Nestorio urbis regiæ antistiti, aulæ gratioso, et simul oppugnare Cyrillum, cujus potentia, quo major ab Occidentis favore, eo invidiosior Orienti atque ipsis imperatoribus formidabilior : urgebat præsulis mandatum, cui parere pium, obsistere intutum. Anathematismos arguere, quid aliud..... videretur, quam lacessere pugnam, quæ orbe toto spectante peragenda esset..... Quid multa? illecebrosum erat, dici ubique terrarum, quod solebat Antiochiæ, eloquentiæ miraculum et doctrinæ prodigium. » Multa his insunt, quæ recte et præclare dixit Garnerius; sunt vero etiam, quæ infensam erga Theodoretum mentem testantur.

Signis utrinque datis quasi concurrebant acies. Ne vero dispar esset pugnæ ratio, quisquis dimicantium operam dabat ut quam plurimos ad partes suas alliceret. Hac mente Cyrillus epistolam ad monachos Ægypti scripsit, eosque hortatus est, ne Nestorii fallaciis insidias sibi strui paterentur. Litteris hisce, ne successu carerent, adjunxit duodecim capitula, suisque effecit artibus, ut in ipsa adeo urbe regia multis metum incuteret. Ex altera A autem parte Theodoretus litteras contra Cyrillum dedit ad monachos Euphratesiæ, Syriæ, Phœnices et Ciliciæ, quas integras Græce et Latine suo tempore, si Deus vitam [17] viresque concesserit, exhibebimus. Inter ἀνέκδοτα huc usque locum tenuit Epistola illa, cujus exiguam tantum partem ex Actis synodi v dedit Garnerius, Auct. p. 62, sed tantum Latine, quia apographo epistolæ quæ in cod. quodam Augustæ bibliothecæ Vindob. exstat, caruit, quo nobis jam frui licuit.

Rebus ita dispositis indictum est imperante Theodosio concilium Ephesi congregandum. Convenerunt magno numero Patres, primas tenuit Cyrillus, qui absente, seu, ut nonnullis visum est, consulto moras trahente Joanne Antiochiæ episcopo, feralem
B contra Nestorium dixit sententiam. Sed animis jam concitatis multæ obortæ sunt turbæ. Joannes enim Antiochenus cum advenisset, Cyrillo, Memnoni Ephesi episcopo, et toti concilio magnopere succensuit, aliisque in societatem suam ascitis Cyrillum exauctoravit, graviterque in omnes animadvertit qui ab illius partibus steterant. Majora rei sacræ metuenda fuissent mala, nisi imperator Theodosius, de perturbato Ecclesiæ statu certior factus, providisset, ne quid ab utraque parte ageretur, donec causa esset cognita. Variis tamen artibus, comitumque, quibus rei cognoscendæ cura ab imperatore commissa erat, consiliis effectum est, ut tandem dimissis Patribus fere cuncta in pristino statu re-
C manerent, confirmata tamen sententia contra Nestorium pronuntiata. Proximo post hoc concilium tempore odium, quod nondum sopitum erat, novas quasi recepit vires, et occasionem dedit celebratissimis illis quinque libris, quos Theodoretus contra Cyrillum et concilium Ephesinum composuisse dicitur. Hi magnopere displicuerunt Cyrilli sectatoribus, et Mario Mercatori adeo exsecrabiles visi sunt, ut scribere non erubuerit (Operum t. II, ed. Garn. p. 265) Nostrum instigante diabolo illos exarasse. Nec minus Garnerius ob libros [18] istos succensuit Theodoreto : erravit autem, cum Auct. p. 125 scribit, illos jussu Theodosii imperatoris combustos esse, quod tamen p. 239, Dialogis istis qui *Eranistes* seu *Polymorphus* inscripti sunt, accidisse perhibet,
D notatus ideo ab Oudino I, p. 1101.

Cyrillus, qui in synodo Ephesina ex arbitrio suo omnia disponere cœperat, adversam autem fortunam deinde expertus erat, mutata rerum facie pacis agitabat consilia. Parum enim proficua ipsi fuerat controversia ista cum Orientalibus, et gravissime premebatur scriptis a Nostro compositis. Nec Joannes Antiochiæ episcopus e re sua esse ducebat, litibus hisce diutius inhærere, cum nulla spes illi reliqua esset, fore ut quæ contra Nestorium Ephesi decreta erant, rescinderentur. Ita præparatis animis ex voto accessit imperatoris mandatum, ut Cyrillus omnes inimicitias deponeret et eorum quæ Ephesi expertus fuerat memoriam abjiceret, Joannes autem sententiæ contra Nestorium latæ subscriberet. Pace

his conditionibus restituta, otium quoque Theodoreto redditum esse videbatur. Ab eo enim tempore amicitiam cum Cyrillo coluit, ut litteræ adhuc superstites testantur, quas vel accepit vel ad illum dedit. Fuerunt quidem, qui ex Epistolis quas hoc tempore ad Himerium et Andream Samosatenum misit, colligere voluerunt, simulatam fuisse Theodoreti amicitiam; sed hi non cogitarunt, hanc fuisse scriptoris nostri sortem, ut ab omnibus qui eo tempore male cupiebant Cyrillo, fides ejus tentaretur. Fieri itaque non potuit, quin ad castra e quibus egressus erat, nonnullis rediisse videretur. Ea autem fuit viri moderatio, ut post pacem Ecclesiæ redditam nihil novi moliretur, etsi a multis sollicitatus amicis suis libere animi sensus exprromeret. Unicum tamen est, quod contra sinceritatem initæ inter utrumque [19] amicitiæ non sine specie moveri posset. Scilicet, cum impia Nestorii scripta vindicibus flammis jussu imperatoris tradita essent, in locum eorum substituta sunt Excerpta e libris Theodori Mopsuesteni et Diodori Tarsensis, quæ cum multis displicerent, refutata sunt a Cyrillo, defensa a Theodoreto. Ita in varias partes iterum abire visi sunt, qui vix in gratiam rediisse putabantur. Incertum autem est, num Cyrillo contradicendi studium, an potius veneratio quam utrique illi scriptori deberi existimavit, apud Nostrum, quem scimus in amicis defendendis constantissimum fuisse, plus valuerit. Quidquid sit, querelas suas ad Joannem Antiochenum detulit Cyrillus, cujus hac de re epistolam e cod. Vatic. editam, Vindiciis synodi Ephes., etc., p. 141, inseruit Leo Allatius, necnon Garner. Auct. p. 97. Valde iniquum autem erga Theodoretum se exhibuit Liberatus, qui in Breviario suo, cap. 9, statuit, novam factionem Theodoreto auctore ortam, Acephalorum nomen accepisse, quia nec Cyrillo nec Joanni adhæserit. Cum Liberato, ut solet, facit Garnerius, qui in Auctario suo passim hujus sic dictæ factionis meminit. At vero jamdudum a Cotelerio, Dupinio aliisque explosa est fabula de hac Acephalorum classe et origine, cum notum sit, post hæc demum tempora Eutychianis nonnullis nomen illud fuisse impositum. Nec fides ulla debetur epistolis illis, quæ sub Theodoreti ac Nestorii nomine circumferuntur. Has enim omnes a Nestorianis suppositas esse, ut synodo Ephesinæ maculam aspergerent, jam observatum est a Leontio in libro *De sectis* (Biblioth. PP. t. I, p. 509), Allatio (l. c. p. 131) et aliis. Eadem est ratio epistolæ illius, quæ a Nostro statim post obitum Cyrilli scripta dicitur ad Joannem Antiochenum, cujus [20] hoc est initium: « Sero tandem et vix malus homo defunctus est. » Miramur, Garnerium his spurcissimis litteris ex Actis synodi v desumptis non modo locum concessisse Auct. p. 98, sed etiam defensionem eorum qui Nostro illas præpostero studio vindicant, in se suscepisse, cum jam Baronius, *Annal.* t. VI, p. 23 seqq., docuerit, quam aperta habeant νοθείας indicia. Idem quoque viderunt Possevinus, Lupus, Allatius, Aubertus Miræus, et quotquot acutioribus oculis præditi erant. Quis enim crederet, quæso, genuinas esse litteras istas, cum notissimum et extra omne dubium positum sit, aliquot annis ante Cyrillum fatis jam defunctum esse Joannem Antiochenum? Sed ea fuit Garnerii, imo quoque Oudini (*De script. eccl.* t. I, p. 1056), qui illum cæco impetu in plerisque sequitur, iniquitas, ut in favorem malæ causæ, errorem in epistolæ hujus inscriptione latere statuerint, quasi pro Joannis nomine ponendum sit nomen Domni, quem successorem habuit. Opportune autem huic levi defensioni posset opponi, quod apud ipsum Garnerium loco quodam ubi contra Cousinum acerbius, ut solet, disputat, me legere memini, « Aut sic aut non debebat pugnari. » Quasi vero nondum satis injurius in boni viri memoriam fuerit Garnerius, protulit quoque Auct. p. 38, fragmentum ex Sermone quem Theodoretus Antiochiæ post Cyrilli mortem coram Domno habuisse dicitur. Hoc, ut alia ejusdem generis, desumpsit ex Actis synodi v, et sola Marii Mercatoris minus firma auctoritate nixus, pro genuino venditavit. Quo minus autem credulum viri, alioquin, si a Theodoreti historia discesseris, acutissimi, animum multis accusemus, impedit diligentia et integritas Cousini, contra quem pugnavit quidem Garnerius in Notis [21] suis l. c., sed levissimis armis, quæ novum sane sustinere non possent impetum. Cum in eo jam elaboraverimus, ut varias maculas, quæ præstantissimi viri memoriæ ac nomini injectæ erant, abstergeremus, haud a re nostra alienum esse videtur, hanc Dissertationis nostræ partem loco isto notatu dignissimo finire, quem Leo Allatius, l. c. p. 131, ex Cyrilli ad Valerianum epistola exhibet. Verba ita se habent: Ἐὰν τοίνυν καταψευδόμενοί τινες λέγωσιν ἑτερά τινα παρὰ ταῦτα φρονεῖν αὐτοὺς, μὴ πιστευέσθωσαν, ἀλλ' ὡς ἀπατεῶνες καὶ ψεῦσται κατὰ τὸν αὐτῶν πατέρα τὸν διάβολον ἀποπεμπέσθωσαν, ἵνα μὴ ταράττωσι τοὺς ἐθέλοντας ὀρθοποδεῖν. Ἐὰν δὲ καὶ ἐπιστολὰς ἑαυτοῖς συντιθέντες τινὲς περιφέρωσιν, ὡς ἐκ προσώπου γραφείσας ἀνδρῶν ἐπιφανεστέρων, οὐκ ὀφείλουσι θαρσεῖσθαι. Οἱ γὰρ ἅπαξ ἐγγράφως ὁμολογήσαντες τὴν πίστιν, πῶς ἕτερα γράφειν δύνανται, καθάπερ ἐκ μετανοίας εἰς τὸ μηκέτι βούλεσθαι φρονεῖν ὀρθῶς παρενηνεγμένοι; *Si qui igitur sint, qui illos* (Orientales scilicet) *ab his diversa sentire falso affirmaverint, nulla eorum dictis fides adhibeatur, sed ut impostores et mendaces instar patris sui diaboli, amandentur, ne illos qui recte incedere cupiunt, conturbent. Quod si autem fuerint, qui epistolas a se concinnatas circumferunt, tanquam quæ a viris spectatis editæ sint, eorum audacia nullo modo est admittenda. Qui enim semel fidem suam per scriptum aliquod professi sunt, qui fieri potest, ut jam contraria scribant, quasi pœnitentia ducti eo jam prolapsi sint, et recta sapere diutius nolint?* Si licuisset Cyrillo ea videre quæ post fata ejus ab impudentis-

simis hominibus sub Theodoreti nomine ficta sunt, A quales, quæso, illos reputaturus fuisset, quibus fraus non primo intuitu patet?

[22] Acerbiora erant fata, quæ Theodoretus deinde expertus est. Cyrillo in sede Alexandrina successit Dioscorus, vix dignus in quem tanti honores conferrentur. Ambitio ejus, ne de propensa illius in Eutychianos voluntate nunc quidquam dicamus, nullis continebatur limitibus, adeo ut in aliena quoque diœcesi jus exercere auderet, ut e sequentibus apparebit. Theodoreto nostro in primis multarum calamitatum auctor fuit, non quasi de fidei capitibus cum eo decertasset, id enim honorificum videri poterat, sed quia Nostrum adversarium habuerat, cum de primatu inter Proclum et Cyrillum, B seu potius hunc ipsum Dioscorum, Ecclesiæ Alexandrinæ eo tempore apocrisiarium, lis orta esset. Episcopatui admotus arripiebat occasionem quam sibi datam esse putabat, ut calamitates quibus Theodoretus hoc tempore premebatur, acerbiores redderet. Accusatus enim erat ille apud imperatorem Theodosium, ac si frequentes synodos prope Antiochiam congregasset, et in concionibus coram populo recitatis nefanda dogmata proposuisset. Tantum apud imperatorem valuerant hæ iniquæ accusationes, ut Commonitorio ipsius Theodosii manu scripto Noster prohiberetur, urbe Cyro egredi. Rem exponit in suis ad Eutrechium præfectum, Anatolium patricium et Eusebium Ancyræ episcopum litteris (epist. 78, 80, 82), et jure de tu- C multuario hoc judicio ac injuria sibi facta queritur. Notatu in primis digna et illustrandæ historiæ apta sunt verba ista ex epistola ad Eutrechium. « Injuria, inquit, procul dubio me affecerunt, qui ambas aures calumniatoribus dederunt, nec alteram nobis servarunt. Nam et homicidis ac adulteris defensionis locus conceditur : nec prius sententia contra illos dicitur, quam præsentes convicti fuerint, vel confessi, veram [23] esse accusationem. At pontifex calumniæ factus est ludibrium, ne id quidem quod sepulcrorum effractores solent, consecutus, ut interrogaretur, an vera sint, de quibus insimulatur. » Hanc parum æquam agendi rationem tenuit quoque Dioscorus. Cum enim Theodoretum hoc tempore honesto carceri quasi inclusum sciret, statim post D accusationem a clericis Osroenis institutam anathemate Nostrum aggressus est, etsi nullum in alienæ regionis antistitem jus illi competeret, et Theodoretus contra injustas criminationes se in Epistola, quæ numero est octogesima tertia, egregie defendisset. Ita magnum impedimentum remotum esse putabat Dioscorus, quod promovendo Eutychis errori, cui ipse magnopere favebat, obsistere potuisset. Damnatus quidem et ab officio sacerdotali depulsus est Eutyches in concilio Constantinopolitano, quod brevi post hæc tempore ann. C. 488, auctoritate Flaviani urbis regiæ episcopi frequentatum est, sed Eudoxiæ Augustæ et Chrysaphii Eunuchi artibus effecit Dioscorus, ut proximo anno nova convocaretur synodus, in qua egit præsidem, Eutychisque causam armata manu adeo defendit, ut iste pro insonte declaratus in pristinam dignitatem restitueretur. Ab hac synodo Ephesina posteriori, quam ob nefanda in Flavianum aliosque purioris doctrinæ defensores commissa facinora, ληστρικὴν dicunt, mandato imperatoris Theodosii abesse jussus est Theodoretus. Mala sibi imminentia prævidebat, ut ex epistola (112) quam ad Domnum Antiochiæ episcopum dedit, colligimus. Nec vanus erat metus : nam cum multis aliis, quos laudis potius quam malorum socios fuisse dixeris, sede episcopali dejectus est. Sed gloriosum omnino tunc erat, iis adnumerari qui non sederunt in concilio impiorum. Adeo enim illi proterva audacia macularunt famam suam, qui a Dioscori partibus in hac synodo steterunt, ut turpius [24] fuerit immitti quam ejici. Acta autem hujus synodi rescissa sunt omnia, auctoritate concilii Chalcedonensis seu œcumenici quarti, quod precibus suis ab imperatore Marciano impetravit Leo M. Romanorum episcopus. Celebratum fuit concilium illud ann. C. 451, præsidem agente per quinque legatos Leone M. Præclara multa peregerunt Patres Chalcedone congregati, quorum frequentia insignem concilio illi dedit splendorem. Nos autem missis reliquis, illis tantum quæ ad scriptorem nostrum spectant, immorabimur. Sunt, qui putant, Theodoretum nonnisi octava sessione, in qua præter causam ejus fere nihil agitabatur, fuisse admissum. Facundus autem, quem alii sequuntur, ex Actis concilii evictum dedit, eum a primo inde initio interfuisse synodo, frustra renitentibus Ægyptiis aliisque multis. Quid actum sit sessione octava in causa Theodoreti, et quibus conditionibus sedi suæ restitutus sit, haud melius quam ex ipsis Actis hujus concilii recenseri poterit. Hæc autem ita se habent apud Harduinum in Collect. concil. t. II, p. 498 seq.

« Residentibus omnibus ante cancellos sanctissimi altaris reverendissimi episcopi clamaverunt : Theodoretus modo anathematizet Nestorium.

« Theodoretus reverendissimus episcopus transiens in medium dixit : Et preces obtuli divinissimo ac piissimo imperatori et libellos obtuli reverendissimis episcopis agentibus locum reverendissimi archiepiscopi Leonis; et si vobis videtur, legantur coram vobis, ut sicut sapio, cognoscatis.

« Reverendissimi episcopi clamaverunt : Nihil relegi volumus; modo anathematiza Nestorium.

« Theodoretus reverendissimus episcopus dixit : Ego per Dei gratiam ab orthodoxis sum nutritus, et orthodoxe sum edoctus et orthodoxe prædicavi; et non solum Nestorium et [25] Eutychem, sed et omnem hominem, qui recte non sapit, aversor, et alienum existimo

« Et dum diceret hæc, reverendissimi episcopi clamaverunt : Clare dic anathema Nestorio et dogmatibus ejus; anathema Nestorio et amantibus eum.

« Theodoretus reverendissimus episcopus dixit :

Vere non dico, nisi quomodo novi Deo placere. Prius satisfacio vobis, quia neque te civitate cogito, neque honore opus habeo, neque ob hoc adveni; sed quia calumniam passus sum, veni satisfacere, me esse orthodoxum; et omnem hæreticum qui converti noluerit, anathematizo, et Nestorium et Eutychem, et omnem hominem dicentem vel opinantem duos filios, anathematizo.

« Et cum diceret, reverendissimi episcopi clamaverunt : Dic aperte anathema Nestorio et iis, qui ea quæ ejus sunt, sapiunt.

« Theodoretus reverendissimus episcopus dixit : Ego nisi exposuero quomodo credo, non dico. Credo autem. . . . . .

« Et cum diceret, reverendissimi episcopi clamaverunt : Iste hæreticus est, iste Nestorianus est, hæreticum foras mitte.

« Theodoretus reverendissimus episcopus dixit : Anathema Nestorio et ei qui non dicit Dei Genitricem Virginem Mariam, et qui in duos filios partitur unum Filium unigenitum. Ego autem et fidei definitioni subscripsi, et epistolæ sanctissimi et Deo amantissimi archiepiscopi domini Leonis, et sic sapio. Et post omnia hæc dixit, Salvete.

« Gloriosissimi judices dixerunt : Omnis jam dubitatio de Theodoreto reverendissimo episcopo est soluta; quippe et Nestorium coram vobis anathematizavit, et a sanctissimo et Dei amantissimo senioris urbis Romæ Leone susceptus est, et definitionem fidei a religiositate vestra prolatam libenter suscepit, [26] et insuper epistolæ memorati sanctissimi archiepiscopi Leonis subscripsit. Deest igitur, ut sententia proferatur a reverentia vestra, ut Ecclesiam suam recipiat, sicut et sanctissimus Leo episcopus judicavit.

« Omnes reverendissimi episcopi clamaverunt : Theodoretus dignus est sede, Ecclesia pastorem recipiat : orthodoxum doctorem Ecclesia recipiat, Theodoretus dignus est sede : archiepiscopo Leoni multos annos. Post Deum Leo judicavit : populus orthodoxum recipiat dignum sua sede. Theodoreto catholico doctori reddatur Ecclesia. »

Ad tertiam Vitæ hujus partem accedimus, quæ ultima Nostri fata, et motus post mortem ejus ortos exponet, sicque progredietur usque ad tempora synodi quintæ. Post concilium Chalcedonense plurimum quidem temporis spatium in monasterio prope Cyrum posito consumpsit Theodoretus, ita tamen ut Ecclesiæ suæ saluti summa cura invigilaret. Exoptatissimam fuisse hanc postremam vitæ ejus partem, colligimus ex epistola ad Joannem Œconomum data (146), in qua testatur, se delectari quiete et vita a curis libera. Ex eadem autem epistola perspicitur, novos eo tempore motus ortos esse culpa Aetii archidiaconi, qui consuetam orationum et precum clausulam, *quia te decet gloria et Christum tuum et sanctum tuum Spiritum* (seu, ut alii dicere solebant, *gratia et benignitas Christi tui, cum quo te decet gloria cum sancto tuo Spiritu*) ad-

A mittere nolebat, sed mandaverat, non oportere Christum dicere sed Unigenitum glorificare. Ut his temporibus magnæ de verbis agitari solebant lites, ita quoque sub hac verborum nimia distinctione hæretici aliquid latere putabant aliqui, nec absque ratione verebatur Theodoretus, ne idem quod ipse olim expertus erat, accideret Aetio, ut scilicet duos in filios dividere [27] putaretur unum Dominum nostrum Jesum Christum, et Unigenitum quidem legitimum credere filium ac naturalem, Christum vero adoptivum ac nothum, sicque glorificatione indignum. Ita rei statum depingit Noster in Epistola quam modo allegavimus, ipse vero quod prudentis erat moderatoris, multo cum studio peregit, cum non modo in hac Epistola locum istum de incarna-
B tione, de quo tunc temporis cum magna animorum contentione disputabatur, accurate exponeret, sed peculiarem quoque de hoc argumento librum componeret, cujus autem non nisi Fragmenta quædam ætatem tulerunt. Plures sine dubio scripsit libros, cum jucundo hoc otio abundaret. Sunt enim inter multos illos quos reliquit, nonnulli, de quibus satis certo constat, eos non ante concilii Chalcedonensis tempora, seu, quod idem est, ante pacem et quietem Nostro tandem restitutam, esse compositos. Falluntur itaque Baronius et Sirmondus, qui putarunt, Theodoretum brevi post concilium illud tempore ann. C. 453 fatis functum esse. Contra hos pugnat in primis Gennadius, qui testatur, Nostrum in vita adhuc superstitem fuisse cum regnum capes-
C seret Leo imperator, sicque ann. C. 457. Argumentum quod ex Chronico Marcellini duxit Labbeus, minus tutum esse videtur, quia in Chronico isto temporis nota haud satis determinata est. Multo minus insistendum esse videtur illis quæ e Theodori Lectoris Collectaneis Garnerius Auct. p. 148, attulit, ut probaret, Nostrum ann. C. 458 ex hac vita discessisse : quæ enim de Jacobo Thaumaturgo ann. C. 458 adhuc superstite narrantur, vago Evagrii testimonio nituntur. Tutissimum itaque esse putamus, obitum Theodoreti ann. C. 457 referre cum Tillemontio et aliis.

Hoc, ut putamus, anno, in pace Ecclesiæ obdormivit, et charam sui memoriam reliquit omnibus,
D qui libero a præjudiciis animo dignum [28] meritis statuebant pretium. Eamdem tamen post fata etiam expertus est sortem, quam dum viveret, habuit valde iniquam. Ultima quidem rerum linea mors dicitur, et de mortuis non nisi bene dicendum esse sapienter præceperunt majores, sed Nostro non licuit esse adeo felici, ut illæsa post mortem frueretur fama. Redeundum itaque nobis est ad historiam cujus finem jam attigisse videbamur. Quam fieri potest, paucissimis adhuc enarrandi sunt motus, qui per integrum et quod excurrit sæculum turbarunt Orientem. Quæ solet esse magnorum virorum conditio, ut si vita excesserunt, piis eorum manibus haud raro insultent illi, quibus ora et linguas solvisse videtur defuncti obitus, eadem

quoque fuit sors Theodoreti. Vix enim e vita discesserat, cum Eutychiani, qui ægre ferebant non Eutychis tantum sed Dioscori quoque jacturam, acerbissimis calumniis viri optimi, imo totius synodi, Chalcedonensis memoriam male ad posteros commendare anniterentur. Si Victori Tunonensi et Evagrio, quem utrumque tamen parum fidum esse novimus, credendum sit, Anastasio imperante duæ congregatæ sunt synodi, Constantinopoli una, Sidone in Palæstina altera, in quibus damnata est Nostri memoria. Sed cum satis obscura sit utriusque synodi istius historia, utilius operam nostram collocabimus, si illis potissimum inhæremus, quæ ad invidiosam de tribus Capitulis controversiam pertinent. Turbarum quas Eutychiani excitaverant pertæsus Justinianus imperator, qui fidei suo tempore acerrimus erat propugnator, pacem Ecclesiæ reddere voluit scripto contra Acephalos sive Eutychianos directo. Hoc cum meditaretur, a Theodoro Cæsareæ hoc tempore episcopo, sibi persuaderi passus est, ut calamum potius contra sic dicta tria capitula, hoc est, contra Theodori Mopsuesteni, Theodoreti nostri, [29] et Ibæ Edesseni scripta, verteret. Ita enim se effecturum esse sperabat, ut Eutychiani ad Ecclesiam catholicam redirent, et synodum Chalcedonensem amplecterentur. Imperator, etsi magnopere huic concilio faveret, tamen, quia non alio modo pacem Ecclesiæ reddi posse existimabat, promulgavit decretum, quo tria ista Capitula ut impia et blasphema damnabantur. Votorum se compotes factos esse lætati sunt Eutychiani, et Theodora Augusta quæ illis nimium favebat. Quo minus tamen ex votis cederet consilium, obstitit Occidentalium et præcipue Vigilii, Romanorum tunc episcopi, dissensus. Et dolendum sane est, Vigilium justam tandem deseruisse causam, quam tueri omnino potuisset. Inconstantiam ejus, de qua legenda est Dissertatio theologica, quæ haud ita pridem Præs. S. V. Schuberto ann. 1766 Gryphiswaldiæ prodiit, satis testatur Historia sic dictæ synodi quintæ, seu concilii œcumenici quinti, quod in hac præcipue causa Constantinopoli convocatum est. Etsi Vigilius de bona causa quam defendendam habebat, ipsemet convictus, et ab Afris, Sardis, Illyricisque magnopere rogatus esset, ne in trium Capitulorum damnationem consentiret, tamen famoso illo, ut dicitur, *Judicato* assensum professus est. Nec Orientalibus nec Occidentalibus hoc indignum se approbare potuit facinus, quod imprimis Illyricorum, Afrorumque contra Vigilium excitavit odia, ne de Facundi justissima ira quidquam dicamus. Utinam omnem rei memoriam delere potuisset *Constituto*, quod deinde edidit, ex quo hæc pauca tantum hoc loco inserenda sunt verba, quæ ad Nostrum se referunt, et ita se habent : « Statuimus atque decernimus, nihil in injuriam atque obtrectationem probatissimi in Chalcedonensi synodo viri, h. e. Theodoreti episcopi Cyri, sub taxatione nominis ejus a quoquam fieri vel proferri. » Sed

A quis non miretur summam viri inconstantiam, quæ tanta fuit, ut brevi post editum *Constitutum* tempore hoc iterum revocaret, non erga illos tantum quorum causa agebatur, sed erga seipsum quoque et famam suam maxime injurius. Testem hujus rei habemus epistolam quam ipse dedit ad Eutychium urbis regiæ episcopum, quæ exstat in Actis synodi Constantinopol. apud Harduinum, tom. III, p. 213 seqq. Garnerio autem adeo displicuit illa, ut in suis ad quintam synodum observationibus Liberati Breviario subjunctis, [30] magno quidem sed irrito conatu, ejus νοθείαν nobis persuadere tentaverit. Vita ann. C. 555 defunctus Vigilius litem istam successoribus prosequendam reliquit, de horum autem

B successibus jam dicere nihil attinet.

Reliquum est, ut de scriptis, quæ Theodoretus magno numero reliquit, generatim dicamus : in quibus recensendis eumdem tenebimus ordinem, quo tum in Sirmondiana, tum in nostra editione se excipiunt. Primam eamque maximam horum librorum partem constituunt Commentarii, quos in sacram Scripturam tum Veteris tum novi Testamenti exaravit. In hoc litterarum genere magnopere excelluit Noster, quippe qui, judice Photio, at quanto viro ! (cod. 203) palmam præripuit Hippolyto aliisque plurimis, sive ad dictionem ejus respexeris, quæ puris et significantibus vocibus abdita quæque revelat et jucunditate delectat, sive methodum ejus spectaveris, cujus hæc est præcipua laus, ut

C sine omnibus ambagibus ea quæ scire attinet, perspicue et ornate proponat, iis tamen non prætermissis quæ ad lectorem informandum facere possint. Ita fere judicat Photius, l. c., ubi Nostri Commentarios in Danielem iis exornat laudibus, quæ ad omnes ejusdem generis libros ab hoc auctore conscriptos merito applicari debeant. [31] Primum inter illos locum occupant *Quæstiones in Octateuchum* sive in V libros Mosis, in librum Josuæ, Judicum et Ruth. His statim adjungimus *Quæstiones*, quæ proximum tenent locum, *in libros Regum* (notum, in Bibliis Græcis libros Samuelis accenseri libris Regum) *ac Paralipomenon* : hæ enim cum illis conjunctæ olim fuisse videntur, a Photio saltem

D in uno codice (205) lectæ sunt. Quæstiones priori loco commemoratas inscripsit εἰς τὰ ἄπορα τῆς θείας Γραφῆς, quem titulum ut operi egregie congruentem laudat Photius. Eumdem quoque cum modo loquendi hujus scriptoris convenire, ostendi potest e quæst. 28 in librum Judicum, ubi πόρον εὑρίσκειν ἐν ἀπόροις Nostro idem est quod *in re dubia exitum invenire.* Docet itaque primo intuitu inscriptio, has Quæstiones non ad universos hosce libros, sed ad obscuriora duntaxat loca pertinere. Et in hoc quidem positum est discrimen, quod inter hos et reliquos Theodoreti Commentarios sacros intercedit. Illi enim qui sequuntur, continuum in universos libros sive Vet. sive N. T. exhibent Commentarium, hi priores autem non nisi obscuriorum locorum interpretationem complectuntur.

Singularis vero et quæ non omnibus se approbavit, est methodus, quam in hisce libris adhibuit auctor, per quæstiones earumque solutiones lectorem instruens. Sed rationem ejus in Prologis aperuisse videtur, ubi Hypatium, cui uterque liber inscriptus est, nunc παίδων φίλτατον, nunc vero ἐρασμιώτατον vocat, utpote quo familiariter utebatur, quemque ultimis vitæ suæ annis, in quos æra horum librorum incidit, lateri suo adhærentem, et in munere episcopali laborum socium habebat. Senem quoque, et assiduo in scrutandis sacris Litteris posito studio exercitatissimum doctorem decebat ista methodus. Ultimos autem hos esse librorum a Nostro [32] elaboratorum haud vana, ut putamus, conjectura statuitur, quia nec in ullo alio, nec in epistolis suis, illorum mentionem fecit, quod tamen in Epistola, quam ad Leonem Romanorum episcopum ann. C. 449, ut supra evictum dedimus, scripsit, imo etiam in ea quæ ad Eusebium Ancyranum directa est, ad sui defensionem facere potuisset. Quod reliquum est, in his ut in aliis Theodoreti libris quædam occurrunt, quæ Theodorum Mopsuestenum auctorem habent, alia quæ ad Origenem, alia quæ ad Diodorum Tarsensem jure referri debent. Haud raro enim culpa eorum qui Catenas e scriptis horum Patrum congesserunt, accidit, ut quæ unius sunt, alteri tribuantur, quod in primis de illo quem priori loco nominavimus, necnon de Theodoro Heracleota valet, ut jam observatum est a Montfauconio Palæogr. Gr. p. 347.

Commentarii in Psalmos nulla quidem apud Photium fit mentio : tamen, quia plura sunt Theodoreti scripta, quorum ille non meminit, hujusque præstantissimi operis in aliis libris quos ipse Photius commemorat, diserte injicitur mentio, non dubitandum est, quin ad Nostrum jure pertineat, cui etiam a Nicephoro *Hist. eccles.* lib. XIV tribuitur. Ipse auctor pro suo agnoscit hunc librum in epist. 82 quæ ad Eusebium Ancyranum scripta est, necnon quæstione 43 in librum secundum Regum. In Prooemio docet, qua interpretandi ratione usus sit, ut censuram effugeret, quam alii meruerant. Tria in primis ab eo notantur vitia, suppressis tamen, ne modestiam [33] læderet, scriptorum nominibus. Primo reprehendit nimium allegoriæ studium, quod in Apollinarium dictum esse putant Dupinius ac Garnerius. Deinde impugnat eos qui omnia vaticinia ad Judæos referunt, quam quidem accusationem ad Theodorum Mopsuestenum spectare satis aperte loquuntur ea quæ in actis synodi V, collat. 5, ex Hesychio Hierosol. leguntur apud Hard. l. c. tom. III, p. 104. Denique nimiam aliorum prolixitatem arguit, ad Chrysostomum sine dubio respiciens, quem in hoc, ut in plerisque aliis libris præ reliquis secutus est, ita tamen ut brevitati quam maxime studeret. Hac via ingressus felici successu labore hoc defunctus est, simulque hanc laudem meruit, ut critica diligentia alios sui temporis interpretes superaverit. Adhibuit enim Aquilæ, Symmachi et Theodotionis versiones, quarum multa fragmenta ex hoc in primis Commentario petiit Montfauconius, qui etiam pag. 10 Prælim. ad Collectionem novam Patrum observat, Nostrum, etsi ab Eusebiania Psalmorum interpretatione plerumque deflectat, tamen subinde illam fere ab verbum exprimere, etsi breviori, ut plurimum, stilo. Idem Nostro quoad Chrysostomum objecit Garnerius Auct. p. 184. Sed utrumque non adeo miramur, cum satis constet quanta in Catenis facta sit nominum permutatio, quæ eo facilius locum invenire potuit, quo magis, teste Nicephoro l. c., Theodoretus stilum suum ad Chrysostomi exemplum formare studuit; quo factum est, ut si in codicibus passim nomen auctoris loco quodam neglectum esset, ne peritissimi quidem librarii satis certi fuerint, sitne ad hunc an ad illum referendus. Et quod in primis ad locum psal. L, 7, a Garnerio prolatum attinet, verum quidem est, pene eadem legi apud Chrysostomum (edit Savilii t. I, p. 709 seq.): noluimus tamen in Variantibus textui subjectis quidquam de hoc loco monere, quia in codice Augustano quem tertium dicere consuevimus, et qui Catenam in Psalmos, ut in Præfatione pluribus indicatum est, continet, non Chrysostomi sed Nostri nomen ascriptum vidimus. [34] His tantum adjicimus, ex epistola 82 ad Eusebium scripta recte colligi posse, hunc librum inchoatum esse ann. C. 435

Ordine proximus est *Commentarius in Canticum canticorum*. Talem a se scriptum esse, ipse quidem Theodoretus in Prologo quem Psalmis præmisit, testatur; num vero is quo nunc utimur, jure ad illum pertineat, multis disputatum est. Recensebimus itaque paucis argumenta, quæ ab utraque parte in scenam producta sunt. Qui genuinum hunc fetum esse negant, objicere solent, auctorem in Prooemio de Chrysostomo ut vivo loqui, in Theodorum Mopsuestenum gravius invehi, de se ut de homine civilibus ac militaribus negotiis admodum distracto loqui, et de Manasse quædam tradere, de quibus ne γρὺ quidem apud Nostrum exstet. His addunt tum prolixitatem in dicendo, tum Nostri de hoc opere silentium, ubi de scriptis loquitur in quibus suam de incarnatione fidem testatus est, tum denique Catenarum auctoritatem. Ita paucis complectimur quidquid contra hunc librum dictum esse novimus. Hæc argumenta, etsi minus firma sint, tamen apud Caveum ac Garnerium tantum valuerunt, ut suum illis adjecerint calculum. Imo parum abfuit, quin Garnerius in locum hujus libri alium substitueret fetum, quem Auctario suo inserere promisit, pag. 258; verum his promissis non stetit, vel stare noluit, qui operis perficiendi curam post Garnerii obitum in se suscepit. Videamus autem, qua ratione omnis ista argumentatio refutari, et genuina libri indoles defendi possit. De Chrysostomo, etsi vita jam defunctus esset, jure dici poterat, ὁ τοῖς ῥεύμασι τῆς διδασκαλίας μέχρι καὶ

τήμερον πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἀρδεύων· vivebat enim in scriptis suis quorum fama tunc universum [55] orbem impleverat. Si verum est alterum, quod in Theodorum Mopsuestenum, quem alioquin magni faciebat, invehatur, hoc sane veritatis amorem et a partium studio liberum testatur animum : idem enim, ut jam vidimus, fecit in suo ad Psalmos Prooemio. Sed nondum satis liquet rei veritas. Nititur scilicet tota accusatio auctoritate Pelagii II, aut potius Gregorii M., qui in epistola tertia ad Eliam Aquileiensem et episcopos Istriæ scribit. « Cum Theodorus (Mopsuestenus) Canticum canticorum vellet exponere, Salomonem per hunc librum Æthiopissæ reginæ blanditum esse professus est : quod Theodoretus reprehendens nomen quidem Theodori suppressit, sed tamen vesaniam patefecit. » Tale autem apud Theodoretum l. c. non legimus. In eos tantum invehitur, qui vel putarunt, Salomonem de se ipso et Pharaonis filia in hoc libro loqui, vel pro Pharaonis filia Abisai Sunamitidem substituerunt. Nihil itaque de Æthiopissa regina hoc loco dictum deprehendimus ; quæ tamen opinio, si illa Theodori sit, sub generali *fabularum anilium* nomine, quo Noster h. l. utitur, comprehendi potuit. Sunt enim omnino anilia et Christiano doctore indigna, quæ ex Theodori illius in hunc librum Commentariis exstant Fragmenta, apud Harduinum l. c. p. 88 seq. Sed ad ea progrediamur, quæ tertio loco objiciuntur. Si auctor horum Commentariorum multis non modo ecclesiasticis, sed civilibus quoque ac militaribus curis se distrahi questus est, non mirabuntur, qui e litteris Theodoreti jam supra allegatis noverint, quantos labores quantaque pericula sustinuerit, ut perditos mores eorum emendaret, quorum curam sibi demandatam habuit. Gravius itaque sibi, quam militum ducibus, impositum onus ægre ferebat : omni enim adhibita diligentia vix petulantiam [36] hominum istorum coercere poterat. Ita rem expedire, et, si opus esset, tropicam quamdam dicendi rationem in his auctoris nostri verbis admittere mallemus, quam absque historiæ fide cum nonnullis asserere, Cyresticam regionem eo tempore præsidiariorum militum effusa licentia misere turbatam fuisse. Porro, quod Manasses, rex impius, magnam sacrorum Librorum partem combusserit, ut in Prooemio ad hunc Commentarium dicitur, nullo quidem in loco a Nostro alibi asseritur, sed num omnia uno eodemque loco dicere necesse erat? Multa in suis ad libros Paralipomenon Commentariis supplevit, quæ in illis ad libros Regum eodem jure dicere potuisset, si necessitas hanc legem illi imposuisset. Quod prolixius in hoc quam forsitan in aliis libris meditationes suas exposuerit, dandum est non argumenti tantum, quod multum difficultatis habebat, conditioni, sed tempori etiam quo scripsit. Haud male enim ex ipso hoc paululum diffuso dicendi genere colligitur, hunc librum esse unum ex primis quos Noster composuit. Usu enim, ut fieri solet, acqui-

A ritur peritia, multa paucis dicendi. Quod vero hujus libri nullam fecerit mentionem, ubi opus esse videbatur ad defendendam suam de incarnatione doctrinam, parum efficiet. Sive enim eo tempore Theodoro parcendum, sive hoc fidei suæ documento haud opus esse existimaverit, libera illi omnino fuit optio locorum quibus fides defendenda esset. Catenarum denique adeo nos non movet auctoritas, ut parum ab hoc argumento metuendum sit causæ nostræ. Parvus est Catenarum in Canticum canticorum numerus, nec inter illas est quædam cujus memoria sit adeo obscura, quam ejus, quæ a Garnerio adducitur, et Neophyto cuidam tribuitur. Dantur tamen quædam, in quibus frequenter sunt Origenis aliorumque cum quibus Nostrum
B [37] sæpius permutatum esse novimus, citationes, ut in illa quam Meursius edidit Lugd. Bat. a 1617. Facillime itaque potuit fieri, ut in hisce Catenis, quarum parvus est numerus, Nostri desideretur memoria, sive temporis hoc factum sit injuria sive librariorum negligentia. Hæc omnia itaque nos non impedient, quominus hunc Commentarium Nostro vindicemus. Ita enim jubet auctoritas codicum, quibus olim jam usi sunt Zinus ac Sirmondus, et magna quæ inter hunc aliosque Theodoreti libros intercedit affinitas. Illustre ejus exemplum dat locus ille Ezechielis, qui in Prooemio ad hunc librum eodem modo, ut in Nostri ad hunc prophetam Commentario explicatur.

C Proximum locum tenent *Interpretationes sedecim prophetarum*, Isaiæ scilicet, Jeremiæ (cui subjuncti sunt Threni et liber Baruch), Ezechielis, Danielis et duodecim prophetarum quos minores dicunt. Non eodem ordine scripti sunt Commentarii isti quo se excipiunt. Danielem primum fuisse quem Theodoretus interpretatus est, ipse in Præfatione ad librum illum monuit, causamque optionis suæ a Judæorum erga hunc prophetam odio petiit. Proximus fuisse videtur Ezechiel, de quo saltem ex Præfatione ad Jeremiam constat, in eum prius commentatum esse Nostrum quam ad Jeremiam illustrandum se accingeret. Quo ordine ad reliquos progressus sit, haud satis liquet : hoc tamen ex ipso auctoris testimonio perspectum habemus, ultimum
D horum laborum fuisse Commentarium in Threnos, cui his verbis finem fecit auctor : « Hanc etiam aliis propheticis libris adjicimus interpretationem, adeo ut per Dei gratiam nullam prophetiam interpretationis expertem reliquerimus. » Magnopere dolendum est, haud integrum [38] ad nos pervenisse Commentarium in Isaiam, cujus non nisi lacinias habemus. Quæ Sirmondus e Catenis congessit, non omnia ad Nostrum pertinent, sed magna ex parte ad Theodorum Mopsuestenum, et, nostra adhuc est conjectura, ad Eusebium Cæsariensem referenda esse videntur. Antequam ad reliquos libros progrediamur, paucis monendum erit, errasse Garnerium, si Auct. p. 188, exeunte capite quarto refert, Nostrum in Commentario ad extrema verba Jeremiæ

prolixe adversus Apollinarii errores chiliasticos A disputasse. Sed disputatio ista non hoc loco, sed in fine Commentarii ad Ezechielem exstat, cui adjungenda sunt illa quæ ad finem Commentarii in Aggæum leguntur.

Utiles in primis sunt *Commentarii in XIV Epistolas sancti Pauli*, a Nostro tanta cum laude compositi, ut magnopere dolendum sit, reliquos Novi Fœderis libros non eumdem nactos esse interpretem. Exstant autem nonnisi pauca Commentariorum in quatuor Evangelia fragmenta, quæ recensuit Montfauconius in Bibliotheca Coislin. Horum duo commemorat in Matthæum, p. 75 et 247, e Cod. Coisl. 24 et 195. Nonnulla in Lucam p. 251, e Cod. Coisl. 201, et p. 376 seq.; nonnisi unicum vero in Joannem, p. 68, e Cod. 23. In Matthæum quædam e Nostro congessit Petr. Possinus in Catena B Patrum Græcorum in sanctum Matthæum edita Tolosæ a. 1646. Exstant etiam nonnulla Theodoreti, sed Latine tantum, in Corderii Catena in sanctum Lucam Antuerpiæ ann. 1628 edita. Plura autem in Bibliothecis regis Galliæ superesse haud incertis indiciis novimus. Qui vero inter nos superstites sunt in Epistolas sancti Pauli Commentarii, integram et continuam exhibent interpretationem, quæ unica in se complectitur, quidquid eleganter et apposite ad litteralem horum librorum sensum explicandum dici debuit. Nec alia a Nostro exspectari potuerunt, [39] cum præceptore usus sit Chrysostomo, et Theodoro Mopsuesteno, qui posterior in C explicandis N. T. libris felicior fuisse dicitur quam in scrutando sensu librorum V. T. Ad utrumque pertinere videntur, quæ Noster in limine Prooemii haud minus modeste quam honorifice monuit, verendum esse, ne sint, a quibus temeritatis accusetur, quod post *hunc et illum qui totius orbis sint lumina*, audeat ad apostolicorum scriptorum interpretationem accedere. E veteribus solus est Nicephorus, qui l. c. egregii hujus scripti mentionem injecit: ipse vero auctor tum in Epistolis suis passim, tum quæstione prima in Leviticum ejus meminit. Dubitari itaque non potest, librum istum jure ad Nostrum referri: quo autem anno scriptus sit, minus certum videtur. Dolendum est, utramque D illam epistolam, quæ inter reliquas Scriptoris nostri litteras agmen ducit, non satis distinctam habere temporis notam, quæ si nobis suppeteret, nullus controversiæ relinqueretur locus. Misit enim amico illi, ad quem directa est epistola prima, hos suos in apostolicas epistolas Commentarios, rogans, ut mentem de istis libere aperiret. Præterea in suis ad Eusebium Ancyranum et Leonem Romanorum episcopum litteris (epist. 82 et 113) hujus æque ac aliorum, qui eo tempore jam exstabant, librorum meminit quidem, sed nimis vage: recenset enim scripta omnia quæ tum ante synodum Ephesinam, tum primis post illam duodecim annis composuerat. In primis in posteriori loco obscura est temporis nota, quia generaliori librorum indici verba ista præmittit: « Sunt quæ partim ante annos viginti, partim ante octodecim, partim ante quindecim, partim ante duodecim scripsi. » Incertum itaque esse debet, sintne libri qui deinde commemorantur, duodecimo vel vicesimo anno ante datas hasce litteras, vel intra hosce annos scripti? [40] Hoc tamen ex ista ad Leonem Romanum Epistola, quæ, ut jam dictum est, ad A. C. 449 pertinet, certo colligitur jam ante synodum λῃστρικὴν scriptos fuisse hos Commentarios. Garnerius existimat, æram illorum referendam esse ad eam annorum seriem, quæ inter concilium Ephesinum (prius) et ann. C. 433 intercessit. Argumenta ejus attentione quidem digna sunt, alio autem loco aptior de illis disputandi erit occasio. Hoc tamen jam silentio præterire non possumus, male erga Nostrum affecti animi insigne specimen esse, quod idem prodit l. c. p. 190, ubi lectoribus suis persuadere conatur, Theodoretum in toto hoc libro quamcunque occasionem Cyrillum carpendi avide arripuisse, quia post synodum Ephesinam pacemque restitutam ipsi non licuerit publice contra adversarium suum pugnare. Meminerint autem lectores eorum quæ jam ineunte hac Dissertatione diximus, scilicet retorquendum esse in Garnerium, quod is Nostro perperam objecit; nam hæresin totam videre sibi visus est, ubi vel minima species umbraque occurreret. Meminerint, rogamus, et vel judicent, vel suspendant judicium, donec novo iniquitatis indicio magis motam esse bilem sentiant. Sed cum ad alia nunc properandum sit, hoc unicum addimus, Græcum hujus libri textum Sirmondo deberi, qui primus illum e Codicibus orbi litterato dedit, addita quidem Latina Herveti versione, sed minus caute adhibita, quod bene monuit Rich. Simon. l. c. p. 186.

Historiæ ecclesiasticæ libri sunt quinque, quos Theodoretus non minori cum laude quam elegantia eo consilio composuit, ut Eusebii Cæsariensis suppleret Historiam. Initium itaque fecit ab illis temporibus, quæ ultimam constituunt Historiæ Eusebianæ periodum, et progressus est usque ad finem imperii Theodosii Junioris. [41] Æmulos habuit Socratem atque Sozomenum, qui eodem consilio tunc temporis ad Historiam ecclesiasticam componendam animum adjecerunt, multa tamen Nostro, quæ sive suppleret sive corrigeret, reliqua fecerunt. Ita quidem statuit Photius (cod. 31) qui non modo dicendi genus historiæ aptissimum, sed etiam ubertatem rerum a Nostro enarratarum dignis extollit laudibus, eumque Socrati, Sozomeno ac Evagrio longe anteponendum esse judicat. Non potuit tamen peritissimi in his rebus arbitri oculos effugere nimia illa in metaphoris audacia, quæ etsi non omnino defendi, tamen genio populi et regionis in qua vixit, excusari quodammodo poterit. Alii vero, ne quid dissimulare videamur, sunt nævi hujus libri, quos vel recensuerunt vel emendaverunt Baronius, Dupinius, Valesius, et centuria-

tores Magdeburgici, ne quid de Garnerii nimia in scriptore nostro castigando diligentia nunc dicamus. De numero horum *Historiæ ecclesiasticæ* librorum dubitationem nonnullis injecit Gennadius, qui c. 89 libri *De viris illustribus* refert, Nostrum decem hujus argumenti libros composuisse. Unicus qui huic narrationi favere videtur, est Gerh. Vossius, qui, cum de historicis Græcis dissereret, lectoribus persuadere voluit, duplicem olim exstitisse *Historiæ ecclesiasticæ* Theodoreti editionem, unam quæ non nisi sex priores, alteram vero quæ quinque posteriores complexa sit libros, quibus Historiam usque ad Leonis imperatoris tempora suppleverit. Sed nulla omnino fides debetur huic fabulæ, cui non modo Photii, Nicephori, Cassiodori et Evagrii obstat auctoritas, sed ipsius quoque Theodoreti nostri testimonium, quod exstat in fine libri ultimi seu quinti. « Ego vero, inquit, historiæ [42] finem hic faciens, lectores rogo, ut precibus suis laborem nostrum compensent. Quinque autem et centum annorum tempus hæc Historia complectitur, ab Arii vesania incipiens, et cum obitu laude dignorum virorum Theodori (sc. Mopsuesteni) et Theodoti (Antiocheni) desinens. » Et si vel maxime filum Historiæ voluisset prosequi, tamen summa viri prudentia ac modestia, quam ut par est admirati sunt Valesius et Beausobre *Hist. Manich.* t. I, p. 226, non permisisset, ut tempora ista attingeret, in quæ incidit invidiosa Nestorianæ controversiæ historia. Magnopere enim erraret, qui e silentio, quo Theodoretus lites istas premere voluit, inferret, eum ante synodi Ephesinæ tempora ad Historiam hanc scribendam accessisse. Quo minus enim hæc conjectura se tueri possit, impediunt quæ a Nostro de reliquiis sancti Chrysostomi Constantinopolim delatis, et de pietate Theodosii ac sororum ejus narrantur lib. v, c. 36. Jam, cum e Socratis Historia appareat, Chrysostomi corpus decimo sexto Theodosii consulatu, sicque ann. C. 438, in urbem regiam delatum esse, dubium non est, Nostrum Historiam suam longo post concilium Ephesinum intervallo composuisse. Sola itaque viri moderatio effecit, ut de litibus sileret, quibus enarrandis maxime idoneus fuisset, si sine aliorum offensione fieri potuisset. Quæ cum ita sint, quis non videt, iniquum Nostri judicem esse Garnerium, cujus hæc sunt verba p. 192, seq. Auctarii. « Opinor, primum, hoc opus Theodoreti aliud nihil esse præter historiam Arianæ hæreseos (eadem fere ibid. p. 194 exstant), sive in seipsa sive in propagine. Deinde, ipsam eo consilio scriptam fuisse, ut ostenderentur fontes, ex quibus Theodoreto viderentur orti errores, quos affingebat Catholicis. Tertio, in Arianis, [43] unionis hypostaticæ defensores; in Eusebio Nicomediensi, Cyrillum; in Athanasio atque etiam in Chrysostomo, Nestorium; alios Nestorii amicos in aliis adumbratos esse. Quarto denique Cyrillum et Proclum in iis, qui Diodorum Tarsensem et Theodorum Mopsuestenum velut hæreticos scriptis factisque traduxissent, tacite nunc refelli, cum uterque velut fidei defensor inducitur. » Itane ingenio abutendum erat, ut, quacunque fieri posset ratione, suspecta redderetur viri boni integritas? Sed quid multa? Ex superioribus jam satis constare arbitramur, quam injurius in Theodoretum sit Garnerius. Plura qui cupit, legat Ittigium de Bibliothecis et Catenis Patrum, p. 729, et ejusdem Præfationem ad *Historiæ ecclesiasticæ* sæculi II capita, p. 8 seq. Parum æquiorem se præbuit Garnerius erudito Cousino qui *Historiam ecclesiasticam* Theodoreti in Gallicam linguam transtulit, nec minus eximiæ laudis viro, Henr. Valesio, qui multis nominibus de Nostro æque ac de aliis Historiæ ecclesiasticæ scriptoribus conjunctim editis, meruit, cujus novissima editio Augustæ Taurinorum ann. 1748, prodiit, multis eruditorum observationibus et variantibus lectionibus editioni Cantabrigiensi Guil. Reading aspersis, locupletata.

Breviores erimus in recensenda *Historia religiosa*, quæ inscribitur φιλόθεος ἱστορία ἢ ἀσκητικὴ πολιτεία. Minor est utilitas, quæ e lectione hujus libri percipitur, utpote qui præter Ascetarum vitas nihil continet (*a*), sicque curiosos magis quam discendi cupidos lectores poscit. Singularia quidem sunt, quæ in hoc libro narrantur; nollemus tamen dicere, censura adeo dignum esse Theodoretum, ut Frid. Spanhemio aliisque visum est. Etsi enim inter nos fidem vix invenirent hujus generis homines, temporum tamen habenda [44] est ratio. Hujus operis partem quamdam constituit Oratio sive Dissertatio de charitate, quam Sirmondus Appendici inseruit, Hervetus autem in versione sua Latina rectius huic libro subjunxit.

Multo majorem utilitatem nobis præstant Epistolæ Theodoreti, quæ proximum inter Opera illius locum tenent, eoque chariores nobis esse debent, quo majorem historiæ scriptoris nostri lucem accendunt. Numero sunt centum et quadraginta septem, una autem quæ scripta est ad Joannem episcopum Germaniciæ, apud Sirmondum, tomo III, desideratur, cum locum nacta sit in Appendice, t. IV, p. 702. Supra quingentas Nostri epistolas legit olim Nicephorus, cujus fide si niti liceat, dolendum omnino est, tantam earum partem periisse. Hanc jacturam aliquo modo resarcire voluit Garnerius tum Epistolis illis quas ad locupletandum tomum tertium editionis Sirmondianæ ab initio Auctarii sui exhibuit, tum dissertatione 5, ibidem inserta, quæ inscribitur *De Theodoreti et Orientalium causa*. Hæc tota dissertatio, quæ exspectationem multorum fefellit, nihil præter va-

(*a*) Ex hac tamen historia (cap. 13), et non aliunde, ea paucissima habemus quæ de seipso tradidit Theodoretus. Edit. Patr.

riorum Patrum epistolas continet, primum a Christ. Lupo, postea a Steph. Baluzio in nova Collectione conciliorum sub nomine Synodici adversus Tragœdiam Irenæi, editas. Jure autem dubitatur, num genuinæ sint istæ epistolæ, quas Garnerius Nostro vindicare voluit. Adeo enim fervore suo abreptus est, ut etiam illis fidem dederit, quæ apertissima νοθείας habent indicia, qualis est illa quam de obitu Cyrilli ad Joannem Antiochenum scripsisse dicitur, de qua jam alio loco disputavimus. Nec multis urgendum erit, quod jam ex Leontio et Allatio in superioribus evictum dedimus, multas sub Nostri nomine ab illis qui [45] Nestorii partibus addicti erant, fictas esse litteras. Quanta autem fuit Garnerii facilitas in admittendis illis epistolis, quas ad rem suam facere putavit, tanta ejus fuit morositas, si de illis agitanda erat quæstio, quæ mentem Theodoreti ab impiis Nestorii doctrinis alienam testantur. Hinc pro genuina non habuit Epistolam ad Sporacium, quæ a Sirmondo in Appendicem est relata, non quia spuriam putavit illam, ut Garnerius asserit, sed quia argumentum illius fere idem est cum capite 12 libri quarti *Hæreticarum fabularum*, sicque inter epistolas vix locum obtinere posse videtur. Quod reliquum est, varias harum epistolarum classes constituerunt Dupinius et Garnerius, sed parum certis fundamentis totum illud artificium nititur, quia de multis harum litterarum non satis constat, quo scriptæ sint tempore.

Dogmatici, vel polemici, ut videri posset, argumenti est *Eranistes* seu *Polymorphus*, liber apprime utilis ad redarguendos Eutychianos, quorum erroribus oppositus, ab imperatore Theodosio autem, vel potius ab illis quorum artibus regebatur, adeo male exceptus est, ut jussu imperatoris flammis dignus haberetur. Hoc iniquo fato non imminuta quidem est libri dignitas; tamen, ne quid malæ notæ hæreret, cautum est a Marciano, qui istam Theodosii sanctionem rescindendam esse sapienter statuit. Tres Dialogos liber iste complectitur, quorum unusquisque nomen ab argumento nactus est. Primus inscribitur Ἄτρεπτος, secundus Ἀσύγχυτος, tertius Ἀπαθής. In primo docet, immutabilem esse unigeniti Filii divinitatem; in secundo, non permistam sive inconfusam fuisse in Christo Domino divinitatis et humanitatis unionem; [46] in tertio denique, a passionibus liberam fuisse Salvatoris nostri divinitatem. His subjunguntur Ἀποδείξεις διὰ συλλογισμῶν, ubi validis ratiociniis impugnat errores, contra quos in hoc libro disputat. Genuinum hoc esse Theodoreti scriptum vix dubitari poterit, cum non modo Photius, cod. 46, ejus mentionem fecerit, sed etiam Nicephorus, qui loco jam aliquoties citato hunc librum nomine isto Λόγοι τρεῖς περὶ θείων δογμάτων διαλογιστικῶς συνταχθέντες indigitavit. Ipse quoque auctor illius meminit, tum in epistola (16) ad Irenæum episcopum, tum in illa (83) quam ad Dioscorum Alexandriæ

A episcopum dedit, quæ posterior haud obscurum suppeditat temporis indicium, ex quo colligere possumus, hunc librum jam ante synodum ληστρικὴν fuisse compositum. His denique adjungimus aliud testimonium, quod ex epistola (130) ad Timotheum episcopum scripta, petimus. Miramur itaque Baraterio, præcocis ingenii juveni et temporis sui ornamento, in mentem venire potuisse, hos Dialogos non Theodoreto nostro, sed forsitan juniori hujus nominis scriptori tribuendos esse, ei scilicet, cui nonnulli cum Garnerio libros illos Historiæ ecclesiasticæ ascribunt, quos Gennadius, ut supra diximus, Nostro absque ullo satis gravi causæ suæ fundamento tribuit. Tamen hanc sententiam non ut probabilem tantum proposuit in Appendice ad Anti-Artemo-
B nium Norimb. a 1735, editum, sed pertinacius quoque contra scriptores Memoriarum, ut dicuntur, *Trivultinarum* defendere voluit singulari libello, qui insertus est Bibliothecæ Germanicæ (Gallico idiomate, ut notum scriptæ) vol. XLVIII, p. 50 seq. Sed ea fuit juvenilis audacia, quæ non [47] omni laude caret. Et ipsa juvenis, qui ultra ætatem sapere visus est, disputatio habet nonnulla quæ ulteriori discussione non indigna essent, ea vero alii loco et tempori jam erunt relinquenda. Ad reliquos Scriptoris nostri libros progredimur, si paucis antea lectores de novo Garnerii lapsu monuerimus. Vix amplius quidquam addere opus erit. Latentem in herba anguem videbit, quisquis attente legerit
C ea quæ præcesserunt. Idem quod antea jam aliquoties dictum est contigit Garnerio, cum hunc librum legeret; in Cyrillum enim omnia dicta esse quis nisi ille somniasset? ut fidem faciamus verbis nostris, vel pauca hæc apponemus, quæ Auct. p. 132 exstant, et parum mutatis verbis recurrunt p. 240: « In hoc, inquit, opere, mira quadam arte consilium dissimulat: nam cum per dialogismum in Apollinaristas disputare se fingit, Cyrillum revera et Catholicos impugnat, imo doctrinam Nestorii demonstratione, ut ipse quidem loquitur, confirmare nititur. Laudat quidem Cyrillum in Dialogo secundo, sed maligna laude, cæt. » Quidni hæc postrema sic imitari liceat, invehitur Garnerius in Theodoretum, sed odio maligno?

D Multiplicem Scriptoris nostri doctrinam testantur etiam *Hæreticarum fabularum libri quatuor*, in quibus hæreses tantum non omnes recenset, quæ inde a Simonis Magi diebus usque ad tempora Nestorii et Eutychis innotuerant: quibus omnibus expositis libro quinto subjunxit divinorum dogmatum Epitomen, ut ostenderet, quomodo inter se differant lux et tenebræ, quæ ipsius sunt verba ineunte libro ultimo. Hic sine dubio est liber ille cujus Nicephorus sub nomine ψεύδους καὶ ἀληθείας διάγνωσις meminit, [48] quo titulo etiam insignitur apud Possevinum Appar. sacri tom. II, p. 457, ubi inter libros a Nostro compositos commemoratur volumen quod *Mendacii et veritatis discrimen* inscribitur. Post concilium Chalcedonense hunc li-

tores Magdeburgici, ne quid de Garnerii nimia in scriptore nostro castigando diligentia nunc dicamus. De numero horum *Historiæ ecclesiasticæ* librorum dubitationem nonnullis injecit Gennadius, qui c. 89 libri *De viris illustribus* refert, Nostrum decem hujus argumenti libros composuisse. Unicus qui huic narrationi favere videtur, est Gerh. Vossius, qui, cum de historicis Græcis dissereret, lectoribus persuadere voluit, duplicem olim exstitisse *Historiæ ecclesiasticæ* Theodoreti editionem, unam quæ non nisi sex priores, alteram vero quæ quinque posteriores complexa sit libros, quibus Historiam usque ad Leonis imperatoris tempora suppleverit. Sed nulla omnino fides debetur huic fabulæ, cui non modo Photii, Nicephori, Cassiodori et Evagrii obstat auctoritas, sed ipsius quoque Theodoreti nostri testimonium, quod exstat in fine libri ultimi seu quinti. « Ego vero, inquit, historiæ [42] finem hic faciens, lectores rogo, ut precibus suis laborem nostrum compensent. Quinque autem et centum annorum tempus hæc Historia complectitur, ab Arii vesania incipiens, et cum obitu laude dignorum virorum Theodori (sc. Mopsuesteni) et Theodoti (Antiocheni) desinens. » Et si vel maxime filum Historiæ voluisset prosequi, tamen summa viri prudentia ac modestia, quam ut par est admirati sunt Valesius et Beausobre *Hist. Manich.* t. I, p. 226, non permisisset, ut tempora ista attingeret, in quæ incidit invidiosa Nestorianæ controversiæ historia. Magnopere enim erraret, qui e silentio, quo Theodoretus lites istas premere voluit, inferret, eum ante synodi Ephesinæ tempora ad Historiam hanc scribendam accessisse. Quo minus enim hæc conjectura se tueri possit, impediunt quæ a Nostro de reliquiis sancti Chrysostomi Constantinopolim delatis, et de pietate Theodosii ac sororum ejus narrantur lib. v, c. 36. Jam, cum e Socratis Historia appareat, Chrysostomi corpus decimo sexto Theodosii consulatu, sicque ann. C. 438, in urbem regiam delatum esse, dubium non est, Nostrum Historiam suam longo post concilium Ephesinum intervallo composuisse. Sola itaque viri moderatio effecit, ut de litibus sileret, quibus enarrandis maxime idoneus fuisset, si sine aliorum offensione fieri potuisset. Quæ cum ita sint, quis non videt, iniquum Nostri judicem esse Garnerium, cujus hæc sunt verba p. 192, seq. Auctarii. « Opinor, primum, hoc opus Theodoreti aliud nihil esse præter historiam Arianæ hæreseos (eadem fere ibid. p. 194 exstant), sive in seipsa sive in propagine. Deinde, ipsam eo consilio scriptam fuisse, ut ostenderentur fontes, ex quibus Theodoreto viderentur orti errores, quos affingebat Catholicis. Tertio, in Arianis, [43] unionis hypostaticæ defensores; in Eusebio Nicomediensi, Cyrillum; in Athanasio atque etiam in Chrysostomo,

A Nestorium; alios Nestorii amicos in aliis adumbratos esse. Quarto denique Cyrillum et Proclum in iis, qui Diodorum Tarsensem et Theodorum Mopsuestenum velut hæreticos scriptis factisque traduxissent, tacite nunc refelli, cum uterque velut fidei defensor inducitur. » Itane ingenio abutendum erat, ut, quacunque fieri posset ratione, suspecta redderetur viri boni integritas? Sed quid multa? Ex superioribus jam satis constare arbitramur, quam injurius in Theodoretum sit Garnerius. Plura qui cupit, legat Ittigium de Bibliothecis et Catenis Patrum, p. 729, et ejusdem Præfationem ad *Historiæ ecclesiasticæ* sæculi II capita, p. 8 seq. Parum æquiorem se præbuit Garnerius erudito Cousino qui *Historiam ecclesiasticam* Theo-
B doreti in Gallicam linguam transtulit, nec minus eximiæ laudis viro, Henr. Valesio, qui multis nominibus de Nostro æque ac de aliis Historiæ ecclesiasticæ scriptoribus conjunctim editis, meruit, cujus novissima editio Augustæ Taurinorum ann. 1748, prodiit, multis eruditorum observationibus et variantibus lectionibus editioni Cantabrigiensi Guil. Reading aspersis, locupletata.

Breviores erimus in recensenda *Historia religiosa*, quæ inscribitur φιλόθεος ἱστορία ἢ ἀσκητικὴ πολιτεία. Minor est utilitas, quæ e lectione hujus libri percipitur, utpote qui præter Ascetarum vitas nihil continet (*a*), sicque curiosos magis quam discendi cupidos lectores poscit. Singularia quidem sunt,
C quæ in hoc libro narrantur; nollemus tamen dicere, censura adeo dignum esse Theodoretum, ut Frid. Spanhemio aliisque visum est. Etsi enim inter nos fidem vix invenirent hujus generis homines, temporum tamen habenda [44] est ratio. Hujus operis partem quamdam constituit Oratio sive Dissertatio de charitate, quam Sirmondus Appendici inseruit, Hervetus autem in versione sua Latina rectius huic libro subjunxit.

Multo majorem utilitatem nobis præstant Epistolæ Theodoreti, quæ proximum inter Opera illius locum tenent, eoque chariores nobis esse debent, quo majorem historiæ scriptoris nostri lucem accendunt. Numero sunt centum et quadraginta septem, una autem quæ scripta est ad Joannem
D episcopum Germaniciæ, apud Sirmondum, tomo III, desideratur, cum locum nacta sit in Appendice, t. IV, p. 702. Supra quingentas Nostri epistolas legit olim Nicephorus, cujus fide si niti liceat, dolendum omnino est, tantam earum partem periisse. Hanc jacturam aliquo modo resarcire voluit Garnerius tum Epistolis illis quas ad locupletandum tomum tertium editionis Sirmondianæ ab initio Auctarii sui exhibuit, tum dissertatione 5, ibidem inserta, quæ inscribitur *De Theodoreti et Orientalium causa*. Hæc tota dissertatio, quæ exspectationem multorum fefellit, nihil præter va-

(*a*) Ex hac tamen historia (cap. 13), et non aliunde, ea paucissima habemus quæ de seipso tradidit Theodoretus. Edit. Patr.

riorum Patrum epistolas continet, primum a Christ. Lupo, postea a Steph. Baluzio in nova Collectione conciliorum sub nomine Synodici adversus Tragœdiam Irenæi, editas. Jure autem dubitatur, num genuinæ sint istæ epistolæ, quas Garnerius Nostro vindicare voluit. Adeo enim fervore suo abreptus est, ut etiam illis fidem dederit, quæ apertissima νοθείας habent indicia, qualis est illa quam de obitu Cyrilli ad Joannem Antiochenum scripsisse dicitur, de qua jam alio loco disputavimus. Nec multis urgendum erit, quod jam ex Leontio et Allatio in superioribus evictum dedimus, multas sub Nostri nomine ab illis qui [45] Nestorii partibus addicti erant, fictas esse litteras. Quanta autem fuit Garnerii facilitas in admittendis illis epistolis, quas ad rem suam facere putavit, tanta ejus fuit morositas, si de illis agitanda erat quæstio, quæ mentem Theodoreti ab impiis Nestorii doctrinis alienam testantur. Hinc pro genuina non habuit Epistolam ad Sporacium, quæ a Sirmondo in Appendicem est relata, non quia spuriam putavit illam, ut Garnerius asserit, sed quia argumentum illius fere idem est cum capite 12 libri quarti *Hæreticarum fabularum*, sicque inter epistolas vix locum obtinere posse videtur. Quod reliquum est, varias harum epistolarum classes constituerunt Dupinius et Garnerius, sed parum certis fundamentis totum illud artificium nititur, quia de multis harum litterarum non satis constat, quo scriptæ sint tempore.

Dogmatici, vel polemici, ut videri posset, argumenti est *Eranistes* seu *Polymorphus*, liber apprime utilis ad redarguendos Eutychianos, quorum erroribus oppositus, ab imperatore Theodosio autem, vel potius ab illis quorum artibus regebatur, adeo male exceptus est, ut jussu imperatoris flammis dignus haberetur. Hoc iniquo fato non imminuta quidem est libri dignitas; tamen, ne quid malæ notæ hæreret, cautum est a Marciano, qui istam Theodosii sanctionem rescindendam esse sapienter statuit. Tres Dialogos liber iste complectitur, quorum unusquisque nomen ab argumento nactus est. Primus inscribitur Ἄτρεπτος, secundus Ἀσύγχυτος, tertius Ἀπαθής. In primo docet, immutabilem esse unigeniti Filii divinitatem; in secundo, non permistam sive inconfusam fuisse in Christo Domino divinitatis et humanitatis unionem; [46] in tertio denique, a passionibus liberam fuisse Salvatoris nostri divinitatem. His subjunguntur Ἀποδείξεις διὰ συλλογισμῶν, ubi validis ratiociniis impugnat errores, contra quos in hoc libro disputat. Genuinum hoc esse Theodoreti scriptum vix dubitari poterit, cum non modo Photius, cod. 46, ejus mentionem fecerit, sed etiam Nicephorus, qui loco jam aliquoties citato hunc librum nomine isto Λόγοι τρεῖς περὶ θείων δογμάτων διαλογιστικῶς συνταχθέντες indigitavit. Ipse quoque auctor illius meminit, tum in epistola (16) ad Irenæum episcopum, tum in illa (83) quam ad Dioscorum Alexandriæ A episcopum dedit, quæ posterior haud obscurum suppeditat temporis indicium, ex quo colligere possumus, hunc librum jam ante synodum ληστρικὴν fuisse compositum. His denique adjungimus aliud testimonium, quod ex epistola (130) ad Timotheum episcopum scripta, petimus. Miramur itaque Barterio, præcocis ingenii juveni et temporis sui ornamento, in mentem venire potuisse, hos Dialogos non Theodoreto nostro, sed forsitan juniori hujus nominis scriptori tribuendos esse, ei scilicet, cui nonnulli cum Garnerio libros illos Historiæ ecclesiasticæ ascribunt, quos Gennadius, ut supra diximus, Nostro absque ullo satis gravi causæ suæ fundamento tribuit. Tamen hanc sententiam non ut probabilem tantum proposuit in Appendice ad Anti-Artemo- B nium Norimb. a 1735, editum, sed pertinacius quoque contra scriptores Memoriarum, ut dicuntur, *Trivultinarum* defendere voluit singulari libello, qui insertus est Bibliothecæ Germanicæ (Gallico idiomate, ut notum scriptæ) vol. XLVIII, p. 50 seq. Sed ea fuit juvenilis audacia, quæ non [47] omni laude caret. Et ipsa juvenis, qui ultra ætatem sapere visus est, disputatio habet nonnulla quæ ulteriori discussione non indigna essent, ea vero alii loco et tempori jam erunt relinquenda. Ad reliquos Scriptoris nostri libros progredimur, si paucis antea lectores de novo Garnerii lapsu monuerimus. Vix amplius quidquam addere opus erit. Latentem in herba anguem videbit, quisquis attente legerit C ea quæ præcesserunt. Idem quod antea jam aliquoties dictum est contigit Garnerio, cum hunc librum legeret; in Cyrillum enim omnia dicta esse quis nisi ille somniasset? ut fidem faciamus verbis nostris, vel pauca hæc apponemus, quæ Auct. p. 132 exstant, et parum mutatis verbis recurrunt p. 240 : « In hoc, inquit, opere, mira quadam arte consilium dissimulat : nam cum per dialogismum in Apollinaristas disputare se fingit, Cyrillum revera et Catholicos impugnat, imo doctrinam Nestorii demonstratione, ut ipse quidem loquitur, confirmare nititur. Laudat quidem Cyrillum in Dialogo secundo, sed maligna laude, cæt. » Quidni hæc postrema sic imitari liceat, invehitur Garnerius in Theodoretum, sed odio maligno?

D Multiplicem Scriptoris nostri doctrinam testantur etiam *Hæreticarum fabularum libri quatuor*, in quibus hæreses tantum non omnes recenset, quæ inde a Simonis Magi diebus usque ad tempora Nestorii et Eutychis innotuerant : quibus omnibus expositis libro quinto subjunxit divinorum dogmatum Epitomen, ut ostenderet, quomodo inter se differant lux et tenebræ, quæ ipsius sunt verba ineunte libro ultimo. Hic sine dubio est liber ille cujus Nicephorus sub nomine ψεύδους καὶ ἀληθείας διάγνωσις meminit, [48] quo titulo etiam insignitur apud Possevinum Appar. sacri tom. II, p. 457, ubi inter libros a Nostro compositos commemoratur volumen quod *Mendacii et veritatis discrimen* inscribitur. Post concilium Chalcedonense hunc li-

tores Magdeburgici, ne quid de Garnerii nimia in scriptore nostro castigando diligentia nunc dicamus. De numero horum *Historiæ ecclesiasticæ* librorum dubitationem nonnullis injecit Gennadius, qui c. 89 libri *De viris illustribus* refert, Nostrum decem hujus argumenti libros composuisse. Unicus qui huic narrationi favere videtur, est Gerh. Vossius, qui, cum de historicis Græcis dissereret, lectoribus persuadere voluit, duplicem olim exstitisse *Historiæ ecclesiasticæ* Theodoreti editionem, unam quæ non nisi sex priores, alteram vero quæ quinque posteriores complexa sit libros, quibus Historiam usque ad Leonis imperatoris tempora suppleverit. Sed nulla omnino fides debetur huic fabulæ, cui non modo Photii, Nicephori, Cassiodori et Evagrii obstat auctoritas, sed ipsius quoque Theodoreti nostri testimonium, quod exstat in fine libri ultimi seu quinti. « Ego vero, inquit, historiæ [42] finem hic faciens, lectores rogo, ut precibus suis laborem nostrum compensent. Quinque autem et centum annorum tempus hæc Historia complectitur, ab Arii vesania incipiens, et cum obitu laude dignorum virorum Theodori (sc. Mopsuesteni) et Theodoti (Antiocheni) desinens. » Et si vel maxime filum Historiæ voluisset prosequi, tamen summa viri prudentia ac modestia, quam ut par est admirati sunt Valesius et Beausobre *Hist. Manich.* t. I, p. 226, non permisisset, ut tempora ista attingeret, in quæ incidit invidiosa Nestorianæ controversiæ historia. Magnopere enim erraret, qui e silentio, quo Theodoretus lites istas premere voluit, inferret, eum ante synodi Ephesinæ tempora ad Historiam hanc scribendam accessisse. Quo minus enim hæc conjectura se tueri possit, impediunt quæ a Nostro de reliquiis sancti Chrysostomi Constantinopolim delatis, et de pietate Theodosii ac sororum ejus narrantur lib. v, c. 36. Jam, cum e Socratis Historia appareat, Chrysostomi corpus decimo sexto Theodosii consulatu, sicque ann. C. 438, in urbem regiam delatum esse, dubium non est, Nostrum Historiam suam longo post concilium Ephesinum intervallo composuisse. Sola itaque viri moderatio effecit, ut de litibus sileret, quibus enarrandis maxime idoneus fuisset, si sine aliorum offensione fieri potuisset. Quæ cum ita sint, quis non videt, iniquum Nostri judicem esse Garnerium, cujus hæc sunt verba p. 192, seq. Auctarii. « Opinor, primum, hoc opus Theodoreti aliud nihil esse præter historiam Arianæ hæreseos (eadem fere ibid. p. 194 exstant), sive in seipsa sive in propagine. Deinde, ipsam eo consilio scriptam fuisse, ut ostenderentur fontes, ex quibus Theodoreto viderentur orti errores, quos affingebat Catholicis. Tertio, in Arianis, [43] unionis hypostaticæ defensores; in Eusebio Nicomediensi, Cyrillum · in Athanasio atque etiam in Chrysostomo,

A Nestorium; alios Nestorii amicos in aliis adumbratos esse. Quarto denique Cyrillum et Proclum in iis, qui Diodorum Tarsensem et Theodorum Mopsuestenum velut hæreticos scriptis factisque traduxissent, tacite nunc refelli, cum uterque velut fidei defensor inducitur. » Itane ingenio abutendum erat, ut, quacunque fieri posset ratione, suspecta redderetur viri boni integritas? Sed quid multa? Ex superioribus jam satis constare arbitramur, quam injurius in Theodoretum sit Garnerius. Plura qui cupit, legat Ittigium de Bibliothecis et Catenis Patrum, p. 729, et ejusdem Præfationem ad *Historiæ ecclesiasticæ* sæculi II capita, p. 8 seq. Parum æquiorem se præbuit Garnerius erudito Cousino qui *Historiam ecclesiasticam* Theo-
B doreti in Gallicam linguam transtulit, nec minus eximiæ laudis viro, Henr. Valesio, qui multis nominibus de Nostro æque ac de aliis Historiæ ecclesiasticæ scriptoribus conjunctim editis, meruit, cujus novissima editio Augustæ Taurinorum ann. 1748, prodiit, multis eruditorum observationibus et variantibus lectionibus editioni Cantabrigiensi Guil. Reading aspersis, locupletata.

Breviores erimus in recensenda *Historia religiosa*, quæ inscribitur φιλόθεος ἱστορία ἢ ἀσκητικὴ πολιτεία. Minor est utilitas, quæ e lectione hujus libri percipitur, utpote qui præter Ascetarum vitas nihil continet (*a*), sicque curiosos magis quam discendi cupidos lectores poscit. Singularia quidem sunt,
C quæ in hoc libro narrantur; nollemus tamen dicere, censura adeo dignum esse Theodoretum, ut Frid. Spanhemio aliisque visum est. Etsi enim inter nos fidem vix invenirent hujus generis homines, temporum tamen habenda [44] est ratio. Hujus operis partem quamdam constituit Oratio sive Dissertatio de charitate, quam Sirmondus Appendici inseruit, Hervetus autem in versione sua Latina rectius huic libro subjunxit.

Multo majorem utilitatem nobis præstant Epistolæ Theodoreti, quæ proximum inter Opera illius locum tenent, eoque chariores nobis esse debent, quo majorem historiæ scriptoris nostri lucem accendunt. Numero sunt centum et quadraginta septem, una autem quæ scripta est ad Joannem
D episcopum Germaniciæ, apud Sirmondum, tomo III, desideratur, cum locum nacta sit in Appendice, t. IV, p. 702. Supra quingentas Nostri epistolas legit olim Nicephorus, cujus fide si niti liceat, dolendum omnino est, tantam earum partem periisse. Hanc jacturam aliquo modo resarcire voluit Garnerius tum Epistolis illis quas ad locupletandum tomum tertium editionis Sirmondianæ ab initio Auctarii sui exhibuit, tum dissertatione 5, ibidem inserta, quæ inscribitur *De Theodoreti et Orientalium causa*. Hæc tota dissertatio, quæ exspectationem multorum fefellit, nihil præter va-

(*a*) Ex hac tamen historia (cap. 13), et non aliunde, ea paucissima habemus quæ de seipso tradidit Theodoretus. EDIT. PATR.

riorum Patrum epistolas continet, primum a Christ. Lupo, postea a Steph. Baluzio in nova Collectione conciliorum sub nomine Synodici adversus Tragœdiam Irenæi, editas. Jure autem dubitatur, num genuinæ sint istæ epistolæ, quas Garnerius Nostro vindicare voluit. Adeo enim fervore suo abreptus est, ut etiam illis fidem dederit, quæ apertissima νοθείας habent indicia, qualis est illa quam de obitu Cyrilli ad Joannem Antiochenum scripsisse dicitur, de qua jam alio loco disputavimus. Nec multis urgendum erit, quod jam ex Leontio et Allatio in superioribus evictum dedimus, multas sub Nostri nomine ab illis qui [45] Nestorii partibus addicti erant, fictas esse litteras. Quanta autem fuit Garnerii facilitas in admittendis illis epistolis, quas ad rem suam facere putavit, tanta ejus fuit morositas, si de illis agitanda erat quæstio, quæ mentem Theodoreti ab impiis Nestorii doctrinis alienam testantur. Hinc pro genuina non habuit Epistolam ad Sporacium, quæ a Sirmondo in Appendicem est relata, non quia spuriam putavit illam, ut Garnerius asserit, sed quia argumentum illius fere idem est cum capite 12 libri quarti *Hæreticarum fabularum*, sicque inter epistolas vix locum obtinere posse videtur. Quod reliquum est, varias harum epistolarum classes constituerunt Dupinius et Garnerius, sed parum certis fundamentis totum illud artificium nititur, quia de multis harum litterarum non satis constat, quo scriptæ sint tempore.

Dogmatici, vel polemici, ut videri posset, argumenti est *Eranistes* seu *Polymorphus*, liber apprime utilis ad redarguendos Eutychianos, quorum erroribus oppositus, ab imperatore Theodosio autem, vel potius ab illis quorum artibus regebatur, adeo male exceptus est, ut jussu imperatoris flammis dignus haberetur. Hoc iniquo fato non imminuta quidem est libri dignitas; tamen, ne quid malæ notæ hæreret, cautum est a Marciano, qui istam Theodosii sanctionem rescindendam esse sapienter statuit. Tres Dialogos liber iste complectitur, quorum unusquisque nomen ab argumento nactus est. Primus inscribitur Ἄτρεπτος, secundus Ἀσύγχυτος, tertius Ἀπαθής. In primo docet, immutabilem esse unigeniti Filii divinitatem; in secundo, non permistam sive inconfusam fuisse in Christo Domino divinitatis et humanitatis unionem; [46] in tertio denique, a passionibus liberam fuisse Salvatoris nostri divinitatem. His subjunguntur Ἀποδείξεις διὰ συλλογισμῶν, ubi validis ratiociniis impugnat errores, contra quos in hoc libro disputat. Genuinum hoc esse Theodoreti scriptum vix dubitari poterit, cum non modo Photius, cod. 46, ejus mentionem fecerit, sed etiam Nicephorus, qui loco jam aliquoties citato hunc librum nomine isto Λόγοι τρεῖς περὶ θείων δογμάτων διαλογιστικῶς συνταχθέντες indigitavit. Ipse quoque auctor illius meminit, tum in epistola (16) ad Irenæum episcopum, tum in illa (83) quam ad Dioscorum Alexandriæ episcopum dedit, quæ posterior haud obscurum suppeditat temporis indicium, ex quo colligere possumus, hunc librum jam ante synodum λῃστρικὴν fuisse compositum. His denique adjungimus aliud testimonium, quod ex epistola (130) ad Timotheum episcopum scripta, petimus. Miramur itaque Baraterio, præcocis ingenii juveni et temporis sui ornamento, in mentem venire potuisse, hos Dialogos non Theodoreto nostro, sed forsitan juniori hujus nominis scriptori tribuendos esse, ei scilicet, cui nonnulli cum Garnerio libros illos Historiæ ecclesiasticæ ascribunt, quos Gennadius, ut supra diximus, Nostro absque ullo satis gravi causæ suæ fundamento tribuit. Tamen hanc sententiam non ut probabilem tantum proposuit in Appendice ad Anti-Artemonium Norimb. a 1735, editum, sed pertinacius quoque contra scriptores Memoriarum, ut dicuntur, *Trivultinarum* defendere voluit singulari libello, qui insertus est Bibliothecæ Germanicæ (Gallico idiomate, ut notum scriptæ) vol. XLVIII, p. 50 seq. Sed ea fuit juvenilis audacia, quæ non [47] omni laude caret. Et ipsa juvenis, qui ultra ætatem sapere visus est, disputatio habet nonnulla quæ ulteriori discussione non indigna essent, ea vero alii loco et tempori jam erunt relinquenda. Ad reliquos Scriptoris nostri libros progredimur, si paucis antea lectores de novo Garnerii lapsu monuerimus. Vix amplius quidquam addere opus erit. Latentem in herba anguem videbit, quisquis attente legerit ea quæ præcesserunt. Idem quod antea jam aliquoties dictum est contigit Garnerio, cum hunc librum legeret; in Cyrillum enim omnia dicta esse quis nisi ille somniasset? ut fidem faciamus verbis nostris, vel pauca hæc apponemus, quæ Auct. p. 132 exstant, et parum mutatis verbis recurrunt p. 240 : « In hoc, inquit, opere, mira quadam arte consilium dissimulat : nam cum per dialogismum in Apollinaristas disputare se fingit, Cyrillum revera et Catholicos impugnat, imo doctrinam Nestorii demonstratione, ut ipse quidem loquitur, confirmare nititur. Laudat quidem Cyrillum in Dialogo secundo, sed maligna laude, cæt. » Quidni hæc postrema sic imitari liceat, invehitur Garnerius in Theodoretum, sed odio maligno?

Multiplicem Scriptoris nostri doctrinam testantur etiam *Hæreticarum fabularum libri quatuor*, in quibus hæreses tantum non omnes recenset, quæ inde a Simonis Magi diebus usque ad tempora Nestorii et Eutychis innotuerant : quibus omnibus expositis libro quinto subjunxit divinorum dogmatum Epitomen, ut ostenderet, quomodo inter se differant lux et tenebræ, quæ ipsius sunt verba ineunte libro ultimo. Hic sine dubio est liber ille cujus Nicephorus sub nomine ψεύδους καὶ ἀληθείας διάγνωσις meminit, [48] quo titulo etiam insignitur apud Possevinum Appar. sacri tom. II, p. 457, ubi inter libros a Nostro compositos commemoratur volumen quod *Mendacii et veritatis discrimen* inscribitur. Post concilium Chalcedonense hunc li-

brum a Nostro compositum esse haud obscuris indiciis prodit epistola, quæ præmittitur, ad Sporacium, cujus consilio et instituto laborem istum suscepit. Hac temporis nota magnopere premuntur, qui cum Garnerio, Caveo, Oudino aliisque caput duodecimum libri quarti suppositum esse putant, quia in illo Nestorius atris, ut par erat, coloribus depingitur. Specie quidem non carere videntur argumenta, quibus usus est Garnerius, ut sententiam suam tueretur, satis autem ad ea omnia respondit Dupinius *Biblioth. scriptorum eccles.* t. III. Unius Theodori abbatis, ne de Photio jam dicamus, testimonium, omnibus exceptionibus diluendis sufficiet. Hæc enim sunt verba ejus in argumento synodi Ephesinæ : Εἰ δὲ βούλεταί τις γνῶναι, ὅτι Θεοδώρητος καὶ λίαν ἐμίσει Νεστόριον, ἀναγνῷ τὸ περὶ τῶν αἱρέσεων αὐτῷ Θεοδωρήτῳ γεγραμμένον βιβλίον. *Si quis nosse velit, valde exosum Theodoreto fuisse Nestorium, legat librum De hæresibus ab ipso Theodoreto scriptum.* Num ad alium quam hunc, librum, ejusque aliam partem, quam quæ exstat l. IV, cap. 12, hæc trahi possunt, nisi vis inferenda sit verbis? Adeo autem in ipsa veritatis luce cæcutire visus est Garnerius, ut non hanc modo libri quarti particulam Nostro denegandam esse, sed totum quoque de hæresibus librum Nestorio favere, Cyrillo autem adversari putaverit. Quod ne quis acerbius quam verius a nobis dictum esse putet, ipsa ejus verba ascribere haud piget. [49] Ita vero ille, Auct. p. 145 : « Laboriosum, inquit, atque artificiosum dixi opus. Quantus enim labor ponendus fuit in evolvendis scriptoribus, qui in illum usque diem catholicæ fidei causam contra hæreses defenderant? sed quantæ artis erat, quamque callidæ, ita de singulis scribere, ut qui legeret, sensim sine sensu per se ipse invidia consensionis cum hæreticis oneraret unius naturæ Verbi incarnatæ defensores, liberaret duarum propugnatores ; id est, ut erant tempora, aut certe opinio vulgi, accusaret Cyrillum, absolveret Nestorium. » Haud dissimilia sunt, quæ p. 245 l. c. leguntur, quæ tamen recitasse est refutasse. Adeat, cui placuerit, Ittigii Dissertationem de hæresiarchis apostolicæ ætatis, p. 13.

Sequuntur Orationes sive Homiliæ decem de Providentia, in quibus exhausisse videtur, quidquid de nobili hoc argumento dici potest. Priores quinque complectuntur ea quæ ad probandam Providentiam divinam faciunt ; sive mundi hujus admirabilem structuram, sive corporis nostri fabricam, sive res creatas omnes earumque sapientissimam gubernationem spectaveris : sexta et duæ proximæ versantur in diluendis objectionibus, quæ ab iniqua multorum hominum sorte peti possent. Duæ postremæ magnam ad virtutis studium incitandi vim habent. Docent enim, Providentiæ divinæ illustria non inter Judæos modo, sed inter omnes homines exstare monumenta, pietatisque certissime exspe-A ctandos esse fructus, etsi in hac vita nonnul[li] parum utilis videri posset. Homilias istas Anti[o]chiæ olim a Nostro esse recitatas, multorum [e]st conjectura, [50] specie haud carens. Æram ill[a]rum ad ann. C. 433 refert Dupinius Garnerii autem ad ann. C. 430 vel 431.

Idem argumentum illustrandum sibi sumpsit elegantissimo illo opere, cui titulum fecit, *Curat[io] Græcarum affectionum*, cujus liber sextus agit [de] Providentia divina. Plura autem in isto simul præstitit : totam enim gentilium religionem, seu potius superstitionem, libris duodecim ita evertit, ut sa[n]ctioris fidei puritatem ac honorem egregie defend[e]rit. Ingeniosior forsitan quam verior est Garner[ii] B conjectura, hunc librum a Theodoreto scriptu[m] esse contra imperatorem Julianum. Quidquid autem sit, non hujus tantum, sed omnium qui eo tempore ingenii et nominis fama inclaruerant, gentilium scripta, indefesso excussit studio, ut in primis observatum est a Sylburgio, cui Græco-Latinam eximii hujus operis editionem Heidelbergæ, ann. 1592, in lucem emissam, eamque præstantissimam, debemus. Silent quidem de hoc opere Photius et Nicephorus, meminit autem ejus Tzetze[s] Chil. IX, et ipse Theodoretus in epist. 113, a[d] Leonem Romanum, et in ea (116,) ad Renatum necnon Quæstione prima in Leviticum. Magnoper[e] itaque falluntur Rivetus et Cocus, qui hunc librum alius scriptoris esse putarunt. Ad istum in primi[s] C librum spectant duo epigrammata, quæ ut minu[s] nota hoc loco inserere ab instituto nostro haud alienum esse putamus. [51] Primum ex codice quodam *Augustano* descriptum exstat apud Possevinum Appar. sacri tom. II, p. 457, et ita se habet :

Ὡς Νεῖλος ἄλλος πλημμυρῶν τοῖς σοῖς λόγοις
Θεοδώρητε τῶν Ἀχαιῶν τὴν πλάνην
Πνίγων, τῆς καλὸν πίστεως αὔξεις σπόρον.

Alterum legitur in codice quodam Bibliothecæ Augustæ Vindob. (apud Lambec. lib. IV, p. 179) qui a Petro Patricio ex alio quodam pervetusto codice descriptus, et imperatori Leoni hoc Epigrammate dicatus est. Quia autem prolixior est locus, pri-D mos tantum hos apponimus στίχους, qui ad Nostrum spectant :

Καὶ τοῦτο τῆς σῆς ἄξιον μουσουργίας,
Αὐτοκράτορ μέγιστε, βιβλίον, Λέον.
Φέρει γὰρ ἔνδον τῶν πρὶν Ἑλλήνων, ἄναξ,
Τὰς (*b*) σεμνοκομψοψευδομυθοπλαστίας
Ἀνατραπείσας ἐκ σοφοῦ διδασκάλου
Καὶ μὴν γε χρησμοὺς δεικνύει τοῦ Λοξίου
Νόθους, βεβήλους, ἀγκύλους, λαοπλάνους·
Ἐξ ὧνπερ οἱ πρὶν ἐζοφοῦντο τῇ πλάνῃ
Ἀποσφαλέντες πάντες εὐθείας τρίβου.
Ἁπλῶς τε κοινῶς τῶν ἐκείνων δογμάτων
Τρανῶς ἐλέγχει τοῦτο τὴν γλωσσαλγίαν.

(*b*) Lambec. in margine hanc notulam adjecit : *Notabile vocabulum undecim syllabarum.*

Genuinis Theodoreti libris, quibus recensendis B hactenus operam dedimus, adjungendæ etiam sunt Reprehensiones duodecim capitum seu anathematismorum Cyrilli, quæ partem Appendicis ad tomum IV editionis Sirmondianæ constituunt. Quale sit argumentum hujus libelli, et quo tempore exaratus sit, ipsa docet inscriptio, ita ut de utroque prolixam disputationem instituere superfluum esset. Orationis de charitate, Epistolæ ad Sporacium, necnon alterius quæ ad Joannem [52] episcopum Germaniciæ data est, jam mentionem fecimus. Reliquum itaque est, ut de *Argumentis librorum* XXVII *adversus varias propositiones* (*Eutychianas*) paucis agatur, quorum incertus est auctor. Sirmondus non ipsos libros, sed solam eorum recensionem e Photii cod. 46 petitam exhibuit. Ipsi B itaque libri, de quibus ne verbulum quidem a Sirmondo dictum est, alibi sunt quærendi. Sed ubi? De hoc diversæ sunt eruditorum sententiæ. Priores sex vel septem e quorumdam sententia perierunt; alii vero Fragmenta eorum superesse credunt in iis quæ reliqua nobis sunt de Pentalogio Theodoreti, seu quinque libris de incarnatione. Reliqui horum viginti et septem librorum a multis Athanasio olim ascripti sunt, sed Joan. Dallæus ex auctoritate Photii eos Theodoreto nostro vindicavit, Combefisius autem Maximo, Marius Mercator denique et Garnerius, Eutherio Tyanensi. Hæc quæstio, cum altioris sit indaginis, prelis nunc ferventibus, alio tempore pluribus, si Deus voluerit, exponetur, cum de scriptis Theodoreti sive ineditis sive fictis, ad Garnerii Auctarium dubia quædam modeste proponendi occasio exorta fuerit.

Paginæ editionis Sirmondianæ et novæ juxta hunc indicem sibi respondent.

Not. Ubi *sic* apponitur, latet error in paginis editionis Sirmondianæ.

Ed. Sirm. t. I.	Ed. Nov. t. I.	Ed. Sirm. t. I.	Ed. Nov. t. I.	Ed. Sirm. t. I.	Ed. Nov. t. I.
Pag. 1	Pag. 1	46	69	91	140
2	2	47	71	92	142
3	3	48	73	93	143
4	4	49	74	94	145
5	6	50	76	95	146
6	7	51	78	96	148
7	9	52	79	97	149
8	11	53	81	98	151
9	13	54	82	99	152
10	14	55	84	100	154
11	16	56	85	101	155
12	17	57	87	102	157
13	19	58	88	103	158
14	20	59	90	104	160
15	22	60	91	105	161
16	23	61	93	106	163
17	25	62	94	107	164
18	26	63	96	108	166
19	28	64	98	109	167
20	29	65	99	110	169
21	31	66	101	111	170
22	32	67	103	112	172
23	34	68	104	113	173
24	37	69	106	114	175
25	38	70	107	115	176
26	40	71	109	116	177
27	41	72	110	117	179
28	43	73	112	118	181
29	44	74	114	119	182
30	46	75	115	120	184
31	47	76	117	121	185
32	48	77	119	122	187
33	50	78	120	123	188
34	51	79	121	124	190
35	53	80	123	125	191
36	54	81	124	126	193
37	56	82	126	127	194
38	57	83	128	128	196
39	59	84	129	129	197
40	60	85	131	130	199
41	62	86	133	131	200
42	63	87	134	132	202
43	65	88	136	133	204
44	66	89	137	134	205
45	68	90	139	135	207

Ed. Sirm. tom. I.	Ed. Nov. tom. I.	Ed. Sirm. tom. I.	Ed. Nov. tom. I.	Ed. Sirm. tom. I.	Ed. Nov. tom. I.
— 136	— 209	— 212	— 326	— 28[illegible]	— 441
— 137	— 210	— 213	— 328	— 2×9	— 443
— 138	— 212	— 214	— 330	— 290	— 444
— 139	— 213	— 215	— 331	— 291	— 446
— 140	— 215	— 216	— 333	— 292	— 447
— 141	— 217	— 217	— 335	— 293	— 449
— 142	— 218	— 218	— 336	— 294	— 450
— 143	— 219	— 219	— 337	— 295	— 452
— 144	— 221	— 220	— 330	— 296	— 453
— 145	— 223	— 221	— 341	— 297	— 455
— 146	— 224	— 222	— 342	— 298	— 456
— 147	— 226	— 223	— 344	— 299	— 458
— 148	— 227	— 224	— 345	— 300	— 459
— 149	— 229	— 225	— 346	— 301	— 461
— 150	— 230	— 226	— 348	— 302	— 462
— 151	— 232	— 227	— 350	— 303	— 464
— 152	— 234	— 228	— 351	— 304	— 465
— 153	— 235	— 229	— 353	— 305	— 467
— 154	— 237	— 230	— 354	— 306	— 469
— 155	— 238	— 231	— 355	— 307	— 470
— 156	— 240	— 232	— 356	— 308	— 472
— 157	— 241	— 233	— 357	— 309	— 473
— 158	— 243	— 234	— 359	— 310	— 475
— 159	— 244	— 235	— 360	— 311	— 47[illegible]
— 160	— 246	— 236	— 362	— 312	— 47[illegible]
— 161	— 247	— 237	— 363	— 313	— 48[illegible]
— 162	— 249	— 258	— 365	— 314	— 48[illegible]
— 163	— 250	— 239	— 367	— 315	— 48[illegible]
— 164	— 252	— 240	— 368	— 316	— 48[illegible]
— 165	— 254	— 241	— 370	— 317	— 48[illegible]
— 166	— 255	— 242	— 371	— 318	— 48[illegible]
— 167	— 257	— 243	— 373	— 319	— 48[illegible]
— 168	— 258	— 244	— 374	— 320	— 49[illegible]
— 169	— 260	— 245	— 376	— 321	— 49[illegible]
— 170	— 263	— 246	— 377	— 322	— 49[illegible]
— 171	— 264	— 247	— 379	— 323	— 49[illegible]
— 172	— 264	— 248	— 380	— 324	— 49[illegible]
— 173	— 266	— 249	— 382	— 325	— 49[illegible]
— 174	— 268	— 250	— 383	— 326	— 49[illegible]
— 175	— 269	— 251	— 385	— 327	— 50[illegible]
— 176	— 271	— 252	— 386	— 328	— 50[illegible]
— 177	— 273	— 253	— 388	— 329	— 50[illegible]
— 178	— 274	— 254	— 389	— 330	— 50[illegible]
— 179	— 275	— 255	— 391	— 331	— 50[illegible]
— 180	— 277	— 256	— 392	— 332	— 50[illegible]
— 181	— 278	— 257	— 394	— 333	— 51[illegible]
— 182	— 280	— 258	— 396	— 334	— 51[illegible]
— 183	— 281	— 259	— 397	— 335	— 51[illegible]
— 184	— 283	— 260	— 399	— 336	— 31[illegible]
— 185	— 284	— 261	— 400	— 337	— 51[illegible]
— 186	— 286	— 262	— 402	— 338	— 51[illegible]
— 187	— 288	— 263	— 404	— 339	— 51[illegible]
— 188	— 289	— 264	— 405	— 340	— 52[illegible]
— 189	— 291	— 265	— 406	— 341	— 5[illegible]
— 190	— 292	— 266	— 408	— 342	— 52[illegible]
— 191	— 294	— 267	— 409	— 343	— 52[illegible]
— 192	— 295	— 268	— 411	— 344	— 52[illegible]
— 193	— 297	— 269	— 412	— 345	— 52[illegible]
— 194	— 299	— 270	— 413	— 346	— 52[illegible]
— 195	— 300	— 271	— 415	— 347	— 53[illegible]
— 196	— 301	— 272	— 416	— 348	— 53[illegible]
— 197	— 303	— 273	— 418	— 349	— 53[illegible]
— 198	— 305	— 274	— 419	— 350	— 53[illegible]
— 199	— 306	— 275	— 421	— 351	— 53[illegible]
— 200	— 308	— 276	— 423	— 352	— 53[illegible]
— 201	— 309	— 277	— 424	— 353	— 54[illegible]
— 202	— 310	— 278	— 426	— 354	— 54[illegible]
— 203	— 312	— 279	— 427	— 355	— 54[illegible]
— 204	— 314	— 280	— 429	— 356	— 54[illegible]
— 205	— 315	— 281	— 431	— 357	— 54[illegible]
— 206	— 317	— 282	— 432	— 358	— 54[illegible]
— 207	— 318	— 283	— 434	— 359	— 54[illegible]
— 208	— 320	— 284	— 436	— 360	— 55[illegible]
— 209	— 321	— 285	— 437	— 361	— 55[illegible]
— 210	— 323	— 286	— 438	— 362	— 55[illegible]
— 211	— 325	— 287	— 440	— 363	— 55[illegible]

Ed. Sirm. tom. I.	Ed. Nov. tom. I.	Ed. Sirm. tom. I.	Ed. Nov. tom. I.	Ed. Sirm. tom. I.	Ed. Nov. tom. I
— 364	— 556	— 440	— 675	— 516	— 804
— 365	— 558	— 441	— 677	— 517	— 806
— 366	— 560	— 442	— 678	— 518	— 808
— 367	— 561	— 443	— 681	— 519	— 809
— 368	— 563	— 444	— 684	— 520	— 811
— 369	— 564	— 445	— 686	— 521	— 812
— 370	— 566	— 446	— 687	— 522	— 814
— 371	— 567	— 437	— 689	— 523	— 815
— 372	— 569	— 448	— 691	— 524	— 817
— 373	— 570	— 449	— 692	— 525	— 818
— 374	— 571	— 450	— 694	— 526	— 820
— 375	— 573	— 451	— 696	— 527	— 821
— 376	— 574	— 452	— 697	— 528	— 823
— 377	— 576	— 453	— 699	— 529	— 825
— 378	— 577	— 454	— 701	— 530	— 827
— 379	— 579	— 455	— 702	— 531	— 828
— 380	— 580	— 456	— 704	— 532	— 830
— 381	— 582	— 457	— 706	— 535	— 832
— 382	— 583	— 458	— 707	— 534	— 833
— 383	— 585	— 459	— 709	— 535	— 835
— 384	— 587	— 460	— 710	— 536	— 836
— 385	— 588	— 461	— 712	— 337	— 838
— 386	— 590	— 462	— 714	— 538	— 839
— 387	— 591	— 463	— 715	— 539	— 841
— 388	— 593	— 466 (sic)	— 717	— 540	— 842
— 389	— 595	— 467	— 719	— 341	— 844
— 390	— 596	— 468	— 721	— 542	— 845
— 391	— 598	— 469	— 722	— 543	— 847
— 392	— 399	— 470	— 724	— 544	— 849
— 393	— 601	— 471	— 726	— 545	— 850
— 394	— 602	— 472	— 727	— 546	— 852
— 395	— 603	— 473	— 729	— 547	— 854
— 396	— 605	— 474	— 731	— 548	— 855
— 397	— 607	— 475	— 732	— 549	— 857
— 398	— 609	— 476	— 734	— 550	— 858
— 399	— 610	— 477	— 736	— 551	— 860
— 400	— 611	— 476 (sic)	— 738	— 552	— 862
— 401	— 613	— 477	— 739	— 553	— 863
— 402	— 615	— 478	— 741	— 554	— 865
— 403	— 617	— 479	— 743	— 355	— 866
— 404	— 618	— 480	— 745	— 556	— 868
— 406	— 620	— 481	— 746	— 557	— 870
— 405	— 621	— 482	— 748	— 558	— 871
— 407	— 623	— 483	— 750	— 559	— 873
— 408	— 625	— 484	— 751	— 560	— 875
— 409	— 626	— 485	— 753	— 561	— 876
— 410	— 628	— 486	— 755	— 562	— 878
— 411	— 629	— 487	— 756	— 563	— 879
— 412	— 631	— 488	— 758	— 364	— 881
— 413	— 633	— 489	— 760	— 565	— 883
— 414	— 634	— 490	— 762	— 566	— 885
— 415	— 635	— 491	— 763	— 567	— 886
— 416	— 637	— 492	— 765	— 568	— 888
— 417	— 639	— 493	— 766	— 569	— 889
— 418	— 640	— 494	— 768	— 570	— 891
— 419	— 641	— 495	— 769	— 571	— 892
— 420	— 643	— 496	— 771	— 572	— 894
— 421	— 645	— 497	— 772	— 573	— 896
— 422	— 646	— 498	— 774	— 574	— 897
— 423	— 648	— 499	— 776	— 575	— 899
— 424	— 649	— 500	— 777	— 576	— 901
— 425	— 651	— 501	— 779	— 577	— 903
— 426	— 652	— 502	— 781	— 578	— 904
— 427	— 654	— 503	— 783	— 579	— 906
— 428	— 655	— 504	— 784	— 580	— 907
— 429	— 657	— 505	— 786	— 581	— 909
— 430	— 658	— 506	— 788	— 582	— 911
— 431	— 660	— 507	— 789	— 583	— 913
— 432	— 662	— 508	— 791	— 584	— 914
— 433	— 663	— 509	— 792	— 585	— 917
— 434	— 665	— 510	— 794	— 586	— 919
— 435	— 666	— 511	— 796	— 587	— 921
— 436	— 669	— 512	— 798	— 588	— 923
— 437	— 670	— 513	— 799	— 389	— 924
— 438	— 672	— 514	— 801	— 590	— 926
— 439	— 673	— 515	— 802	— 591	— 927

Ed. Sirm. tom. I.	Ed. Nov. tom. I.	Ed. Sirm. tom. I.	Ed. Nov. tom. I.	Ed. Sirm. tom. I.	Ed. Nov. tom.
— 592	— 929	— 668	— 1084	— 744	— 121
— 593	— 931	— 669	— 1086	— 745	— 122
— 394	— 933	— 670	— 1087	— 746	— 122
— 595	— 934	— 671	— 1090	— 747	— 122
— 596	— 936	— 672	— 1092	— 748	— 122
— 597	— 938	— 673	— 1094	— 749	— 122
— 598	— 940	— 674	— 1096	— 750	— 123
— 599	— 941	— 675	— 1097	— 751	— 123
— 600	— 943	— 676	— 1099	— 752	— 123
— 601	— 945	— 677	— 1101	— 753	— 123
— 802	— 947	— 678	— 1103	— 754	— 123
— 603	— 950	— 679	— 1105	— 755	— 123
— 604	— 952	— 680	— 1107	— 756	— 124
— 605	— 954	— 681	— 1108	— 757	— 124
— 606	— 956	— 682	— 1110	— 758	— 124
— 607	— 958	— 683	— 1112	— 759	— 124
— 608	— 960	— 684	— 1114	— 760	— 124
— 609	— 962	— 685	— 1116	— 761	— 125
— 610	— 965	— 686	— 1117	— 762	— 125
— 611	— 968	— 687	— 1119	— 763	— 125
— 612	— 970	— 688	— 1121	— 764	— 125
— 613	— 973	— 689	— 1123	— 765	— 125
— 614	— 975	— 690	— 1124	— 766	— 126
— 615	— 977	— 691	— 1126	— 767	— 126
— 616	— 979	— 692	— 1128	— 768	— 126
— 617	— 981	— 693	— 1130	— 769	— 126
— 618	— 983	— 694	— 1132	— 770	— 126
— 619	— 986	— 695	— 1134	— 771	— 126
— 620	— 988	— 696	— 1136	— 772	— 127
— 621	— 990	— 697	— 1138	— 773	— 127
— 622	— 992	— 698	— 1139	— 774	— 127
— 623	— 994	— 699	— 1141	— 775	— 127
— 624	— 996	— 700	— 1142	— 776	— 127
— 625	— 998	— 701	— 1144	— 777	— 128
— 626	— 999	— 702	— 1145	— 778	— 128
— 627	— 1001	— 703	— 1147	— 779	— 128
— 628	— 1003	— 704	— 1149	— 780	— 128
— 629	— 1005	— 705	— 1150	— 781	— 128
— 630	— 1007	— 706	— 1152	— 782	— 128
— 631	— 1008	— 707	— 1153	— 783	— 129
— 632	— 1012	— 708	— 1154	— 784	— 129
— 633	— 1013	— 709	— 1156	— 785	— 129
— 634	— 1016	— 710	— 1158	— 786	— 129
— 635	— 1017	— 711	— 1159	— 787	— 129
— 636	— 1020	— 712	— 1161	— 788	— 130
— 637	— 1022	— 713	— 1162	— 789	— 130
— 638	— 1023	— 714	— 1164	— 790	— 130
— 639	— 1025	— 715	— 1165	— 791	— 130
— 640	— 1027	— 716	— 1167	— 792	— 130
— 641	— 1030	— 717	— 1168	— 793	— 130
— 642	— 1034	— 718	— 1170	— 794	— 130
— 643	— 1037	— 719	— 1171	— 795	— 131
— 644	— 1040	— 720	— 1173	— 796	— 131
— 645	— 1042	— 721	— 1175	— 797	— 131
— 646	— 1044	— 722	— 1177	— 798	— 131
— 647	— 1047	— 723	— 1179	— 799	— 131
— 648	— 1049	— 724	— 1181	— 800	— 131
— 649	— 1051	— 725	— 1183	— 801	— 132
— 650	— 1052	— 726	— 1184	— 802	— 132
— 651	— 1054	— 727	— 1186	— 803	— 132
— 652	— 1056	— 728	— 1188	— 804	— 132
— 653	— 1058	— 729	— 1189	— 805	— 132
— 654	— 1060	— 730	— 1191	— 806	— 132
— 655	— 1062	— 731	— 1193	— 807	— 132
— 656	— 1063	— 732	— 1195	— 808	— 133
— 657	— 1065	— 733	— 1196	— 809	— 133
— 658	— 1067	— 734	— 1198	— 810	— 133
— 659	— 1069	— 735	— 1200	— 811	— 133
— 660	— 1071	— 736	— 1202	— 812	— 133
— 661	— 1073	— 737	— 1204	— 813	— 133
— 662	— 1075	— 738	— 1206	— 814	— 133
— 663	— 1077	— 739	— 1209	— 815	— 134
— 664	— 1078	— 740	— 1210	— 816	— 134
— 665	— 1080	— 741	— 1212	— 817	— 134
— 666	— 1081	— 742	— 1214	— 818	— 134
— 667	— 1083	— 743	— 1216	— 8.9	— 134

Ed. Sirm. tom. I.	Ed. Nov. tom. I.	Ed. Sirm. tom. I.	Ed. Nov. tom. I.	Ed. Sirm. tom. I.	Ed. Nov. tom. I.
820	1348	875	1431	930	1510
821	1349	876	1432	931	1511
822	1351	877	1433	932	1512
823	1352	878	1435	933	1514
824	1354	879	1437	934	1515
825	1355	880	1438	935	1517
826	1357	881	1440	936	1518
827	1358	882	1441	937	1519
828	1360	883	1442	938	1520
829	1361	884	1444	939	1522
830	1363	885	1445	940	1523
831	1364	886	1447	941	1524
832	1366	887	1448	942	1526
833	1367	890 (sic)	1449	943	1527
834	1369	891	1451	944	1529
835	1370	892	1452	945	1530
836	1372	893	1454	946	1532
837	1373	894	1455	947	1533
838	1374	895	1457	948	1534
839	1376	894 (sic)	1458	949	1536
840	1377	895	1460	950	1538
841	1379	896	1461	951	1539
842	1380	897	1462	952	1541
843	1382	898	1464	953	1542
844	1383	899	1465	954	1544
845	1385	900	1467	955	1545
846	1386	901	1468	956	1547
847	1388	902	1470	957	1548
848	1389	903	1471	958	1549
849	1391	904	1473	959	1551
850	1392	905	1474	960	1552
851	1394	906	1475	961	1554
852	1395	907	1477	962	1555
853	1397	908	1478	963	1557
854	1399	909	1480	964	1558
855	1400	910	1481	965	1559
856	1401	911	1483	966	1561
857	1403	912	1484	967	1562
858	1404	913	1485	968	1564
859	1406	914	1487	969	1565
860	1407	915	1488	970	1567
861	1409	916	1490	971	1568
862	1411	917	1491	972	1570
863	1413	918	1492	973	1571
864	1415	919	1494	974	1573
865	1416	920	1495	975	1574
866	1417	921	1497	976	1575
867	1419	922	1498	977	1577
868	1420	923	1499	978	1578
869	1422	924	1501	970	1580
870	1423	925	1502	980	1581
871	1425	926	1504	981	1583
872	1426	927	1505	982	1585
873	1428	928	1507		
874	1429	929	1508		

quoque fuit sors Theodoreti. Vix enim e vita discesserat, cum Eutychiani, qui ægre ferebant non Eutychis tantum sed Dioscori quoque jacturam, acerbissimis calumniis viri optimi, imo totius synodi, Chalcedonensis memoriam male ad posteros commendare anniterentur. Si Victori Tunonensi et Evagrio, quem utrumque tamen parum fidum esse novimus, credendum sit, Anastasio imperante duæ congregatæ sunt synodi, Constantinopoli una, Sidone in Palæstina altera, in quibus damnata est Nostri memoria. Sed cum satis obscura sit utriusque synodi istius historia, utilius operam nostram collocabimus, si illis potissimum inhæremus, quæ ad invidiosam de tribus Capitulis controversiam pertinent. Turbarum quas Eutychiani excitaverant pertæsus Justinianus imperator, qui fidei suo tempore acerrimus erat propugnator, pacem Ecclesiæ reddere voluit scripto contra Acephalos sive Eutychianos directo. Hoc cum meditaretur, a Theodoro Cæsareæ hoc tempore episcopo, sibi persuaderi passus est, ut calamum potius contra sic dicta tria capitula, hoc est, contra Theodori Mopsuesteni, Theodoreti nostri, [29] et Ibæ Edesseni scripta, verteret. Ita enim se effecturum esse sperabat, ut Eutychiani ad Ecclesiam catholicam redirent, et synodum Chalcedonensem amplecterentur. Imperator, etsi magnopere huic concilio faveret, tamen, quia non alio modo pacem Ecclesiæ reddi posse existimabat, promulgavit decretum, quo tria ista Capitula ut impia et blasphema damnabantur. Votorum se compotes factos esse lætati sunt Eutychiani, et Theodora Augusta quæ illis nimium favebat. Quo minus tamen ex votis cederet consilium, obstitit Occidentalium et præcipue Vigilii, Romanorum tunc episcopi, dissensus. Et dolendum sane est, Vigilium justam tandem deseruisse causam, quam tueri omnino potuisset. Inconstantiam ejus, de qua legenda est Dissertatio theologica, quæ haud ita pridem Præs. S. V. Schuberto ann. 1766 Gryphiswaldiæ prodiit, satis testatur Historia sic dictæ synodi quintæ, seu concilii œcumenici quinti, quod in hac præcipue causa Constantinopoli convocatum est. Etsi Vigilius de bona causa quam defendendam habebat, ipsemet convictus, et ab Afris, Sardis, Illyricisque magnopere rogatus esset, ne in trium Capitulorum damnationem consentiret, tamen famoso illo, ut dicitur, *Judicato* assensum professus est. Nec Orientalibus nec Occidentalibus hoc indignum se approbare potuit facinus, quod imprimis Illyricorum, Afrorumque contra Vigilium excitavit odia, ne de Facundi justissima ira quidquam dicamus. Utinam omnem rei memoriam delere potuisset *Constituto*, quod deinde edidit, ex quo hæc pauca tantum hoc loco inserenda sunt verba, quæ ad Nostrum se referunt, et ita se habent : « Statuimus atque decernimus, nihil in injuriam atque obtrectationem probatissimi in Chalcedonensi synodo viri, h. e. Theodoreti episcopi Cyri, sub taxatione nominis ejus a quoquam fieri vel proferri. » Sed quis non miretur summam viri inconstantiam, quæ tanta fuit, ut brevi post editum *Constitutum* tempore hoc iterum revocaret, non erga illos tantum quorum causa agebatur, sed erga seipsum quoque et famam suam maxime injurius. Testem hujus rei habemus epistolam quam ipse dedit ad Eutychium urbis regiæ episcopum, quæ exstat in Actis synodi Constantinopol. apud Harduinum, tom. III, p. 213 seqq. Garnerio autem adeo displicuit illa, ut in suis ad quintam synodum observationibus Liberati Breviario subjunctis, [30] magno quidem sed irrito conatu, ejus νοθείαν nobis persuadere tentaverit. Vita ann. C. 555 defunctus Vigilius litem istam successoribus prosequendam reliquit, de horum autem successibus jam dicere nihil attinet.

Reliquum est, ut de scriptis, quæ Theodoretus magno numero reliquit, generatim dicamus : in quibus recensendis eumdem tenebimus ordinem, quo tum in Sirmondiana, tum in nostra editione se excipiunt. Primam eamque maximam horum librorum partem constituunt Commentarii, quos in sacram Scripturam tum Veteris tum novi Testamenti exaravit. In hoc litterarum genere magnopere excelluit Noster, quippe qui, judice Photio, at quanto viro ! (cod. 203) palmam præripuit Hippolyto aliisque plurimis, sive ad dictionem ejus respexeris, quæ puris et significantibus vocibus abdita quæque revelat et jucunditate delectat, sive methodum ejus spectaveris, cujus hæc est præcipua laus, ut sine omnibus ambagibus ea quæ scire attinet, perspicue et ornate proponat, iis tamen non prætermissis quæ ad lectorem informandum facere possint. Ita fere judicat Photius, l. c., ubi Nostri Commentarios in Danielem iis exornat laudibus, quæ ad omnes ejusdem generis libros ab hoc auctore conscriptos merito applicari debeant. [31] Primum inter illos locum occupant *Quæstiones in Octateuchum* sive in V libros Mosis, in librum Josuæ, Judicum et Ruth. His statim adjungimus *Quæstiones*, quæ proximum tenent locum, *in libros Regum* (notum, in Bibliis Græcis libros Samuelis accenseri libris Regum) *ac Paralipomenon :* hæ enim cum illis conjunctæ olim fuisse videntur, a Photio saltem in uno codice (205) lectæ sunt. Quæstiones priori loco commemoratas inscripsit εἰς τὰ ἄπορα τῆς θείας Γραφῆς, quem titulum ut operi egregie congruentem laudat Photius. Eumdem quoque cum modo loquendi hujus scriptoris convenire, ostendi potest e quæst. 28 in librum Judicum, ubi πόρον εὑρίσκειν ἐν ἀπόροις Nostro idem est quod *in re dubia exitum invenire.* Docet itaque primo intuitu inscriptio, has Quæstiones non ad universos hosce libros, sed ad obscuriora duntaxat loca pertinere. Et in hoc quidem positum est discrimen, quod inter hos et reliquos Theodoreti Commentarios sacros intercedit. Illi enim qui sequuntur, continuum in universos libros sive Vet. sive N. T. exhibent Commentarium, hi priores autem non nisi obscuriorum locorum interpretationem complectuntur.

Singularis vero et quæ non omnibus se approbavit, est methodus, quam in hisce libris adhibuit auctor, per quæstiones earumque solutiones lectorem instruens. Sed rationem ejus in Prologis aperuisse videtur, ubi Hypatium, cui uterque liber inscriptus est, nunc παίδων φίλτατον, nunc vero ἐρασμιώτατον vocat, utpote quo familiariter utebatur, quemque ultimis vitæ suæ annis, in quos æra horum librorum incidit, lateri suo adhærentem, et in munere episcopali laborum socium habebat. Senem quoque, et assiduo in scrutandis sacris Litteris posito studio exercitatissimum doctorem decebat ista methodus. Ultimos autem hos esse librorum a Nostro [32] elaboratorum haud vana, ut putamus, conjectura statuitur, quia nec in ullo alio, nec in epistolis suis, illorum mentionem fecit, quod tamen in Epistola, quam ad Leonem Romanorum episcopum ann. C. 449, ut supra evictum dedimus, scripsit, imo etiam in ea quæ ad Eusebium Ancyranum directa est, ad sui defensionem facere potuisset. Quod reliquum est, in his ut in aliis Theodoreti libris quædam occurrunt, quæ Theodorum Mopsuestenum auctorem habent, alia quæ ad Origenem, alia quæ ad Diodorum Tarsensem jure referri debent. Haud raro enim culpa eorum qui Catenas e scriptis horum Patrum congesserunt, accidit, ut quæ unius sunt, alteri tribuantur, quod in primis de illo quem priori loco nominavimus, necnon de Theodoro Heracleota valet, ut jam observatum est a Montfauconio Palæogr. Gr. p. 347.

Commentarii in Psalmos nulla quidem apud Photium fit mentio : tamen, quia plura sunt Theodoreti scripta, quorum ille non meminit, hujusque præstantissimi operis in aliis libris quos ipse Photius commemorat, diserte injicitur mentio, non dubitandum est, quin ad Nostrum jure pertineat, cui etiam a Nicephoro *Hist. eccles.* lib. XIV tribuitur. Ipse auctor pro suo agnoscit hunc librum in epist. 82 quæ ad Eusebium Ancyranum scripta est, necnon quæstione 43 in librum secundum Regum. In Procemio docet, qua interpretandi ratione usus sit, ut censuram effugeret, quam alii meruerant. Tria in primis ab eo notantur vitia, suppressis tamen, ne modestiam [33] læderet, scriptorum nominibus. Primo reprehendit nimium allegoriæ studium, quod in Apollinarium dictum esse putant Dupinius ac Garnerius. Deinde impugnat eos qui omnia vaticinia ad Judæos referunt, quam quidem accusationem ad Theodorum Mopsuestenum spectare satis aperte loquuntur ea quæ in actis synodi V, collat. 5, ex Hesychio Hierosol. leguntur apud Hard. l. c. tom. III, p. 104. Denique nimiam aliorum prolixitatem arguit, ad Chrysostomum sine dubio respiciens, quem in hoc, ut in plerisque aliis libris præ reliquis secutus est, ita tamen ut brevitati quam maxime studeret. Hac via ingressus felici successu labore hoc defunctus est, simulque hanc laudem meruit, ut critica diligentia alios sui temporis interpretes superaverit. Adhibuit enim Aquilæ, Symmachi et Theodotionis versiones, quarum multa fragmenta ex hoc in primis Commentario petiit Montfauconius, qui etiam pag. 10 Prælim. ad Collectionem novam Patrum observat, Nostrum, etsi ab Eusebiania Psalmorum interpretatione plerumque deflectat, tamen subinde illam fere ab verbum exprimere, etsi breviori, ut plurimum, stilo. Idem Nostro quoad Chrysostomum objecit Garnerius Auct. p. 184. Sed utrumque non adeo miramur, cum satis constet quanta in Catenis facta sit nominum permutatio, quæ eo facilius locum invenire potuit, quo magis, teste Nicephoro l. c., Theodoretus stilum suum ad Chrysostomi exemplum formare studuit; quo factum est, ut si in codicibus passim nomen auctoris loco quodam neglectum esset, ne peritissimi quidem librarii satis certi fuerint, sitne ad hunc an ad illum referendus. Et quod in primis ad locum psal. L, 7, a Garnerio prolatum attinet, verum quidem est, pene eadem legi apud Chrysostomum (edit Savilii t. 1, p. 709 seq.): noluimus tamen in Variantibus textui subjectis quidquam de hoc loco monere, quia in codice Augustano quem tertium dicere consuevimus, et qui Catenam in Psalmos, ut in Præfatione pluribus indicatum est, continet, non Chrysostomi sed Nostri nomen ascriptum vidimus. [34] His tantum adjicimus, ex epistola 82 ad Eusebium scripta recte colligi posse, hunc librum inchoatum esse ann. C. 435

Ordine proximus est *Commentarius in Canticum canticorum*. Talem a se scriptum esse, ipse quidem Theodoretus in Prologo quem Psalmis præmisit, testatur; num vero is quo nunc utimur, jure ad illum pertineat, multis disputatum est. Recensebimus itaque paucis argumenta, quæ ab utraque parte in scenam producta sunt. Qui genuinum hunc fetum esse negant, objicere solent, auctorem in Procemio de Chrysostomo ut vivo loqui, in Theodorum Mopsuestenum gravius invehi, de se ut de homine civilibus ac militaribus negotiis admodum distracto loqui, et de Manasse quædam tradere, de quibus ne γρὺ quidem apud Nostrum exstet. His addunt tum prolixitatem in dicendo, tum Nostri de hoc opere silentium, ubi de scriptis loquitur in quibus suam de incarnatione fidem testatus est, tum denique Catenarum auctoritatem. Ita paucis complectimur quidquid contra hunc librum dictum esse novimus. Hæc argumenta, etsi minus firma sint, tamen apud Caveum ac Garnerium tantum valuerunt, ut suum illis adjecerint calculum. Imo parum abfuit, quin Garnerius in locum hujus libri alium substitueret fetum, quem Auctario suo inserere promisit, pag. 258; verum his promissis non stetit, vel stare noluit, qui operis perficiendi curam post Garnerii obitum in se suscepit. Videamus autem, qua ratione omnis ista argumentatio refutari, et genuina libri indoles defendi possit. De Chrysostomo, etsi vita jam defunctus esset, jure dici poterat, ὁ τοῖς ῥεύμασι τῆς διδασκαλίας μέχρι καὶ

τήμερον πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἀρδεύων· vivebat enim in scriptis suis quorum fama tunc universum [35] orbem impleverat. Si verum est alterum, quod in Theodorum Mopsuestenum, quem alioquin magni faciebat, invehatur, hoc sane veritatis amorem et a partium studio liberum testatur animum : idem enim, ut jam vidimus, fecit in suo ad Psalmos Procemio. Sed nondum satis liquet rei veritas. Nititur scilicet tota accusatio auctoritate Pelagii II, aut potius Gregorii M., qui in epistola tertia ad Eliam Aquileiensem et episcopos Istriæ scribit. « Cum Theodorus (Mopsuestenus) Canticum canticorum vellet exponere, Salomonem per hunc librum Æthiopissæ reginæ blanditum esse professus est : quod Theodoretus reprehendens nomen quidem Theodori suppressit, sed tamen vesaniam patefecit. » Tale autem apud Theodoretum l. c. non legimus. In eos tantum invehitur, qui vel putarunt, Salomonem de se ipso et Pharaonis filia in hoc libro loqui, vel pro Pharaonis filia Abisai Sunamitidem substituerunt. Nihil itaque de Æthiopissa regina hoc loco dictum deprehendimus ; quæ tamen opinio, si illa Theodori sit, sub generali *fabularum anilium* nomine, quo Noster h. l. utitur, comprehendi potuit. Sunt enim omnino anilia et Christiano doctore indigna, quæ ex Theodori illius in hunc librum Commentariis exstant Fragmenta, apud Harduinum l. c. p. 88 seq. Sed ad ea progrediamur, quæ tertio loco objiciuntur. Si auctor horum Commentariorum multis non modo ecclesiasticis, sed civilibus quoque ac militaribus curis se distrahi questus est, non mirabuntur, qui e litteris Theodoreti jam supra allegatis noverint, quantos labores quantaque pericula sustinuerit, ut perditos mores eorum emendaret, quorum curam sibi demandatam habuit. Gravius itaque sibi, quam militum ducibus, impositum onus ægre ferebat : omni enim adhibita diligentia vix petulantiam [36] hominum istorum coercere poterat. Ita rem expedire, et, si opus esset, tropicam quamdam dicendi rationem in his auctoris nostri verbis admittere mallemus, quam absque historiæ fide cum nonnullis asserere, Cyresticam regionem eo tempore præsidiariorum militum effusa licentia misere turbatam fuisse. Porro, quod Manasses, rex impius, magnam sacrorum Librorum partem combusserit, ut in Procemio ad hunc Commentarium dicitur, nullo quidem in loco a Nostro alibi asseritur, sed num omnia uno eodemque loco dicere necesse erat? Multa in suis ad libros Paralipomenon Commentariis supplevit, quæ in illis ad libros Regum eodem jure dicere potuisset, si necessitas hanc legem illi imposuisset. Quod prolixius in hoc quam forsitan in aliis libris meditationes suas exposuerit, dandum est non argumenti tantum, quod multum difficultatis habebat, conditioni, sed tempori etiam quo scripsit. Haud male enim ex ipso hoc paululum diffuso dicendi genere colligitur, hunc librum esse unum ex primis quos Noster composuit. Usu enim, ut fieri solet, acquiritur peritia, multa paucis dicendi. Quod vero hujus libri nullam fecerit mentionem, ubi opus esse videbatur ad defendendam suam de incarnatione doctrinam, parum efficiet. Sive enim eo tempore Theodoro parcendum, sive hoc fidei suæ documento haud opus esse existimaverit, libera illi omnino fuit optio locorum quibus fides defendenda esset. Catenarum denique adeo nos non movet auctoritas, ut parum ab hoc argumento metuendum sit causæ nostræ. Parvus est Catenarum in Canticum canticorum numerus, nec inter illas est quædam cujus memoria sit adeo obscura, quam ejus, quæ a Garnerio adducitur, et Neophyto cuidam tribuitur. Dantur tamen quædam, in quibus frequenter sunt Origenis aliorumque cum quibus Nostrum [37] sæpius permutatum esse novimus, citationes, ut in illa quam Meursius edidit Lugd. Bat. a 1617. Facillime itaque potuit fieri, ut in hisce Catenis, quarum parvus est numerus, Nostri desideretur memoria, sive temporis hoc factum sit injuria sive librariorum negligentia. Hæc omnia itaque nos non impedient, quominus hunc Commentarium Nostro vindicemus. Ita enim jubet auctoritas codicum, quibus olim jam usi sunt Zinus ac Sirmondus, et magna quæ inter hunc aliosque Theodoreti libros intercedit affinitas. Illustre ejus exemplum dat locus ille Ezechielis, qui in Procemio ad hunc librum eodem modo, ut in Nostri ad hunc prophetam Commentario explicatur.

Proximum locum tenent *Interpretationes sedecim prophetarum*, Isaiæ scilicet, Jeremiæ (cui subjuncti sunt Threni et liber Baruch), Ezechielis, Danielis et duodecim prophetarum quos minores dicunt. Non eodem ordine scripti sunt Commentarii isti quo se excipiunt. Danielem primum fuisse quem Theodoretus interpretatus est, ipse in Præfatione ad librum illum monuit, causamque optionis suæ a Judæorum erga hunc prophetam odio petiit. Proximus fuisse videtur Ezechiel, de quo saltem ex Præfatione ad Jeremiam constat, in eum prius commentatum esse Nostrum quam ad Jeremiam illustrandum se accingeret. Quo ordine ad reliquos progressus sit, haud satis liquet : hoc tamen ex ipso auctoris testimonio perspectum habemus, ultimum horum laborum fuisse Commentarium in Threnos, cui his verbis finem fecit auctor : « Hanc etiam aliis propheticis libris adjicimus interpretationem, adeo ut per Dei gratiam nullam prophetiam interpretationis expertem reliquerimus. » Magnopere dolendum est, haud integrum [38] ad nos pervenisse Commentarium in Isaiam, cujus non nisi lacinias habemus. Quæ Sirmondus e Catenis congessit, non omnia ad Nostrum pertinent, sed magna ex parte ad Theodorum Mopsuestenum, et, nostra adhuc est conjectura, ad Eusebium Cæsariensem referenda esse videntur. Antequam ad reliquos libros progrediamur, paucis monendum erit, errasse Garnerium, si Auct. p. 188, exeunte capite quarto refert, Nostrum in Commentario ad extrema verba Jeremiæ

prolixe adversus Apollinarii errores chiliasticos disputasse. Sed disputatio ista non hoc loco, sed in fine Commentarii ad Ezechielem exstat, cui adjungenda sunt illa quæ ad finem Commentarii in Aggæum leguntur.

Utiles in primis sunt *Commentarii in XIV Epistolas sancti Pauli*, a Nostro tanta cum laude compositi, ut magnopere dolendum sit, reliquos Novi Fœderis libros non eumdem nactos esse interpretem. Exstant autem nonnisi pauca Commentariorum in quatuor Evangelia fragmenta, quæ recensuit Montfauconius in Bibliotheca Coislin. Horum duo commemorat in Matthæum, p. 75 et 247, e Cod. Coisl. 24 et 195. Nonnulla in Lucam p. 251, e Cod. Coisl. 201, et p. 376 seq.; nonnisi unicum vero in Joannem, p. 68, e Cod. 23. In Matthæum quædam e Nostro congessit Petr. Possinus in Catena Patrum Græcorum in sanctum Matthæum edita Tolosæ a. 1646. Exstant etiam nonnulla Theodoreti, sed Latine tantum, in Corderii Catena in sanctum Lucam Antuerpiæ ann. 1628 edita. Plura autem in Bibliothecis regis Galliæ superesse haud incertis indiciis novimus. Qui vero inter nos superstites sunt in Epistolas sancti Pauli Commentarii, integram et continuam exhibent interpretationem, quæ unica in se complectitur, quidquid eleganter et apposite ad litteralem horum librorum sensum explicandum dici debuit. Nec alia a Nostro exspectari potuerunt, [39] cum præceptore usus sit Chrysostomo, et Theodoro Mopsuesteno, qui posterior in explicandis N. T. libris felicior fuisse dicitur quam in scrutando sensu librorum V. T. Ad utrumque pertinere videntur, quæ Noster in limine Procemii haud minus modeste quam honorifice monuit, verendum esse, ne sint, a quibus temeritatis accusetur, quod post *hunc et illum qui totius orbis sint lumina*, audeat ad apostolicorum scriptorum interpretationem accedere. E veteribus solus est Nicephorus, qui l. c. egregii hujus scripti mentionem injecit: ipse vero auctor tum in Epistolis suis passim, tum quæstione prima in Leviticum ejus meminit. Dubitari itaque non potest, librum istum jure ad Nostrum referri: quo autem anno scriptus sit, minus certum videtur. Dolendum est, utramque illam epistolam, quæ inter reliquas Scriptoris nostri litteras agmen ducit, non satis distinctam habere temporis notam, quæ si nobis suppeteret, nullos controversiæ relinqueretur locus. Misit enim amico illi, ad quem directa est epistola prima, hos suos in apostolicas epistolas Commentarios, rogans, ut mentem de istis libere aperiret. Præterea in suis ad Eusebium Ancyranum et Leonem Romanorum episcopum litteris (epist. 82 et 113) hujus æque ac aliorum, qui eo tempore jam exstabant, librorum meminit quidem, sed nimis vage: recenset enim scripta omnia quæ tum ante synodum Ephesinam, tum primis post illam duodecim annis composuerat. In primis in posteriori loco obscura est temporis nota, quia generaliori librorum indici

A verba ista præmittit: « Sunt quæ partim ante annos viginti, partim ante octodecim, partim ante quindecim, partim ante duodecim scripsi. » Incertum itaque esse debet, sintne libri qui deinde commemorantur, duodecimo vel vicesimo anno ante datas hasce litteras, vel intra hosce annos scripti? [40] Hoc tamen ex ista ad Leonem Romanum Epistola, quæ, ut jam dictum est, ad A. C. 449 pertinet, certo colligitur jam ante synodum λῃστρικὴν scriptos fuisse hos Commentarios. Garnerius existimat, æram illorum referendam esse ad eam annorum seriem, quæ inter concilium Ephesinum (prius) et ann. C. 433 intercessit. Argumenta ejus attentione quidem digna sunt, alio autem loco aptior de illis disputandi erit occasio. Hoc tamen jam

B silentio præterire non possumus, male erga Nostrum affecti animi insigne specimen esse, quod idem prodit l. c. p. 190, ubi lectoribus suis persuadere conatur, Theodoretum in toto hoc libro quamcunque occasionem Cyrillum carpendi avide arripuisse, quia post synodum Ephesinam pacemque restitutam ipsi non licuerit publice contra adversarium suum pugnare. Meminerint autem lectores eorum quæ jam ineunte hac Dissertatione diximus, scilicet retorquendum esse in Garnerium, quod is Nostro perperam objecit; nam hæresin totam videre sibi visus est, ubi vel minima species umbraque occurreret. Meminerint, rogamus, et vel judicent, vel suspendant judicium, donec novo iniqui-

C tatis indicio magis motam esse bilem sentiant. Sed cum ad alia nunc properandum sit, hoc unicum addimus, Græcum hujus libri textum Sirmondo deberi, qui primus illum e Codicibus orbi litterato dedit, addita quidem Latina Herveti versione, sed minus caute adhibita, quod bene monuit Rich. Simon. l. c. p. 186.

Historiæ ecclesiasticæ libri sunt quinque, quos Theodoretus non minori cum laude quam elegantia eo consilio composuit, ut Eusebii Cæsariensis suppleret Historiam. Initium itaque fecit ab illis temporibus, quæ ultimam constituunt Historiæ Eusebianæ periodum, et progressus est usque ad finem imperii Theodosii Junioris. [41] Æmulos habuit Socratem atque Sozomenum, qui eodem

D consilio tunc temporis ad Historiam ecclesiasticam componendam animum adjecerunt, multa tamen Nostro, quæ sive suppleret sive corrigeret, reliqua fecerunt. Ita quidem statuit Photius (cod. 31) qui non modo dicendi genus historiæ aptissimum, sed etiam ubertatem rerum a Nostro enarratarum dignis extollit laudibus, eumque Socrati, Sozomeno ac Evagrio longe anteponendum esse judicat. Non potuit tamen peritissimi in his rebus arbitri oculos effugere nimia illa in metaphoris audacia, quæ etsi non omnino defendi, tamen genio populi et regionis in qua vixit, excusari quodammodo poterit. Alii vero, ne quid dissimulare videamur, sunt nævi hujus libri, quos vel recensuerunt vel emendaverunt Baronius, Dupinius, Valesius, et centuria-

tores Magdeburgici, ne quid de Garnerii nimia in scriptore nostro castigando diligentia nunc dicamus. De numero horum *Historiæ ecclesiasticæ* librorum dubitationem nonnullis injecit Gennadius, qui c. 89 libri *De viris illustribus* refert, Nostrum decem hujus argumenti libros composuisse. Unicus qui huic narrationi favere videtur, est Gerh. Vossius, qui, cum de historicis Græcis dissereret, lectoribus persuadere voluit, duplicem olim exstitisse *Historiæ ecclesiasticæ* Theodoreti editionem, unam quæ non nisi sex priores, alteram vero quæ quinque posteriores complexa sit libros, quibus Historiam usque ad Leonis imperatoris tempora suppleverit. Sed nulla omnino fides debetur huic fabulæ, cui non modo Photii, Nicephori, Cassiodori et Evagrii obstat auctoritas, sed ipsius quoque Theodoreti nostri testimonium, quod exstat in fine libri ultimi seu quinti. « Ego vero, inquit, historiæ [42] finem hic faciens, lectores rogo, ut precibus suis laborem nostrum compensent. Quinque autem et centum annorum tempus hæc Historia complectitur, ab Arii vesania incipiens, et cum obitu laude dignorum virorum Theodori (sc. Mopsuesteni) et Theodoti (Antiocheni) desinens. » Et si vel maxime filum Historiæ voluisset prosequi, tamen summa viri prudentia ac modestia, quam ut par est admirati sunt Valesius et Beausobre *Hist. Manich.* t. I, p. 226, non permisisset, ut tempora ista attingeret, in quæ incidit invidiosa Nestorianæ controversiæ historia. Magnopere enim erraret, qui e silentio, quo Theodoretus lites istas premere voluit, inferret, eum ante synodi Ephesinæ tempora ad Historiam hanc scribendam accessisse. Quo minus enim hæc conjectura se tueri possit, impediunt quæ a Nostro de reliquiis sancti Chrysostomi Constantinopolim delatis, et de pietate Theodosii ac sororum ejus narrantur lib. v, c. 36. Jam, cum e Socratis Historia appareat, Chrysostomi corpus decimo sexto Theodosii consulatu, sicque ann. C. 438, in urbem regiam delatum esse, dubium non est, Nostrum Historiam suam longo post concilium Ephesinum intervallo composuisse. Sola itaque viri moderatio effecit, ut de litibus sileret, quibus enarrandis maxime idoneus fuisset, si sine aliorum offensione fieri potuisset. Quæ cum ita sint, quis non videt, iniquum Nostri judicem esse Garnerium, cujus hæc sunt verba p. 192, seq. Auctarii. « Opinor, primum, hoc opus Theodoreti aliud nihil esse præter historiam Arianæ hæreseos (eadem fere ibid. p. 194 exstant), sive in seipsa sive in propagine. Deinde, ipsam eo consilio scriptam fuisse, ut ostenderentur fontes, ex quibus Theodoreto viderentur orti errores, quos affingebat Catholicis. Tertio, in Arianis, [43] unionis hypostaticæ defensores; in Eusebio Nicomediensi, Cyrillum; in Athanasio atque etiam in Chrysostomo, Nestorium; alios Nestorii amicos in aliis adumbratos esse. Quarto denique Cyrillum et Proclum in iis, qui Diodorum Tarsensem et Theodorum Mopsuestenum velut hæreticos scriptis factisque traduxissent, tacite nunc refelli, cum uterque velut fidei defensor inducitur. » Itane ingenio abutendum erat, ut, quacunque fieri posset ratione, suspecta redderetur viri boni integritas? Sed quid multa? Ex superioribus jam satis constare arbitramur, quam injurius in Theodoretum sit Garnerius. Plura qui cupit, legat Ittigium de Bibliothecis et Catenis Patrum, p. 729, et ejusdem Præfationem ad *Historiæ ecclesiasticæ* sæculi II capita, p. 8 seq. Parum æquiorem se præbuit Garnerius erudito Cousino qui *Historiam ecclesiasticam* Theodoreti in Gallicam linguam transtulit, nec minus eximiæ laudis viro, Henr. Valesio, qui multis nominibus de Nostro æque ac de aliis Historiæ ecclesiasticæ scriptoribus conjunctim editis, meruit, cujus novissima editio Augustæ Taurinorum ann. 1748, prodiit, multis eruditorum observationibus et variantibus lectionibus editioni Cantabrigiensi Guil. Reading aspersis, locupletata.

Breviores erimus in recensenda *Historia religiosa*, quæ inscribitur φιλόθεος ἱστορία ἢ ἀσκητικὴ πολιτεία. Minor est utilitas, quæ e lectione hujus libri percipitur, utpote qui præter Ascetarum vitas nihil continet (*a*), sicque curiosos magis quam discendi cupidos lectores poscit. Singularia quidem sunt, quæ in hoc libro narrantur; nollemus tamen dicere censura adeo dignum esse Theodoretum, ut Frid. Spanhemio aliisque visum est. Etsi enim inter nos fidem vix invenirent hujus generis homines, temporum tamen habenda [44] est ratio. Hujus operis partem quamdam constituit Oratio sive Dissertatio de charitate, quam Sirmondus Appendici inseruit, Hervetus autem in versione sua Latina rectius huic libro subjunxit.

Multo majorem utilitatem nobis præstant Epistolæ Theodoreti, quæ proximum inter Opera illius locum tenent, eoque chariores nobis esse debent, quo majorem historiæ scriptoris nostri lucem accendunt. Numero sunt centum et quadraginta septem, una autem quæ scripta est ad Joannem episcopum Germaniciæ, apud Sirmondum, tomo III, desideratur, cum locum nacta sit in Appendice t. IV, p. 702. Supra quingentas Nostri epistolas legit olim Nicephorus, cujus fide si niti liceat dolendum omnino est, tantam earum partem periisse. Hanc jacturam aliquo modo resarcire voluit Garnerius tum Epistolis illis quas ad locupletandum tomum tertium editionis Sirmondianæ ab initio Auctarii sui exhibuit, tum dissertatione 5 ibidem inserta, quæ inscribitur *De Theodoreti et Orientalium causa*. Hæc tota dissertatio, quæ exspectationem multorum fefellit, nihil præter va-

(*a*) Ex hac tamen historia (cap. 13), et non aliunde, ea paucissima habemus quæ de seipso tradidit Theodoretus. EDIT. PATR.

riorum Patrum epistolas continet, primum a Christ. Lupo, postea a Steph. Baluzio in nova Collectione conciliorum sub nomine Synodici adversus Tragœdiam Irenæi, editas. Jure autem dubitatur, num genuinæ sint istæ epistolæ, quas Garnerius Nostro vindicare voluit. Adeo enim fervore suo abreptus est, ut etiam illis fidem dederit, quæ apertissima νοθείας habent indicia, qualis est illa quam de obitu Cyrilli ad Joannem Antiochenum scripsisse dicitur, de qua jam alio loco disputavimus. Nec multis urgendum erit, quod jam ex Leontio et Athatio in superioribus evictum dedimus, multas sub Nostri nomine ab illis qui [45] Nestorii partibus addicti erant, fictas esse litteras. Quanta autem fuit Garnerii facilitas in admittendis illis epistolis, quas ad rem suam facere putavit, tanta ejus fuit morositas, si de illis agitanda erat quæstio, quæ mentem Theodoreti ab impiis Nestorii doctrinis alienam testantur. Hinc pro genuina non habuit Epistolam ad Sporacium, quæ a Sirmondo in Appendicem est relata, non quia spuriam putavit illam, ut Garnerius asserit, sed quia argumentum illius fere idem est cum capite 12 libri quarti *Hæreticarum fabularum*, sicque inter epistolas vix locum obtinere posse videtur. Quod reliquum est, varias harum epistolarum classes constituerunt Dupinius et Garnerius, sed parum certis fundamentis totum illud artificium nititur, quia de multis harum litterarum non satis constat, quo scriptæ sint tempore.

Dogmatici, vel polemici, ut videri posset, argumenti est *Eranistes* seu *Polymorphus*, liber apprime utilis ad redarguendos Eutychianos, quorum erroribus oppositus, ab imperatore Theodosio autem, vel potius ab illis quorum artibus regebatur, adeo male exceptus est, ut jussu imperatoris flammis dignus haberetur. Hoc iniquo fato non imminuta quidem est libri dignitas; tamen, ne quid malæ notæ hæreret, cautum est a Marciano, qui istam Theodosii sanctionem rescindendam esse sapienter statuit. Tres Dialogos liber iste complectitur, quorum unusquisque nomen ab argumento nactus est. Primus inscribitur Ἄτρεπτος, secundus Ἀσύγχυτος, tertius Ἀπαθής. In primo docet, immutabilem esse unigeniti Filii divinitatem; in secundo, non permistam sive inconfusam fuisse in Christo Domino divinitatis et humanitatis unionem; [46] in tertio denique, a passionibus liberam fuisse Salvatoris nostri divinitatem. His subjunguntur Ἀποδείξεις διὰ συλλογισμῶν, ubi validis ratiociniis impugnat errores, contra quos in hoc libro disputat. Genuinum hoc esse Theodoreti scriptum vix dubitari poterit, cum non modo Photius, cod. 46, ejus mentionem fecerit, sed etiam Nicephorus, qui loco jam aliquoties citato hunc librum nomine isto Λόγοι τρεῖς περὶ θείων δογμάτων διαλογιστικῶς συνταχθέντες indigitavit. Ipse quoque auctor illius meminit, tum in epistola (16) ad Irenæum episcopum, tum in illa (83) quam ad Dioscorum Alexandriæ

A episcopum dedit, quæ posterior haud obscurum suppeditat temporis indicium, ex quo colligere possumus, hunc librum jam ante synodum ληστρικὴν fuisse compositum. His denique adjungimus aliud testimonium, quod ex epistola (130) ad Timotheum episcopum scripta, petimus. Miramur itaque Baraterio, præcocis ingenii juveni et temporis sui ornamento, in mentem venire potuisse, hos Dialogos non Theodoreto nostro, sed forsitan juniori hujus nominis scriptori tribuendos esse, ei scilicet, cui nonnulli cum Garnerio libros illos Historiæ ecclesiasticæ ascribunt, quos Gennadius, ut supra diximus, Nostro absque ullo satis gravi causæ suæ fundamento tribuit. Tamen hanc sententiam non ut probabilem tantum proposuit in Appendice ad Anti-Artemo-
B nium Norimb. a 1735, editum, sed pertinacius quoque contra scriptores Memoriarum, ut dicuntur, *Trivultinarum* defendere voluit singulari libello, qui insertus est Bibliothecæ Germanicæ (Gallico idiomate, ut notum scriptæ) vol. XLVIII, p. 50 seq. Sed ea fuit juvenilis audacia, quæ non [47] omni laude caret. Et ipsa juvenis, qui ultra ætatem sapere visus est, disputatio habet nonnulla quæ ulteriori discussione non indigna essent, ea vero alii loco et tempori jam erunt relinquenda. Ad reliquos Scriptoris nostri libros progredimur, si paucis antea lectores de novo Garnerii lapsu monuerimus. Vix amplius quidquam addere opus erit. Latentem in herba anguem videbit, quisquis attente legerit
C ea quæ præcesserunt. Idem quod antea jam aliquoties dictum est contigit Garnerio, cum hunc librum legeret; in Cyrillum enim omnia dicta esse quis nisi ille somniasset? ut fidem faciamus verbis nostris, vel pauca hæc apponemus, quæ Auct. p. 132 exstant, et parum mutatis verbis recurrunt p. 240: « In hoc, inquit, opere, mira quadam arte consilium dissimulat: nam cum per dialogismum in Apollinaristas disputare se fingit, Cyrillum revera et Catholicos impugnat, imo doctrinam Nestorii demonstratione, ut ipse quidem loquitur, confirmare nititur. Laudat quidem Cyrillum in Dialogo secundo, sed maligna laude, cæt. » Quidni hæc postrema sic imitari liceat, invehitur Garnerius in Theodoretum, sed odio maligno?

D Multiplicem Scriptoris nostri doctrinam testantur etiam *Hæreticarum fabularum libri quatuor*, in quibus hæreses tantum non omnes recenset, quæ inde a Simonis Magi diebus usque ad tempora Nestorii et Eutychis innotuerant: quibus omnibus expositis libro quinto subjunxit divinorum dogmatum Epitomen, ut ostenderet, quomodo inter se differant lux et tenebræ, quæ ipsius sunt verba ineunte libro ultimo. Hic sine dubio est liber ille cujus Nicephorus sub nomine ψεύδους καὶ ἀληθείας διάγνωσις meminit, [48] quo titulo etiam insignitur apud Possevinum Appar. sacri tom. II, p. 457, ubi inter libros a Nostro compositos commemoratur volumen quod *Mendacii et veritatis discrimen* inscribitur. Post concilium Chalcedonense hunc li-

brum a Nostro compositum esse haud obscuris indiciis prodit epistola, quæ præmittitur, ad Sporacium, cujus consilio et instituto laborem istum suscepit. Hac temporis nota magnopere premuntur, qui cum Garnerio, Caveo, Oudino aliisque caput duodecimum libri quarti suppositum esse putant, quia in illo Nestorius atris, ut par erat, coloribus depingitur. Specie quidem non carere videntur argumenta, quibus usus est Garnerius, ut sententiam suam tueretur, satis autem ad ea omnia respondit Dupinius *Biblioth. scriptorum eccles.* t. III. Unius Theodori abbatis, ne de Photio jam dicamus, testimonium, omnibus exceptionibus diluendis sufficiet. Hæc enim sunt verba ejus in argumento synodi Ephesinæ : Εἰ δὲ βούλεταί τις γνῶναι, ὅτι Θεοδώρητος καὶ λίαν ἐμίσει Νεστόριον, ἀναγνῷ τὸ περὶ τῶν αἱρέσεων αὐτῷ Θεοδωρήτῳ γεγραμμένον βιβλίον. *Si quis nosse velit, valde exosum Theodoreto fuisse Nestorium, legat librum De hæresibus ab ipso Theodoreto scriptum.* Num ad alium quam hunc, librum, ejusque aliam partem, quam quæ exstat l. IV, cap. 12, hæc trahi possunt, nisi vis inferenda sit verbis? Adeo autem in ipsa veritatis luce cæcutire visus est Garnerius, ut non hanc modo libri quarti particulam Nostro denegandam esse, sed totum quoque de hæresibus librum Nestorio favere, Cyrillo autem adversari putaverit. Quod ne quis acerbius quam verius a nobis dictum esse putet, ipsa ejus verba ascribere haud piget. [49] Ita vero ille, Auct. p. 145 : « Laboriosum, inquit, atque artificiosum dixi opus. Quantus enim labor ponendus fuit in evolvendis scriptoribus, qui in illum usque diem catholicæ fidei causam contra hæreses defenderant? sed quantæ artis erat, quamque callidæ, ita de singulis scribere, ut qui legeret, sensim sine sensu per se ipse invidia consensionis cum hæreticis oneraret unius naturæ Verbi incarnatæ defensores, liberaret duarum propugnatores; id est, ut erant tempora, aut certe opinio vulgi, accusaret Cyrillum, absolveret Nestorium. » Haud dissimilia sunt, quæ p. 245 l. c. leguntur, quæ tamen recitasse est refutasse. Adeat, cui placuerit, Ittigii Dissertationem de hæresiarchis apostolicæ ætatis, p. 13.

Sequuntur Orationes sive Homiliæ decem de Providentia, in quibus exhausisse videtur, quidquid de nobili hoc argumento dici potest. Priores quinque complectuntur ea quæ ad probandam Providentiam divinam faciunt; sive mundi hujus admirabilem structuram, sive corporis nostri fabricam, sive res creatas omnes earumque sapientissimam gubernationem spectaveris : sexta et duæ proximæ versantur in diluendis objectionibus, quæ ab iniqua multorum hominum sorte peti possent. Duæ postremæ magnam ad virtutis studium incitandi vim habent. Docent enim, Providentiæ divinæ illustria non inter Judæos modo, sed inter omnes homines exstare monumenta, pietatisque certissime exspectandos esse fructus, etsi in hac vita nonnullis parum utilis videri posset. Homilias istas Antiochiæ olim a Nostro esse recitatas, multorum est conjectura, [50] specie haud carens. Æram illarum ad ann. C. 433 refert Dupinius Garnerius autem ad ann. C. 430 vel 431.

Idem argumentum illustrandum sibi sumpsit in elegantissimo illo opere, cui titulum fecit, *Curatio Græcarum affectionum*, cujus liber sextus agit de Providentia divina. Plura autem in isto simul præstitit : totam enim gentilium religionem, seu potius superstitionem, libris duodecim ita evertit, ut sanctioris fidei puritatem ac honorem egregie defenderit. Ingeniosior forsitan quam verior est Garnerii conjectura, hunc librum a Theodoreto scriptum esse contra imperatorem Julianum. Quidquid autem sit, non hujus tantum, sed omnium qui eo tempore ingenii et nominis fama inclaruerant, gentilium scripta, indefesso excussit studio, ut in primis observatum est a Sylburgio, cui Græco-Latinam eximii hujus operis editionem Heidelbergæ, ann. 1592, in lucem emissam, eamque præstantissimam, debemus. Silent quidem de hoc opere Photius et Nicephorus, meminit autem ejus Tzetzes Chil. IX, et ipse Theodoretus in epist. 113, ad Leonem Romanum, et in ea (116,) ad Renatum : necnon Quæstione prima in Leviticum. Magnopere itaque falluntur Rivetus et Cocus, qui hunc librum alius scriptoris esse putarunt. Ad istum in primis librum spectant duo epigrammata, quæ ut minus nota hoc loco inserere ab instituto nostro haud alienum esse putamus. [51] Primum ex codice quodam *Augustano* descriptum exstat apud Possevinum Appar. sacri tom. II, p. 457, et ita se habet :

Ὡς Νεῖλος ἄλλος πλημμυρῶν τοῖς σοῖς λόγοις
Θεοδώρητε τῶν Ἀχαιῶν τὴν πλάνην
Πνίγων, τῆς καλὸν πίστεως αὔξεις σπόρον.

Alterum legitur in codice quodam Bibliothecæ Augustæ Vindob. (apud Lambec. lib. IV, p. 179) qui a Petro Patricio ex alio quodam pervetusto codice descriptus, et imperatori Leoni hoc Epigrammate dicatus est. Quia autem prolixior est locus, primos tantum hos apponimus στίχους, qui ad Nostrum spectant :

Καὶ τοῦτο τῆς σῆς ἄξιον μουσουργίας,
Αὐτοκράτορ μέγιστε, βιβλίον, Λέον.
Φέρει γὰρ ἔνδον τῶν πρὶν Ἑλλήνων, ἄναξ,
Cum Scriptura divina doceat, in principio Deum creasse cœlum et terram, deinde post lucis creationem secunda die dicat firmamentum factum esse, inscitiæ plena videtur esse hujusmodi quæstio. Oportebat enim ex temporis ratione, et ipso creationis modo, cœlorum diversitatem nosse, et unum luce prius, alterum vero post lucem, et illud quidem non ex aliqua alia materia, hoc autem ex aquis creatum esse. Nam inquit: « Fiat firmamentum in medio aquæ, et sit discernens inter aquam et aquam [a]. » Deinde cum dixisset quod verbum res secuta est, hoc enim illa significant: « Et factum est ita, » tum postea docet quomodo facta sit. « Et fecit, inquit, Deus firmamentum, divisitque aquas quæ erant sub firmamento, ab his quæ erant super firmamentum. Vocavitque Deus firmamentum cœlum [b]. » At prius cœlum non est appellatum firmamentum, sed cœlum ab initio vocatum est. Hoc enim ab ipsa re sortitum est appellationem. Siquidem cum ex aquarum fluida substantia compositum sit, et natura fluida condensata et consolidata fuerit, firmamentum nominatum est. Deinde quia sursum **15** collocatum est, prioris cœli usum commodo nostro perficiens, cœli nomen sortitum est. Bifariam autem Deus omnium divisit aquarum naturam: et quasdam sursum supra firmamentum collocavit, quasdam deorsum reliquit: ut superiores illæ sua humiditate atque frigiditate non sinerent corrumpi firmamentum ab igne luminarium, reliquæ vero quæ deorsum remanserunt, suis vaporibus aerem foveant exustum et exsiccatum ab igne superiore. Qui igitur non credit secundum esse cœlum, extra semitam rectam incedit: qui vero plures numerare conatur, adhæret fabulis, postposita divini Spiritus doctrina. Pluraliter autem divina Scriptura cœlos nuncupat, dicens: « Cœli cœlorum: » quoniam Hebraica lingua neque cœlum, neque aquam singulari numero novit appellare. Reperire autem est similia multa inter dictiones Græcas. Nullus enim civitatem Athenam singulari numero vocitare solet, sed pluraliter Athenas. Similiter et Delphum civitatem nemo vocat, sed, numero plurali, Delphos. Non ergo tanquam plures sint cœli, plurali numero locuta est Scriptura: sed Hebraicæ linguæ servato idiomate. Quod quidem in alio psalmo manifestius nos docet, illius linguæ prætermisso idiomate, dum inquit: « Cœlum cœli Domino [c]. » Ita ut satis constet quod, quemadmodum cœlum istud nobis est pro tecto, terra vero pro pavimento: ita cœlum quod videmus, pro tecto superpositum cœlum habet.

ΕΡΩΤ. ΙΑ'.

Εἷς οὐρανὸς, ἢ δύο εἰσίν;

Τῆς θείας διδασκούσης Γραφῆς, ὡς ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, εἶτα μετὰ τὴν τοῦ φωτὸς δημιουργίαν ἐν τῇ δευτέρᾳ λεγούσης ἡμέρᾳ τὸ στερέωμα γεγενῆσθαι, πολλὴν ἡ ἐρώτησις τῶν πυνθανομένων ἐμφαίνει τὴν ἄνοιαν. Ἔδει γὰρ καὶ ἐκ τοῦ καιροῦ, καὶ μέντοι καὶ ἐκ τοῦ τρόπου τῆς δημιουργίας, τὸ διάφορον γνῶναι. Ὁ μὲν γὰρ πρὸ τοῦ φωτὸς, ὁ δὲ μετὰ τὸ φῶς. Καὶ ὁ μὲν οὐκ ἔκ τινος· ὁ δὲ ἐξ ὑδάτων. « Γενηθήτω γὰρ, φησὶ, στερέωμα ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος, καὶ ἔστω διαχωρίζον ἀνὰ μέσον ὕδατος καὶ ὕδατος. » Εἶτα εἰπὼν (34) ὡς ὁ λόγος ἔργον ἐγένετο· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ « Καὶ ἐγένετο οὕτως· » διδάσκει καὶ πῶς ἐγένετο. « Ἐποίησε γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς τὸ στερέωμα· καὶ διεχώρισεν ὁ Θεὸς ἀνὰ μέσον τοῦ ὕδατος ὃ ἦν ὑποκάτω τοῦ στερεώματος, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ ὕδατος τοῦ ἐπάνω τοῦ στερεώματος. Καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τὸ στερέωμα οὐρανόν. » Ὁ δὲ πρότερος οὐρανὸς οὐκ ἐκλήθη στερέωμα, ἀλλ' οὐρανὸς ἐξ ἀρχῆς ὠνομάσθη. Οὗτος γὰρ ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος τὴν προσηγορίαν ἐδέξατο. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκ τῆς ῥοώδους τῶν ὑδάτων οὐσίας συνέστη, καὶ ἡ ῥυτὴ φύσις στεγανωτάτη γέγονε καὶ στερέμνιος, προσηγορεύθη στερέωμα. Εἶτα ὡς ἄνωθεν ἐπικείμενος, καὶ προτέρου οὐρανοῦ τὴν χρείαν ἡμῖν πληρῶν, οὐρανὸς προσωνομάσθη. Διχῇ δὲ διεῖλε τῶν ὑδάτων τὴν φύσιν ὁ τῶν ὅλων Θεός· καὶ τὰ μὲν ἄνωθεν ἐπιτέθεικε τῷ στερεώματι, τὰ δὲ κάτω καταλέλοιπεν· ἵνα τὰ μὲν ἄνωθεν ἐπικείμενα τῇ τε ὑγρότητι καὶ ψυχρότητι μὴ συγχωρῇ τῷ πυρὶ τῶν φωστήρων λωβᾶσθαι τὸ στερέωμα· τὰ δὲ κάτω μεμενηκότα διατρέφῃ τοῖς ἀτμοῖς τὸν ἀέρα διαυαινόμενον, καὶ ξηραινόμενον ὑπὸ τοῦ ἄνωθεν ἐπικειμένου πυρός. Τοιγαροῦν καὶ ὁ τῷ δευτέρῳ διαπιστῶν οὐρανῷ ἔξω βαίνει τῆς εὐθείας ὁδοῦ· καὶ ὁ πλείους πειρώμενος ἀριθμεῖν μύθοις ἕπεται, τῆς τοῦ θείου Πνεύματος διδασκαλίας καταφρονῶν. Πληθυντικῶς δὲ ἡ θεία Γραφὴ τοὺς οὐρανοὺς ὀνομάζει, λέγουσα· « Οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν· » ἐπειδὴ τῶν Ἑβραίων ἡ γλῶττα οὔτε τὸν οὐρανὸν, οὔτε τὸ ὕδωρ οἶδεν ἑνικῶς ὀνομάσαι. Εὕροι δ' ἄν τις τοιαῦτα πολλὰ καὶ παρὰ τῇ Ἑλλάδι φωνῇ. Ἀθήναν γὰρ τὴν πόλιν οὐδεὶς ἑνικῶς ὀνομάζει, ἀλλ' Ἀθήνας πληθυντικῶς. Καὶ Δελφῶν πάλιν τὴν πόλιν οὐδεὶς Δελφὸν, ἀλλὰ Δελφοὺς πληθυντικῶς. Οὐ τοίνυν ὡς πολλῶν ὄντων οὐρανῶν ἡ θεία πληθυντικῶς (35) εἶπε Γραφή· ἀλλὰ τὸ ἰδίωμα φυλάξασα τῆς Ἑβραΐδος φωνῆς. Ἐπεὶ ἐν ἑτέρῳ ψαλμῷ σαφέστερον ἡμᾶς τοῦτο διδάσκουσα, καὶ παραλιποῦσα τὸ τῆς γλώττης ἐκείνης ἰδίωμα, οὕτως ἔφη· « Ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ τῷ Κυρίῳ. » Ὡς εἶναι δῆλον, ὅτι καθάπερ οὗτος ὁ οὐρανὸς ἡμῖν ἐστιν ὄροφος, ἡ δὲ γῆ ἔδαφος, οὕτως ὁ ὁρώμενος οὐρανὸς ὄροφον ἔχει τὸν ὑπερκείμενον οὐρανόν.

[a] Gen. I, 6. [b] ibid. 7, 8. [c] Psal. CXIII, 24.

NOTÆ.

(34) *Εἶτα εἰπὼν — ὠνομάσθη*. Desunt.

(35) *Πληθυντικῶς εἶπε*. Desid.

ΕΡΩΤ. ΙΒ'.

A

Τί δή ποτε μίαν εἰκὼν τὴν τῶν ὑδάτων συναγωγὴν, πολλὰς μετὰ ταῦτα δηλοῖ; « Συναχθήτω (36) γάρ, φησί, τὸ ὕδωρ τὸ ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ εἰς τὰς συναγωγὰς αὐτῶν. »

Μία μέν ἐστι τῶν ὑδάτων συναγωγή· τὰ πελάγη γὰρ ἀλλήλοις συνήρμοσται· τὰ μὲν κάτωθεν διά τινων ὑπογείων πόρων· τὰ δὲ καὶ κατ' αὐτὴν τὴν ἐπιφάνειαν. Πληθυντικῶς δὲ πάλιν τὰς *συναγωγὰς* ὠνόμασεν· ἐπειδὴ ἄλλο μὲν τὸ Ἰνδικὸν πέλαγος, ἄλλο δὲ τὸ Ποντικὸν, καὶ τὸ Τυῤῥηνικὸν ἕτερον. Καὶ ἄλλη μὲν ἡ Προποντὶς, ἄλλος δὲ ὁ Ἑλλήσποντος. Καὶ ὁ Αἰγαῖος ἕτερος, καὶ ἄλλος πάλιν ὁ Ἰώνιος κόλπος. Ἔξωθεν δὲ πάλιν ἐπίκειται τὸ μέγιστον πέλαγος, ὃ τινες μὲν Ἀτλαντικὸν, τινὲς δὲ Ὠκεανὸν ὀνομάζουσι. Τούτου χάριν, ὡς μὲν συνημμένην, « συναγωγὴν B μίαν » ὠνόμασεν· ὡς δὲ διῃρημένας, *συναγωγάς*.

ΕΡΩΤ. ΙΓ'.

Τί δή ποτε τὰς οὐκ ἐδωδίμους βοτάνας βλαστῆσαι προσέταξεν ὁ Θεός;

Πολλὰ τῶν ἀλόγων ζώων τὰ γένη· τὰ μὲν θηρία, τὰ δὲ κτήνη προσαγορευόμενα· καὶ τὰ μὲν ἑρπετὰ, τὰ δὲ πτηνά. Τούτοις ἅπασι τροφὴν προηυτρέπισεν ὁ Θεὸς, καὶ ταῦτα δὲ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἕνεκα πεποίηκε χρείας. Αὐτίκα γοῦν καὶ δι' ἡμᾶς αὐτά φησι (37) διατρέφεσθαι. « Τῷ ἐξανατέλλοντι γάρ, φησὶ, χόρτον τοῖς κτήνεσι, καὶ χλόην τῇ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων. » Τὸ τοίνυν τούτῳ ἄχρηστον, ἐκείνῳ χρήσιμον, καὶ τὰ τοῖς ἀνθρώποις οὐκ ἀναγκαῖα (38), C τοῖς δι' ἄνθρωπον[14] γεγενημένοις ἁρμόδια. Πρὸς δὲ τούτοις, προορῶν ὁ Κύριος, ὅτι καὶ πάθη προσγενήσεται τοῖς ἀνθρώποις, ἅ τε δὴ διὰ τὴν ἁμαρτίαν δεξαμένοις τοῦ θανάτου τὸν ὅρον, οὐ μόνον ἐδωδίμους, ἀλλὰ καὶ ἀλεξικάκους τῶν παθημάτων βοτάνας βλαστῆσαι τῇ γῇ προσέταξε. Καὶ τοῦτο μάθοι τις ἂν ἀκριβέστερον παρὰ τῶν τὴν ἰατρικὴν ἠσκημένων τέχνην· ὅτι καὶ τὰ δοκοῦντα εἶναι δηλητήρια, παθῶν ἐστιν ἰατήρια· κεραννύμενα γὰρ ἑτέραις βοτάναις ἀλεξίκακα γίνεται, καὶ ὑγείας παρεκτικά[15].

ΕΡΩΤ. ΙΔ'.

Τῶν φωστήρων δημιουργηθέντων, τί γέγονε τὸ πρότερον φῶς;

D Ὁ Δεσπότης Θεὸς καὶ ἐκ μὴ ὄντων ποιεῖ, καὶ ἐξ ὄντων δημιουργεῖ· τὸν μὲν γὰρ πρότερον οὐρανὸν ἐκ μὴ ὄντων ἐδημιούργησε· τὸν δὲ δεύτερον ἐξ ὑδάτων ἐποίησεν. Οὕτω τὴν γῆν μὴ οὖσαν παρήγαγεν· τὰ γένη δὲ τῶν δένδρων καὶ τῶν σπερμάτων αὐτῇ (39)

16 INTERR. XII.

Cur unam cum dixerit congregationem aquarum, multas postmodum designat? « Congregetur enim, inquit, aqua quæ sub cælo est, in congregationes suas. »

Una quidem est aquarum congregatio, quoniam inter se maria conveniunt, quædam deorsum per meatus subterraneos decurrentia, alia secundum ipsam superficiem terræ. Sed plurali numero *congregationes* dixit, quoniam aliud est mare Indicum, aliud Ponticum, et aliud Tyrrhenum. Item aliud est Propontis, aliud Hellespontus. Similiter alius est Ægæus sinus, alius Ionius. Extra vero rursus adjacet maximum mare, quod nonnulli vocant mare Atlanticum, quidam vero Oceanum appellant. Hac de causa Scriptura sacra « congregationem unam aquarum, » veluti coadunatam appellavit: *congregationes* vero, tanquam distinctas.

INTERR. XIII.

Qua de causa Deus herbas non esculentas jussit germinare?

Multa sunt animalium irrationalium genera, quædam feræ, alia jumenta appellata: et nonnulla reptilia, alia volatilia. His igitur omnibus animalibus escam præparavit Deus, quæ etiam in hominum usum condidit. Unde et eis propter nos pabulum dari dicit: « Qui producit, inquit, fenum jumentis, et herbam commodo hominum [d]. » Quod igitur huic inutile est, alteri maxime congruit, et quæ non sunt hominibus necessaria, iis quæ propter hominem creata sunt conveniunt. 17 Ad hæc prævidens Dominus, futurum ut homines in morbos prolaberentur, utpote qui sententiam mortis propter peccatum receperant, jussit terram herbas producere, non tantum esui, sed etiam morbis depellendis aptas. Et hoc diligentius quis nosse poterit ab his qui medicinæ artem exercuerunt, quod hæ quæ videntur esse venenosæ, morborum remedia continent. Permistæ enim aliis herbis morbis propellendis inserviunt, et sanitatem procurant.

INTERR. XIV.

Luminaribus creatis, quid factum est priori luci?

Dominus Deus tum ex nihilo, tum ex his quæ sunt, creare solet. Nam prius cœlum ex nihilo creavit, posterius autem ex aqua fecit. Sic et terram, quæ prius non erat, produxit: genera vero arborum et seminum germinare illam jussit. Igi-

[d] Gen. I, 9. [e] Psal. CIII, 14.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[14] Cat. p. 28. δι' αὐτούς· [15] Nova quidem esse, et locum inter quæst. 13 et 14 sibi vindicare videntur, quæ in catena p. 29, ad Gen. I, 12, legimus, addito Theodoreti nomine: Τὸ δὲ σπεῖρον σπέρμα, τουτέστι τὸ σπερμαῖνον σπέρμα κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοιότητα, ὃν τρόπον καὶ Ἀκύλας ἡρμήνευσε. Sed his fere gemina exstant infra p. 65, ad finem quæst. 51, ubi ista desunt in catena.

NOTÆ.

(36) Cod. συνήχθη.
(37) *Φησί.* Deest.
(38) *Οὐκ ἀναγκαῖα — γεγενημένοις.* Desunt.
(39) Αὐτῇ. Deest.

tur et lucem creavit, quemadmodum ei libuit. Sicuti vero firmamento distinxit aquarum naturam, et quasdam sursum collocavit, reliquas deorsum reliquit: sic lucem illam distinguens pro arbitrio suo, luminaria magna et parva condidit.

A βλαστῆσαι προσέταξεν. Καὶ τὸ φῶς τοίνυν ἐδημιούργησεν ὡς ἠθέλησεν. Ὥσπερ δὲ τῷ στερεώματι διεῖλε τῶν ὑδάτων τὴν φύσιν, καὶ τὰ μὲν ἐπιτέθεικεν ἄνωθεν, τὰ δὲ κάτωθεν καταλέλοιπεν· οὕτως ἐκεῖνο τὸ φῶς διελὼν ὡς ἠθέλησεν, τοὺς φωστῆρας τοὺς μεγάλους καὶ τοὺς μικροὺς κατεσκεύασεν.

INTERR. XV.

Quid hoc est : « In signa, et in tempora, et in annos, et in dies [f] *? »*

Sol ortu suo atque occasu dies facit: cum autem percurrerit australes atque aquilonares partes, annalem circulum perficit. Idemque solstitia efficit, quæ tempora Scriptura divina nominat. Transiens enim ab æquinoctio **18** ad aquilonem, ver facit: et inde rediens ad eosdem terminos, æstivale solstitium producit: procedente autem eo inde ad meridiem, autumnus nascitur: et inde revertens, hiemem producit. Ex cursu autem lunæ mensium numerum discimus. Nam cursu triginta dierum, demptis sex horis, suum cursum absolvit. Quam nempe ob causam tot dierum numerum mensem appellamus: siquidem et lunam vocant μήνην, *menen*. Quod autem dicitur, *in signa*, non intelligimus secundum opinionem quorumdam stultorum. Siquidem vanam illam de cujusque nativitate disceptationem, nec Pythagoras, nec Socrates, nec Plato, nec Stoici receperunt. Quod si qui in fabulis educati sunt, hujus fabulæ impietatem exsecrantur, quis divinis sermonibus credens hæc non modo impia, sed valde etiam fatua recipiat? *Signa* igitur vocat Scriptura divina, quibus cognoscamus tempus opportunum seminandi, plantandi, purgandi, et ligna cædendi ad navium et domuum constructionem idonea. Inde etiam nautæ didicerunt, quando opportune navem subducere vel impellere conveniat, et quando vela pandere aut contrahere oporteat. Experientia enim ipsos docuit astrorum ortus et occasus. Sæpe etiam nos quoque hac ratione cometam, aut barbatam stellam, aut trabem videntes, incursus hostium novimus, aut locustæ irruptionem, aut jumentorum vel hominum cladem futuram. Hæc igitur *signa* vocavit Scriptura, non illa plane dementiæ atque impietatis plena.

ΕΡΩΤ. ΙΕ.

Τί ἐστι τὸ « Εἰς σημεῖα, καὶ εἰς καιροὺς, καὶ εἰς ἐνιαυτοὺς, καὶ εἰς ἡμέρας· »

Ὁ ἥλιος ἀνίσχων μὲν καὶ δυόμενος τὰς ἡμέρας ποιεῖ· εἰς δὲ τὰ νότια καὶ τὰ βόρεια μέρη διατρέχων, τὸν ἐνιαύσιον κύκλον ἀποτελεῖ. Οὗτος καὶ τὰς τροπὰς ἐργάζεται, ἃς καιροὺς ὠνόμασεν ἡ θεία Γραφή. Ἀπὸ γὰρ τοῦ ἰσημερινοῦ τόπου πρὸς τὰ βόρεια μεταβαίνων, τὸ ἔαρ ποιεῖ· εἶτα ἐκεῖθεν ἐπανιὼν μέχρι τούτων τῶν ὅρων, τὴν θερινὴν κατασκευάζει τροπήν· προϊόντος δὲ αὐτοῦ ἐντεῦθεν ἐπὶ τὰ νότια, τὸ μετόπωρον γίνεται· ἐπανιὼν δὲ αὖθις, τὸν χειμῶνα ποιεῖ. Ἐκ δὲ τοῦ δρόμου τῆς σελήνης τὸν τῶν μηνῶν μανθάνομεν ἀριθμόν. Διὰ τριάκοντα γὰρ ἡμερῶν, ἐξ (40) ὡρῶν δεουσῶν, τὸν οἰκεῖον δρόμον πληροῖ. Οὗ δὴ χάριν τὸν τῶν τοσούτων ἡμερῶν ἀριθμὸν μῆνα προσαγορεύομεν. Ἐπειδὴ καὶ τὴν σελήνην ὀνομάζουσι μήνην. Τὸ δὲ *εἰς σημεῖα*, οὐ κατὰ τοὺς ἀνοήτους νοοῦμεν ἡμεῖς. Τῆς γὰρ γενεθλιαλογίας τὴν ματαιολογίαν, οὐδὲ Πυθαγόρας, οὐδὲ Σωκράτης, οὐδὲ Πλάτων, οὐδὲ οἱ Στωϊκοὶ προσεδέξαντο. Εἰ δὲ οἱ τοῖς μύθοις ἐντεθραμμένοι τοῦδε τοῦ μύθου τὸ ἀσεβὲς ἐβδελύξαντο· τίς ἂν τοῖς θείοις πιστεύων λογίοις, τῶν οὐ δυσσεβῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ λίαν ἀνοήτων ἀνάσχοιτο λόγων; *Σημεῖα* τοίνυν ἡ θεία καλεῖ Γραφὴ, τὸ εἰδέναι σπόρου καιρὸν, τοῦ φυτεῦσαι, τοῦ καθᾶραι, τοῦ ξύλα τεμεῖν εἰς ναυπηγίαν καὶ οἰκοδομίαν ἐπιτήδεια. Ἐντεῦθεν (41) καὶ οἱ ναυτιλίᾳ χρώμενοι μεμαθήκασι, πότε μὲν ἀπᾶραι, πότε δὲ καθορμίσαι τὸ σκάφος προσήκει· καὶ πότε μὲν πετάσαι δεῖ τὸ ἱστίον, πότε δὲ καθελεῖν. Ἡ πεῖρα γὰρ αὐτοὺς ἐξεπαίδευσε τὰς τῶν ἀστέρων ἀνατολάς τε καὶ δύσεις· πολλάκις δὲ καὶ ἡμεῖς κομήτην, ἢ πωγωνίτην, ἢ δοκίδην (42) ἰδόντες, ἢ πολεμίων ἔγνωμεν προσβολὴν, ἢ ἀκρίδος ἐμβολὴν, ἢ κτηνῶν ἢ ἀνθρώπων φθοράν. Ταῦτα τοίνυν *σημεῖα* ἐκάλεσεν, οὐκ ἐκεῖνα τὰ πάσης ἀνοίας καὶ δυσσεβείας μεστά.

B

C

D

19 INTERR. XVI.

Quare Deus creavit plantas ante luminaria, post illa vero condidit animalia?

Oculos habent animalia, nec lucis excessum ferre potuissent. Lux vero distributa in parva et magna luminaria convenientem oculis animalium splendorem reddit. Plantarum autem natura sensus prorsus est expers.

ΕΡΩΤ. ΙϚ'.

Τί δή ποτε τὰ μὲν φυτὰ πρὸ τῶν φωστήρων ἐποίησε, τὰ δὲ ζῶα μετὰ τούτους;

Ὀφθαλμοὺς ἔχει τὰ ζῶα, καὶ τοῦ φωτὸς τὴν ὑπερβολὴν οὐκ ἂν ἤνεγκε. Τοῦτο δὲ διανεμηθὲν εἰς τοὺς μικροὺς καὶ μεγάλους φωστῆρας σύμμετρον τῇ ὄψει τῶν ζώων ἀφίησιν αἴγλην. Τῶν δὲ φυτῶν ἡ φύσις αἰσθήσεως ἄμοιρος.

[f] Gen. I, 14.

NOTÆ.

(40) *Ἐξ ὡρῶν — ἀριθμὸν* desunt

(41) Cod. et Pic. ἐνταῦθα.

(42) Cod. et Pic. pro ἢ δοκίδην ἰδόντες, habent, εἰ δοκεῖ δὲ καὶ ἡμεῖς. Sed minus bene.

A

ΕΡΩΤ. ΙΖ'.

Τίνος χάριν τὰ μὲν φυτὰ οὐκ ηὐλόγησε, τοῖς δὲ ζώοις ἔφη· « Αὐξάνεσθε, » καὶ τὰ ἑξῆς;

Τῶν λειμώνων, καὶ τῶν λῃΐων, καὶ παντοδαπῶν βοτανῶν καὶ δένδρων εὐθὺς ἐθελήσας τὴν γῆν ἐπλήρωσεν ἅπασαν· τὰ δέ γε ἄλογα (43) ζῶα ἀνὰ δύο παρήγαγεν. Εἰκότως τοίνυν αὐτοῖς τὴν εὐλογίαν προσήνεγκεν· ἵνα διὰ τῆς πολυγονίας τὰ μὲν πελάγη, καὶ λίμνας, καὶ ποταμούς, τὰ δὲ τὸν ἀέρα, τὰ δὲ πληρώσῃ τὴν γῆν.

ΕΡΩΤ. ΙΗ'.

Διὰ τί τὰ θηρία, καὶ τὰ ἑρπετὰ πεποίηκεν ὁ Θεός;

B Δεῖται τὰ παιδία καὶ μορμολυκείων, καὶ ἱμάντων, καὶ ῥάβδων· καὶ τοῖς μὲν αὐτὰ δεδιττόμεθα, τοῖς δὲ καὶ παιδεύομεν· ἑκάτερα (44) δὲ δρῶμεν, πᾶσαν αὐτοῖς εὐταξίαν πραγματευόμενοι. Ἐπειδὴ τοίνυν προῄδει ἡμᾶς ὁ Δεσπότης Θεὸς εἰς ῥᾳθυμίαν ἐκκλινοῦντας, οἷον ἱμάντας τινὰς καὶ μορμολυκεῖα προκατεσκεύασε τὰ θηρία· ἵνα τούτοις ἡμᾶς δεδιττόμενος, πρὸς ἑαυτὸν ἕλκῃ, καὶ καλεῖν εἰς συμμαχίαν παρασκευάζῃ. Ἀλλ' ὥσπερ οἱ τέλειοι καὶ τῶν μορμολυκείων, καὶ τῶν ἱμάντων καταφρονοῦσιν, οὕτως οἱ τῆς ἀρετῆς τρόφιμοι τὰς τῶν θηρίων οὐ δειμαίνουσι προσβολάς. Καὶ γὰρ τῷ Ἀδὰμ πρὸ τῆς ἁμαρτίας παρεστήκει τὰ θηρία τὴν δουλείαν ὁμολογοῦντα, καὶ τῷ Νῶε πάλιν εἰς τὴν κιβωτὸν εἰσιόντι, δίκην προβάτων καὶ λέων ἠκολούθει, καὶ πάρδαλις, καὶ τῶν ἑρπετῶν τὰ πικρότατα· καὶ τῷ Δανιὴλ C παρεστήκεισαν οἱ λέοντες, ὀρεγόμενοι μὲν τροφῆς, πελάσαι δὲ μὴ τολμῶντες. Τοὺς γὰρ θεοειδεῖς τῆς θείας εἰκόνος ἑώρων ἐν αὐτῷ χαρακτῆρας· οὕτως ἔχις τῇ τοῦ Ἀποστόλου χειρὶ τοὺς ὀδόντας[18] ἐμβαλοῦσα, καὶ τῆς ἁμαρτίας τὸ χαῦνον καὶ χαλαρὸν οὐχ εὑροῦσα, ἀπεπήδησε παραυτίκα, καὶ κατὰ τῆς πυρᾶς ἥλατο, ὥσπερ δίκας ἑαυτὴν εἰσπραττομένη, ὅτι τῷ μηδαμόθεν προσήκοντι προσεβάλετο σώματι. Ἡμεῖς δὲ τὰ θηρία δεδοίκαμεν, ἐπειδὴ τῆς ἀρετῆς τὴν πολιτείαν οὐκ ἔχομεν. Καὶ οὕτω δὲ ῥᾳθυμούντων κηδόμενος ὁ Θεός, τοὺς ἐρημοτέρους ἐκείνοις ἀπεκλήρωσε τόπους, καὶ τὸν τῆς νυκτὸς αὐτοῖς καιρὸν ἀπένειμεν εἰς διατροφήν· « Ἐν αὐτῇ γάρ, φησί, διελεύσονται πάντα τὰ θηρία τοῦ δρυμοῦ. » Τοῖς D ἑρπετοῖς δέ, τοὺς (45) ἐν τῇ γῇ δέδωκε χηραμούς, ὅπως ἐν ἐκείνοις ἐγκρυπτόμενα μὴ λυμαίνωσι τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος. Ἵνα δὲ μὴ παντάπασιν ἀλώβητοι διαμένοντες καταφρονῶμεν αὐτῶν, ὡς βλάπτειν ἥκιστα δυναμένων· ἔστιν ὅτε συγχωρεῖ δύο τινὰς ἢ τρεῖς ἐκ πολλῶν μυριάδων, ὁ (46) σοφῶς τὰ καθ' ἡμᾶς πρυτανεύων, ἢ ὑπὸ σκορπίων κεντᾶσθαι, ἢ

INTERR. XVII.

Cur Deus non benedixit plantis, animalibus autem dixit : « Crescite, et multiplicamini [g], » et quæ sequuntur?

Deus pro nutu suo statim universam terram replevit pratis, segetibus *, et aliis omnis generis herbis et arboribus : bruta vero animalia bina creavit. Unde merito benedictionem eis largitus est, ut per multiplicationem quædam replerent maria, lacus et fluvios, quædam aerem, nonnulla vero terram.

INTERR. XVIII.

Ad quid Deus creavit bestias et reptilia?

Pueri tum terriculamentis tum etiam loris et virgis indigent. Et per illa quidem ipsos terremus, per hæc autem erudimus, utraque vero facimus, honestatem omnem eis procurantes. Cum igitur Dominus Deus animadvertisset nos ad ignaviam proclives, bestias et reptilia prius condidit, veluti lora quædam et terriculamenta : ut per ea nos terrens ad se traheret, nosque, ut ejus auxilium imploraremus, adduceret. At quemadmodum qui perfectam ætatem attigerunt, terriculamenta hujusmodi et lora contemnunt : sic qui in virtute educati sunt, bestiarum incursus haud formidant. Siquidem Adamo, **20** prius quam peccasset, assistebant bestiæ obsequium deferentes. Et rursum, ipsum Noe ingredientem arcam, leo, pardus, et reptilium atrocissima quæque ovium more sequebantur. Et Danieli aderant leones, qui alioqui famelici accedere tamen ad eum non audebant, eo quod in illo specimen quoddam divinam imaginem præ se ferens conspicerent. Itidem vipera, quæ dentes injecerat in manum Apostoli [h], cum peccati nihil infirmum aut molle in eo reperisset, mox resiliit, et in ignem se conjecit, supplicium quodammodo de se ipsa sumens, quod corpus sibi nullatenus conveniens adorta esset. Nos autem ideo bestias formidamus, quia virtute præditis moribus non sumus. Et ob id Deus socordium etiam hominum curam agens, eas in remotiora loca relegavit, et iis nocturnum tempus ad escam quærendam largitus est. « In ipsa enim (nocte) ait, transibunt omnes bestiæ silvæ [i]. » Reptilibus vero antra terræ præbuit, ut in eis latentia humano generi non noceant. At ne bestias, velut ab his prorsus illæsi, contemnamus, quasi nobis minime nocere possint, nonnunquam duos aut tres e multis millibus vel a scorpionibus pungi, aut a serpentibus morderi permittit is qui sapienter res nostras gubernat; ut nos veriti, ne quid

[g] Gen. I, 22. [h] Act. XXVIII, 3. [i] Psal. CIII, 20.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[18] Cat. p. 38 τοὺς ὀδόντας om.

NOTÆ.

(43) Ἄλογα. Cod. et Pic. ἄλλα.
(44) Ἑκάτερα δὲ δρῶμεν desunt.
(45) Cod. τοῖς.
(46) Ὁ Cod. et Pic. ὡς.

simile patiamur, Deum creatorem * in auxilium invocemus, obsecrantes ut ille omnium malorum depultrice providentia nos tueatur. Præterea et ad alia bestiæ non sunt nobis inutiles. Nam ex eis medici pharmaca non pauca componunt ad **21** morbos propulsandos. Nemo igitur bestiis per se consideratis de Creatore conqueratur, sed utilitatem investiget. Siquidem ipsum etiam corpus humanum, quamvis formosum, temperatum, et varia partium utilitate præditum, mucco tamen, et sputo, ac fetido stercore, quod excernit, non caret. Nullus tamen sanæ mentis ex his animal vituperat. Neque enim absque his agere vitam potest, sed per hæc firmum est et vegetum. Siquidem eget pituita, sanguine, et utraque bile. At quemadmodum per hæc consistit, sic per eadem dilabitur. Unius enim horum excessu aut defectu enecatur animal. Sic rursus digitorum articulum unum si quis abscindat, illum prorsus inutilem esse deprehendet. At conjunctus maximam corpori utilitatem præbet. Sic igitur et nos agere convenit, ut non singulas per se naturæ partes consideremus, sed earum in universo utilitatem spectemus. Nam et ignis adurendi vim habet, nec tantum corpora consumit, sed domos etiam incendit, et naves, et segetes. Et tamen unum est ex quatuor elementis, ex quibus omnia constant, et sine hoc vivere mortalium natura non potest. Et aqua similiter terram inundat, domos destruit, navigantium plurimos exhaurit, nocet etiam iis qui intempestive vel immodice bibere non verentur. Nemo tamen, nisi demens, perniciosam aquam appellarit. Hæc enim et terram irrigat, et plantas alit, et bruta animalia, ipsamque hominum naturam. Ad hunc ergo modum et aliorum unumquodque examinamus, non ipsum per se considerantes, noxiumne sit, **22** an commodum: sed an aliquam universo utilitatem conferat. Nam et feræ hominem reverentur propter attributam illi ab initio in ipsas potestatem. Interdum tamen illum velut divinæ legis prævaricatorem contemnunt: quemadmodum improbi servi despicere illos solent, qui eos regere a dominis jussi sunt, si eos viderint admissis criminibus auctoritatem amisisse.

A ὑπὸ ὄφεων δάκνεσθαι· ἵν' ἡμεῖς, ὡς δεδιότες μή τι παραπλήσιον πάθοιμεν, εἰς ἐπικουρίαν καλῶμεν τὸν πεποιηκότα Θεὸν, καὶ ὑπὸ τῆς παναλκοῦς ἐκείνης προμηθείας φρουρεῖσθαι παρακαλῶμεν. Ἄλλως τε οὐδὲ ἐν τοῖς ἄλλοις ἡμῖν ἄχρηστα τὰ θηρία. Πολλὰ γὰρ καὶ ἐκ τούτων ἀλεξίκακα ἰατρῶν παῖδες κατασκευάζουσι φάρμακα. Μηδεὶς τοίνυν αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τὸ θηρίον ἐξετάζων ἐπιμεμφέσθω τῷ ποιητῇ, ἀλλὰ τὴν χρείαν ἐπιζητείτω. Ἐπεὶ καὶ τὸ σῶμα τὸ ἀνθρώπινον πολλὴν ἔχει καὶ ὥραν, καὶ ἁρμονίαν, καὶ τῶν μορίων τὴν χρείαν· ἀλλ' ἔχει καὶ κόρυζαν (47), καὶ πτύελον, καὶ δυσώδη κόπρον ἐκκρινομένην. Ἀλλ' οὐδεὶς εὖ φρονῶν ἀπὸ τούτων διαβάλλει τὸ ζῶον. Δίχα γὰρ τούτων βιῶναι τῶν ἀδυνάτων· διὰ γὰρ τούτων ἀρδευόμενον τέθηλεν. Χρῄζει γὰρ καὶ φλέγματος, καὶ B αἵματος καὶ χολῆς ἑκατέρας. Ἀλλ' ὥσπερ διὰ τούτων συνέστηκεν, οὕτως καὶ διὰ τούτων διόλλυται. Ἑνὸς γὰρ τῶν εἰρημένων ἢ πλεονασμὸς, ἢ ἔνδεια, διόλλυσι τὸ ζῶον. Οὕτω (48) πάλιν εἴ τις μίαν τῶν δακτύλων ἐκτέμῃ σκυταλίδα, ὄψεται παντελῶς αὐτὴν ἄχρηστον· ἀλλὰ συνημμένη πλείστην παρέχει τῷ σώματι τὴν χρείαν. Οὕτω τοίνυν καὶ ἡμᾶς προσήκει ποιεῖν· μὴ αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ ἕκαστον μέρος ἐξετάζειν τῆς κτίσεως· ἀλλὰ ζητεῖν εἰ τῷ παντὶ χρήσιμον. Ἐπεὶ καὶ τὸ πῦρ καυστικόν ἐστι· καὶ οὐ μόνον σώματα διαφθείρει, ἀλλὰ καὶ οἴκους ἐμπίπρησι, καὶ πλοῖα, καὶ λήϊα. Ἀλλ' ὅμως ἕν ἐστι τῶν τεσσάρων στοιχείων, δι' ὧν τὰ πάντα συνήρμοσται· καὶ δίχα τούτου τὴν θνητὴν φύσιν διαβιῶναι τῶν C ἀδυνάτων. Καὶ ὕδωρ ὡσαύτως ἐπικλύζει τὴν γῆν, οἰκίας καταλύει, παμπόλλους τῶν ναυτιλλομένων διόλλυσι. Λυμαίνεται δὲ καὶ τοὺς ἀκαίρως καὶ ἀμέτρως πίνειν ἀνεχομένους. Ἀλλ' οὐδεὶς μὴ κομιδῇ παραπαίων ὀλέθριον τὸ ὕδωρ ὠνόμασε. Τοῦτο γὰρ καὶ τὴν γῆν ἄρδει, καὶ τὰ φυτὰ τρέφει, καὶ τὰ ἄλογα ζῶα, καὶ τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν. Οὕτω τοίνυν καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ἐξετάζομεν, μὴ αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ βασανίζοντες, εἴ τε λυμαντικόν ἐστιν, εἴ τε ὠφέλιμον· ἀλλ' εἰ τῷ κοινῷ συντελεῖ τινα χρείαν. Καὶ θηρία γὰρ αἰδεῖται μὲν τὸν ἄνθρωπον διὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς δοθεῖσαν αὐτῷ κατ' αὐτῶν ἐξουσίαν· ὡς παραβεβηκότος δὲ τὸν θεῖον νόμον, ἔστιν ὅτε καταφρονεῖ· καὶ D γὰρ καὶ οἱ πονηροὶ δοῦλοι διαπτύειν εἰώθασι τοὺς ἰθύνειν αὐτοὺς παρὰ τῶν δεσποτῶν κεκελευσμένους, ὅταν ἴδωσι διὰ πλημμελήματα παῤῥησίας ἐστερημένους.

* INTERR. XIX.

Cuinam dixit Deus: « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram? »

Exsecrandi quidam hæretici dixerunt Deum hæc locutum esse angelis et improbis dæmonibus: non intelligentes stupidi homines hujusmodi, quid sibi velit illud: « Ad imaginem nostram. » Substantia enim Dei et angelorum non est una, neque imago est eadem. Ille enim æternam habet naturam, hi

ΕΡΩΤ. ΙΘ'.

Τίνι ὁ Θεὸς εἴρηκε, « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν; »

Τινὲς μὲν τῶν δυσωνύμων αἱρετικῶν πρὸς τοὺς ἀγγέλους αὐτὸν εἰρηκέναι, καὶ τοὺς πονηροὺς δαίμονας ἔφασαν· οὐ συνιέντες οἱ ἐμβρόντητοι τὸ « Κατ' εἰκόνα ἡμετέραν. » Θεοῦ γὰρ οὐσία καὶ ἀγγέλων οὐ μία (49), οὔτε εἰκὼν ἡ αὐτή· ὁ μὲν γὰρ ἀΐδιον ἔχει τὴν φύσιν· οἱ δὲ αὐτὸν ἔχουσι ποιητὴν καὶ δημιουρ-

NOTÆ.

(47) Cod. *κόνυζαν*.

(48) *Οὕτω — ὥσπερ*. Des. in cod. et apud Pic.

(49) *Καὶ — μία*. Des

γὸν, παρ' αὐτοῦ δεδεγμένοι τὸ εἶναι, οἱ δὲ δαίμονες καὶ εἰς πονηρίαν ἑκόντες ἐτράπησαν. Ἀνοίας τοίνυν ἐσχάτης, τὸ μίαν ὑπολαβεῖν εἰκόνα τῶν πονηρῶν δαιμόνων, καὶ τοῦ πελάγους τῆς ἀγαθότητος. Ἰουδαῖοι δὲ εἰς ἑτέραν ἐξώκειλαν παραφροσύνην. Φασὶ γὰρ πρὸς ἑαυτὸν εἰρηκέναι τὸν τῶν ὅλων Θεὸν τὸ « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον, » κατά τινα μίμησιν τῶν τὰς μεγάλας πεπιστευμένων ἀρχάς. Καὶ γὰρ ὕπαρχοι (50) καὶ στρατηγοὶ πληθυντικῶς εἰώθασι λέγειν τό· Κελεύομεν, καὶ γράφομεν, καὶ προστάττομεν, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Καὶ οὐ συνεῖδον οἱ παραπλῆγες, ὡς ἑνικῶς τὰ πλεῖστα ὁ τῶν ὅλων λέγει Θεός. « Καιρὸς γάρ, φησί, παντὸς ἀνθρώπου ἥκει ἐναντίον μου, » Καὶ « Ἐνεθυμήθην ὅτι ἐποίησα τὸν ἄνθρωπον, » καὶ « Ἀπαλείψω τὸν ἄνθρωπον. » Καί, « Οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ, » καί, « Ἰδοὺ ἐγὼ ποιῶ καινά, ἃ νῦν ἀνατέλλει, » καί, « Ἀνοίξω ἐπὶ τῶν ὀρέων πηγάς, καὶ ἐπὶ τῶν βουνῶν ποταμούς. » Καὶ ἐν πάσῃ δὲ ὡς ἐπίπαν τῇ θείᾳ Γραφῇ ἑνικῶς ἔστιν ἀκοῦσαι τοῦ τῶν ὅλων διαλεγομένου Θεοῦ. Ὀλιγάκις δὲ πληθυντικῶς τὴν διάλεξιν σχηματίζει, τῶν τῆς Τριάδος προσώπων ἐμφαίνων τὸν ἀριθμόν. Καὶ γὰρ ἡνίκα τὰς γλώσσας συνέχεεν, οὐχ ἑνικῶς εἶπε, « Καταβήσομαι, καὶ (51) συγχεῶ τὰς γλώσσας· » ἀλλά, « Δεῦτε, καταβάντες συγχέωμεν αὐτῶν τὰς γλώσσας [17]. » Καὶ ἐνταῦθα τοίνυν, ἐπειδὴ τὸ λογικὸν διέπλαττε ζῶον, ὃ μετὰ πολλὰς ἀνακαινίζειν ἤμελλε γενεάς· ταῖς τῆς ἁγίας Τριάδος ἐπικλήσεσι τελεσιουργῶν τὸ πανάγιον βάπτισμα· μέλλων δημιουργεῖν τὴν ἐκεῖνα παραληψομένην τὰ μυστήρια φύσιν· αἰνιγματωδῶς καὶ τὸ ταυτὸν τῆς οὐσίας, καὶ τὸν τῶν προσώπων παρεδήλωσεν ἀριθμόν. Τῷ φάναι μὲν γάρ, « εἶπεν ὁ Θεός, » τὸ κοινὸν τῆς θείας ἐδήλωσε φύσεως· ἐπαγαγὼν δὲ τὸ *ποιήσωμεν*, ἐνέφηνε τῶν προσώπων τὸν ἀριθμόν. Οὕτω πάλιν ἑνικῶς μὲν εἰπὼν *τὴν εἰκόνα*, τὸ ταυτὸν τῆς φύσεως ἔδειξεν. Οὐ γὰρ εἶπε κατ' εἰκόνας, ἀλλὰ « Κατ' εἰκόνα. » *Ἡμετέραν* δὲ εἰρηκώς, τὸν τῶν ὑποστάσεων δεδήλωκεν ἀριθμόν. Ἅπαντα γὰρ προορῶν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἤδη (52) γεγενημένα [18] τὰ μήπω γενόμενα, καὶ προθεωρῶν τὴν τοῦ Μονογενοῦς σάρκωσίν τε καὶ ἐνανθρώπησιν, καὶ ὡς ταύτην τὴν φύσιν ἐκ Παρθένου λήψεται, καὶ οὕτως ἑαυτῷ συνάψει τε καὶ ἑνώσει, ὡς ἓν (53) πρόσωπον Θεοῦ τε καὶ ἀνθρώπου νοεῖσθαι, καὶ μίαν αὐτῷ προσκύνησιν παρὰ τῆς κτίσεως ἁπάσης προσφέρεσθαι· μάλα εἰκότως καὶ αὐτὴν τοῦ γένους τὴν κρηπῖδα τιμῆς μεγίστης ἠξίωσε. Καὶ πρῶτον βουλὴν τῆς δημιουργίας προτάξας (54), ἵνα τοῦ δημιουργουμένου (55) τὸ λογικὸν προσημάνῃ· ἵνα τῶν προσώπων παραδηλώσας τὸν ἀριθμόν, ἵνα τοὺς ὕμνους ὁ μέλλων προσφέρειν

A vero opificem et creatorem habent ipsum, a quo acceperunt ut essent. Dæmones autem etiam sponte conversi sunt ad malitiam. Extremæ igitur dementiæ est fateri unam imaginem esse dæmonum improborum et immensæ bonitatis. Judæi vero ad aliam se converterunt insaniam. Aiunt enim Deum universorum sibi ipsi dixisse, « Faciamus hominem, » eorum more quibus imperia summa credita sunt. Nam et præfecti, et magistri militum, plurali numero consueverunt dicere : Jubemus, scribimus et mandamus, et quæ sunt hujusmodi. At insani non animadverterunt, quod plurima Deus omnium effari soleat singulari numero. « Tempus enim, inquit, omnis hominis venit coram me [j], » et : « Pœnitet me fecisse **23** hominem [k], » et, « Delebo hominem. » Item : « Non erunt tibi dii alii præter
B me [l] ; » et : « Ecce ego facio nova, quæ nunc orientur [m] ; » et : « Aperiam in montibus fontes, et in collibus flumina [n]. » Et in universa plane Scriptura divina licet audire Deum omnium singulari numero loquentem. Raro autem pluraliter sermonem format, nisi cum innuit numerum personarum Trinitatis. Etenim cum linguas confunderet, non dixit singulariter : « Descendam et confundam linguas, » sed : « Venite, descendentes confundamus ipsorum linguas [o]. » Et hoc igitur loco, quoniam Deus animal rationale formabat, quod postea renovaturus erat post multas generationes, sanctæ Trinitatis invocationibus sacrosanctum baptisma instituens,
C cum fabricaturus esset naturam cui hæc mysteria crederentur, subobscure identitatem substantiæ et personarum numerum aperuit. Dum enim inquit, « dixit Deus, » communionem divinæ naturæ indicavit : subjungens autem illud, *faciamus*, expressit numerum personarum. Similiter cum iterum singulari numero dixit *imaginem*, eamdem esse naturam ostendit. Non enim dixit, ad imagines, sed, « Ad imaginem. » Cum autem dixit *nostram*, numerum hypostaseon manifestavit. Deus enim, qui prænoscit omnia, quæ nondum facta sunt, tanquam jam facta, et qui prævidebat fore ut Unigenitus carnem et humanam naturam assumeret, utque ex Virgine hanc naturam sumpturus esset, quam sibi coaptaret et uniret sic, ut una persona Dei et ho-
D minis intelligatur, et una eademque illi **24** adoratio ab universa creatura deferatur : justa de causa et ipsam, velut generis fundamentum, summo honore dignatus est; atque in primis creationi consilium anteposuit, ut quod in creatura rationale erat præmonstraret ; deinde personarum numerum

[j] Gen. vi, 13. [k] ibid. 7. [l] Exod. xx, 3. [m] Isa. xliii, 19. [n] Isa. xli, 18. [o] Gen. xi, 7.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[17] Cat. p. 41. τὰς γλώσσας αὐτῶν. [18] Cat. p. 41. ὡς ἤδη γεγεν.

NOTÆ

(50) Pic. ἵππαρχοι.
(51) *καὶ — γλώσσας* des.
(52) *ἤδη*. Cod. ὡς ἤδη.
(53) *ὡς ἕν*. cod. et Pic. εἰς ἕν.
(54) Cod. et Pic. προστάξας.
(55) Cod. et Pic. τοῦ δημιουργοῦ τὸν λογικόν.

insinuavit, ut qui laudes et hymnos oblaturus erat super terram, theologiæ ænigmata comprehenderet: et tanquam auctor hujusmodi creationis, majorem erga creaturam humanitatem patefecit. Hoc ipsum et strenuus ille Job, ipsum alloquens, clamat: « Manus tuæ fecerunt me, et formaverunt me [p]. » His quoque verbis usus est David [q], hoc ipsum etiam sane novit, qui sancto baptismate dignus habitus est: nempe quod is qui formavit salvavit, et qui salvavit formavit. Ad hæc et ipse Creator per Jeremiam et Isaiam ait: « Quoniam nos lutum, ipse vero est qui formavit nos [r]. » Atqui divinam naturam neque manus habere, neque consilio aut præmeditatione egere profitemur, ut ex Platonicis fabulis secundum eam quam conceperit ideam opus construat: sed unumquodque horum majorem Dei sollicitudinem erga animal hujusmodi demonstrat.

A ἐπὶ τῆς γῆς, λάβῃ θεολογίας αἰνίγματα· καὶ οἱονεὶ αὐτουργὸς τῆς διαπλάσεως γενόμενος, ἔδειξε τὴν πλείονα περὶ τὸ πλάσμα φιλοστοργίαν. Τοῦτο καὶ Ἰὼβ ὁ γενναῖος πρὸς αὐτὸν βοᾷ λέγων, « Αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με, καὶ ἔπλασάν με. » Τούτοις ἐχρήσατο τοῖς λόγοις καὶ ὁ θεῖος Δαβὶδ, καὶ τοῦτο καὶ ὁ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἀξιούμενος γινώσκει σαφῶς, ὡς ὁ πλάσας διέσωσε, καὶ ὁ σώσας διέπλασε. Πρὸς δὲ τούτοις, καὶ αὐτὸς ὁ Δημιουργὸς, καὶ διὰ Ἱερεμίου, καὶ διὰ Ἡσαΐου φησὶν, « Ὅτι ἡμεῖς πηλὸς, αὐτὸς δὲ πλάστης ἡμῶν. » Ἀλλ' οὔτε χεῖρας ἔχειν τὸ θεῖον οὔτε δεῖσθαι βουλῆς τινος καὶ προθεωρίας φαμὲν, ἵνα κατὰ τοὺς Πλάτωνος μύθους, πρὸς τὴν τῆς ἐνθυμήσεως ἰδέαν κατασκευάσῃ τὸ ποίημα· ἀλλὰ τούτων ἕκαστον τὴν πλείονα τοῦ Θεοῦ περὶ τόδε τὸ ζῶον κηδεμονίαν δηλοῖ.

INTERR. XX.

B

Quid illud est, « ad imaginem? »

Quidam vocaverunt « imaginem Dei » id quod est in anima invisibile. Sed non recte dixerunt. Si enim invisibile animæ imago Dei esset, multo magis angeli, archangeli, et universæ naturæ sanctæ et incorporeæ, utpote a corporibus **25** prorsus liberæ, et impermistam invisibilem naturam possidentes, vocarentur imagines Dei. Quidam nimium simplices corpus humanum aiunt factum esse « ad imaginem Dei: » quoniam audiunt vocem divinam dicentem: « Aperi oculos tuos, et vide, et inclina aurem tuam, et audi [s]; » et: « Olfecit Dominus odorem suavitatis [t]; » et illud: « Os Domini locutum est ista [u]; « et: » In manu ejus sunt fines terræ [v], » et similia. In quo stolidi non animadverterunt, Dominum Deum per homines hominibus loquentem, audientium infirmitati sermones accommodare. Et quoniam oculis non videmus, virtutem ejus per quam videt Scriptura vocat oculos: et rursum audiendi facultatem vocat aures, quoniam hisce partibus audimus: et mandatum Dei, os. Verum oportebat eos non solum supra dicta verba audivisse, sed etiam ea quæ docent Deum esse incircumscriptum. « Quo enim, inquit, ibo a spiritu tuo? et quo a facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu ibi es: si descendero ad infernum, ades [x], » et quæ sequuntur. Et Samaritanæ Dominus dixit: « Deus spiritus est, et oportet eos qui adorant ipsum, in spiritu et veritate adorare [y]. » Si autem Deus spiritus est, simplex igitur, incompositus, et figuram non recipiens. Atqui supervacuum est istum in longum producere sermonem. Satis enim patet horum insania. Hunc igitur locum: « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, » aliqui doctores ita intellexerunt: nempe Deum omnium, cum creaturam sensitivam et intellectivam creasset, hominem postremo formasse, veluti sui quamdam imaginem,

ΕΡΩΤ. Κ'.

Τί ἐστι τὸ « κατ' εἰκόνα; »

Τινὲς τὸ ἀόρατον τῆς ψυχῆς « εἰκόνα Θεοῦ κεκλήκασιν· ἀλλὰ οὐκ ἀληθῶς εἰρήκασιν. Εἰ γὰρ εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τῆς ψυχῆς τὸ ἀόρατον, μᾶλλον εἰκόνες τοῦ Θεοῦ κληθεῖεν ἄγγελοι καὶ ἀρχάγγελοι, καὶ πᾶσαι αἱ ἀσώματοι καὶ ἅγιαι φύσεις· ἅτε δὲ παντάπασι σωμάτων ἀπηλλαγμέναι, καὶ ἀμιγὲς τὸ ἀόρατον ἔχουσαι. Τινὲς δὲ ὑπὸ πολλῆς εὐηθείας τὸ σῶμα τὸ ἀνθρώπινον « κατ' εἰκόνα Θεοῦ » γεγενῆσθαί φασιν· ἐπειδὴ τῆς θείας λεγούσης ἐπακούουσι φωνῆς· « Ἄνοιξον τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἄκουσον· » καὶ, Ὠσφράνθη Κύριος ὀσμὴν εὐωδίας· » καὶ, « Τὸ στόμα Κυρίου ἐλάλησε ταῦτα, » καὶ, « Ἐν τῇ C χειρὶ αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Καὶ οὐ συνεῖδον οἱ ἄγαν ἠλίθιοι, ὡς ἀνθρώποις δι' ἀνθρώπων διαλεγόμενος ὁ Δεσπότης Θεὸς, τῇ τῶν ἀκουόντων ἀσθενείᾳ τοὺς λόγους μετρεῖ. Καὶ ἐπειδὴ δι' ὀφθαλμῶν ὁρῶμεν ἡμεῖς, τὴν ὀπτικὴν αὐτοῦ δύναμιν ὀφθαλμοὺς ὀνομάζει· καὶ αὖ πάλιν τὴν ἀκουστικὴν, ὦτα, ἐπειδὴ διὰ τούτων τῶν μορίων ἀκούομεν· καὶ τὸ πρόσταγμα, στόμα. Ἔδει δὲ αὐτοὺς μὴ τούτων μόνον ἀκούειν τῶν λόγων, ἀλλὰ καὶ τῶν τὸ ἀπερίγραφον τοῦ Θεοῦ διδασκόντων. « Ποῦ γὰρ, φησὶ, πορευθῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός σου, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου ποῦ φύγω; Ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν, σὺ ἐκεῖ εἶ· ἐὰν καταβῶ εἰς τὸν ᾅδην, πάρει· » καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ τῇ Σαμαρείτιδι ὁ Κύριος ἔφη, « Πνεῦμα ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν ἐν πνεύματι D καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν. Εἰ δὲ πνεῦμα ὁ Θεὸς, ἁπλοῦς ἄρα, καὶ ἀσύνθετος, καὶ ἀσχημάτιστος. Ἀλλὰ γὰρ περιττὸν τοῦτον μηκύνειν τὸν λόγον· δήλη γὰρ τούτων ἡ ἄνοια. Τὸ τοίνυν, « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν, » τινὲς τῶν διδασκάλων οὕτως ἐνόησαν· ὅτι τὴν κτίσιν τὴν αἰσθητήν τε καὶ νοητὴν πεποιηκὼς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, τὸν ἄνθρωπον διέπλασεν ἔσχατον, οἷόν τινα εἰκόνα ἑαυτοῦ ἐν μέσῳ τεθεικὼς τῶν ἀψύχων τε καὶ ἐμψύχων, καὶ αἰσθητῶν καὶ νοητῶν· ἵνα τὰ μὲν ἄψυχά

[p] Job x, 8. [q] Psal. CXVIII, 73. [r] Isa. LXIV, 8. [s] IV Reg. XIX, 16. [t] Gen. VIII, 21. [u] Isa. I, 20. [v] Psal. XCIV, 4. [x] Psal. CXXXVIII, 78. [y] Joan. IV, 24.

τε καὶ ἔμψυχα τούτῳ προσφέρῃ, ὥσπερ τινὰ φόρον, τὴν χρείαν· αἱ δὲ νοηταὶ φύσεις, ἐν τῇ περὶ τοῦτον κηδεμονίᾳ τὴν περὶ τὸν πεποιηκότα δεικνύωσιν εὔνοιαν. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἔφη· «Οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν;» Καὶ ὁ Κύριος ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις, «Ὁρᾶτε (56) μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων. Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ὅτι οἱ ἄγγελοι αὐτῶν καθ' ἡμέραν ὁρῶσι τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς.» Τινὲς δὲ, «κατ' εἰκόνα Θεοῦ» κατὰ τὸ ἀρχικὸν γεγενῆσθαι τὸν ἄνθρωπον ἔφασαν, σαφεστάτῳ κεχρημένοι τεκμηρίῳ, τῷ τὸν Ποιητὴν ἐπαγαγεῖν, «Καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῶν κτηνῶν, καὶ πάσης τῆς γῆς, καὶ πάντων τῶν ἑρπετῶν τῶν ἑρπόντων ἐπὶ τῆς γῆς.» Ὥσπερ γὰρ αὐτὸς τῶν ὅλων ἔχει τὴν δεσποτείαν· οὕτω δέδωκε τῷ ἀνθρώπῳ τῶν ἀλόγων ζώων τὴν ἐξουσίαν. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα εὑρεῖν ὡς ἀρχετύπου μιμήματα. Δημιουργεῖ γὰρ καὶ ὁ ἄνθρωπος, κατὰ μίμησιν τοῦ πεποιηκότος Θεοῦ, καὶ οἰκίας, καὶ τείχη, καὶ πόλεις, καὶ λιμένας, καὶ ναῦς, καὶ νεώρια, καὶ ἅρματα, καὶ ἕτερα μυρία· οἷον οὐρανοῦ ἐκτυπώματα, καὶ ἡλίου, καὶ σελήνης, καὶ ἀστέρων, καὶ ἀνθρώπων ἰνδάλματα, καὶ ζώων ἀλόγων εἰκόνας· ἀλλ' ἄπειρον τὸ τῆς δημιουργίας διάφορον. Ὁ μὲν γὰρ τῶν ὅλων Θεὸς καὶ ἐξ ὄντων καὶ ἐκ μὴ ὄντων δημιουργεῖ, καὶ δίχα πόνου καὶ χρόνου· ἅμα γὰρ τῷ βουληθῆναι παράγει τὸ δόξαν· ἄνθρωπος δὲ δεῖται μὲν ὕλης, δεῖται δὲ καὶ ὀργάνων, καὶ βουλῆς, καὶ ἐνθυμήσεων, καὶ χρόνου, καὶ πόνου, καὶ τεχνῶν ἑτέρων (57) εἰς τὴν τοῦ γενομένου κατασκευήν. Ὁ γὰρ οἰκοδόμος δεῖται χαλκέως, καὶ ὁ χαλκεὺς μεταλλέως (58) καὶ ἀνθρακέως· καὶ πάντες ὁμοῦ τῶν ὑλοτόμων (59), καὶ οἱ ὑλοτόμοι τῶν φυτουργῶν τε καὶ γεωργῶν· καὶ οὕτως ἑκάστη τέχνη παρὰ τῶν ἄλλων τεχνῶν τὴν οἰκείαν ἐρανίζεται (60) χρείαν. Ἀλλὰ καὶ οὕτω δημιουργῶν ὁ ἄνθρωπος μιμεῖται ἀμηγέπη τὸν Ποιητὴν, ὡς εἰκὼν τὸ ἀρχέτυπον· καὶ γὰρ ἡ εἰκὼν ἔχει τὰ τοῦ ἀρχετύπου ἰνδάλματα. Ἀλλὰ τὸ μὲν τῶν μορίων εἶδος ἔχει, τὰς δὲ ἐνεργείας οὐκ ἔχει· ἐστέρηται γὰρ ψυχῆς, δι' ἧς κινεῖται τὸ σῶμα. Οὕτω πάλιν καὶ βασιλεύει ὁ ἄνθρωπος, καὶ κρίνει κατὰ μίμησιν τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ. Ἀλλ' ὁ μὲν Θεὸς οὐ κατηγόρων, οὐ μαρτύρων [19] δεῖται δικάζων· οὕτω γὰρ καὶ τὸν Κάϊν κατέκρινεν, ὡς αὐτόπτης τοῦ μύσους γεγενημένος. Ὁ δὲ ἄνθρωπος κρίνων καὶ μαρτύρων δεῖται, καὶ κατηγόρων· ἀγνοεῖ γὰρ τὰ γεγενημένα. Οὕτω καὶ Θεὸς ὁ ἄνθρωπος ὠνομάσθη, ἐπειδὴ εἰκὼν προσηγορεύθη Θεοῦ· «Ἀνὴρ γὰρ, φησὶν, οὐκ ὀφείλει κατακαλύπτεσθαι τὴν

A medium illum ponendo inter animata et inanimata, sensitiva et intellectiva: ut **26** utraque quidem, tam animata, quam inanimata, usum illi veluti tributum quoddam præberent: naturæ vero intellectivæ, dum hominis curam gerunt, benevolentiam erga Creatorem demonstrarent. Hoc enim etiam divinus Apostolus dixit: «Nonne omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capient salutis [z]?» Et Dominus in Evangeliis: «Videte, ne contemnatis unum ex pusillis istis minimis. Amen dico vobis, quod angeli eorum quotidie vident faciem Patris mei, qui in cœlis est [a].» Nonnulli dixerunt, «ad imaginem Dei» creatum esse hominem, secundum facultatem dominandi, argumento clarissimo usi, B ex eo quod Creator subjunxit: «Et dominentur piscibus maris, et volatilibus cœli, et bestiis, et universæ terræ, et omnibus reptilibus repentibus super terram [b].» Quemadmodum enim ipse omnium tenet imperium: ita dedit homini dominium animalium irrationalium. Facillime autem reperiuntur et alia, in quibus exemplar imitatur. Siquidem ad imitationem Dei Creatoris homo condit et fabricatur domos, parietes, civitates, portus, naves, navalia, currus, et alia infinita: veluti imagines et figuras * cœli, solis, lunæ et stellarum, item hominum et animalium irrationalium formas. Infinita tamen est in ratione condendi diversitas. Nam Deus omnium ex iis quæ sunt et non sunt creat, idque sine labore C et tempore: quia simul atque voluerit, producit quod ei placuerit. Homo **27** vero materia opus habet, indiget instrumentis, consilio et cogitatione, tempore et labore, ac cæteris artibus ad opus construendum. Siquidem architectus indiget fabro ærario, faber autem ærarius metallico et carbonario: et omnes simul iis qui ligna cædunt, et qui ligna cædunt, iis qui plantas aut terram excolunt. Atque hoc pacto ars unaquæque ab aliis artibus quod opus habet mutuatur. Verumtamen homo, dum ita quidpiam construit, imitatur quodammodo Creatorem, velut imago archetypum. Imago enim archetypi figuram habet. Verum cum membrorum speciem habeat, actiones tamen non habet: caret enim anima, per quam movetur corpus. D Rursum ad instar Dei omnium Conditoris regnat homo et judicat. Verum Deus accusatoribus aut testibus minime indiget, quando judicat. Sic enim Cain condemnavit, tanquam sceleris ejus testis oculatus. Homo vero judicando testibus opus habet et accusatoribus, cum ignoret quæ perpetrata sunt. Et sic homo vocatus est Deus, quia

[z] Hebr. I, 14. [a] Matth. XVIII, 10. [b] Gen. I, 26.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[19]. Cat. p. 43 οὐ μαρτύρων om.

NOTÆ.

(56) *ὁρᾶτε — ἐν οὐρανοῖς*. Aliter se habent hæc verba, quam supra p. 6.

(57) *ἑτέρων*. Cod. et Pic. στεῤῥῶν.

(58) Cod. et Pic. μετάλλων καὶ ἀνθράκων.

(59) *τῶν ὑλ. καὶ οἱ*. Desunt.

(60) Cod. et Pic. ἐνάρξεται.

imago Dei appellatus est: « Vir enim, ait, non debet velare caput, cum sit imago et gloria Dei [c]. » At Deus omnium conditor naturam habet divinam, non appellationem nudam: homo autem, velut imago, tantum nomen habet, cum ipsa re careat. Sic et incircumscriptum esse, vere et proprie pertinet ad Deum omnium: imitatur autem id quodammodo mens humana, in momento perlustrans orientem et occidentem, aquilonem et meridiem, cœlestia et subterranea, non revera, **28** sed sola rationis imaginatione. Deus autem secundum substantiam suam et sapientiam et virtutem minime circumscribitur. Invenire etiam poterit quispiam imitationem aliam aptiorem et convenientiorem in anima humana. Habet enim ipsa facultatem rationalem et vitalem in se. Et mens quidem producit sermonem, procedit autem cum sermone spiritus, non generatus quidem, quemadmodum sermo, sed perpetuo consequens sermonem, et cum eo, dum editur, procedens. Sed hujusmodi 'adsunt homini tanquam imagini: quamobrem nec sermo, nec spiritus per se subsistit. At in sancta Trinitate tres intelligimus hypostases, easque sine confusione unitas, et per se subsistentes. Nam ante sæcula genitus est a Patre Deus Verbum: inseparabilis autem est a Genitore, et procedit a Deo et Patre Spiritus sanctus, qui et intelligitur in propria hypostasi. « Omnia enim operatur, inquit, unus et idem Spiritus, dividens sigillatim unicuique prout vult [d]. » Verum de his non debet prolixius dici, quod hujus rei infinitas demonstrationes reperire licet in sancta Scriptura.

DIODORI. Quidam ad imaginem Dei hominem creatum esse arbitrati sunt, secundum potentiam animæ invisibilem: non intelligentes, quod et angelus invisibilis est, similiter et dæmon. Quibus respondendum est id modo, quod inter homines masculus et femina secundum corpus et animam eamdem sortiti sint naturam. Cur igitur **29** Paulus virum quidem imaginem Dei dixit, non etiam mulierem, si secundum partem animæ rationalem homo est imago Dei? Inquit enim: « Vir quidem, cum sit imago et gloria Dei, non debet velare caput: mulier autem gloria viri est [e]. » Si ergo qui non debet velare caput, imago Dei est, profecto quæ velatur, non est imago Dei, quamvis ejusdem animæ sit particeps. Quomodo ergo homo est imago Dei? Secundum imperium et potestatem. Quod perhibere videtur etiam vox divina, quæ dicit: « Faciamus

A κεφαλὴν, εἰκὼν καὶ δόξα Θεοῦ ὑπάρχων. » Ἀλλὰ πάλιν ὁ μὲν τῶν ὅλων Θεὸς φύσιν ἔχει θείαν, οὐ προσηγορίαν ψιλήν· ὁ δὲ ἄνθρωπος, ὡς εἰκὼν, τοὔνομα ἔχει μόνον, ἐστερημένος [20] τοῦ πράγματος. Οὕτω καὶ τὸ ἀπερίγραφον ἀληθῶς μὲν καὶ κυρίως ἐστὶ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ. Μιμεῖται δὲ οὕτω πως αὐτὸ καὶ ὁ νοῦς ὁ ἀνθρώπινος· ἐν ἀκαρεῖ γὰρ περινοστεῖ καὶ τὰ ἑῷα, καὶ τὰ ἑσπέρια, καὶ τὰ βόρεια, καὶ τὰ νότια, καὶ τὰ ἐπουράνια, καὶ τὰ ὑποχθόνια· ἀλλ' οὐ τῇ οὐσίᾳ, μόνῃ δὲ τῇ τοῦ λογισμοῦ φαντασίᾳ. Ὁ δέ γε Θεὸς καὶ τῇ οὐσίᾳ καὶ τῇ σοφίᾳ [21], καὶ τῇ δυνάμει τὸ ἀπερίγραφον ἔχει. Εὕροι δ' ἄν τις καὶ ἑτέραν μίμησιν ἀκριβεστέραν ἐν τῇ τοῦ ἀνθρώπου πάλιν ψυχῇ. Ἔχει γὰρ αὐτὴ καὶ τὸ λογικὸν, καὶ τὸ ζωτικὸν ἐν ἑαυτῇ. Καὶ γεννᾷ μὲν ὁ νοῦς τὸν λόγον, συμπρόεισι B δὲ τῷ λόγῳ πνεῦμα, οὐ γεννώμενον καθάπερ ὁ λόγος· συμπαρομαρτοῦν δὲ ἀεὶ τῷ λόγῳ, καὶ συμπροϊὸν γεννωμένῳ. Ἀλλὰ ταῦτα ὡς ἐν εἰκόνι πρόσεστι τῷ ἀνθρώπῳ· οὗ δὴ χάριν καὶ ἀνυπόστατος ὁ λόγος ἐστὶ, καὶ τὸ πνεῦμα. Ἐπὶ δὲ τῆς ἁγίας Τριάδος τρεῖς νοοῦμεν τὰς ὑποστάσεις, καὶ ἀσυγχύτως (61) ἡνωμένας, καὶ καθ' ἑαυτὰς ὑφεστώσας. Γεγέννηται μὲν γὰρ πρὸ τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ Πατρὸς ὁ Θεὸς Λόγος· ἀχώριστος δέ ἐστι τοῦ γεννήσαντος· καὶ ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὸ πανάγιον Πνεῦμα· νοεῖται δὲ καὶ ἐν ἰδίᾳ ὑποστάσει. « Πάντα γὰρ ἐνεργεῖ, φησὶ, τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται. » Ἀλλὰ περὶ τούτων μηκύνειν τὸν λόγον οὐ δεῖ· μυρίας γὰρ ἔστιν εὑρεῖν ἀποδείξεις τούτου παρὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ.

C (62) ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Τινὲς [22] κατ' εἰκόνα Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον ἐνόμισαν κατὰ τὸ τῆς ψυχῆς ἀόρατον· καὶ οὐ συνῆκαν ὅτι καὶ ἄγγελος ἀόρατος, καὶ δαίμων ἀόρατος. Πρὸς οὓς ἀναγκαῖον εἰπεῖν τοσοῦτον, ὅτι καὶ τὸ ἄῤῥεν ἐν ἀνθρώποις, καὶ τὸ θῆλυ, κατά τε τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν, τῆς αὐτῆς εἴληχε φύσεως. Τί δήποτε οὖν ὁ Παῦλος τὸν μὲν ἄνδρα εἰκόνα Θεοῦ λέγει, οὐκέτι δὲ καὶ τὴν γυναῖκα, εἴπερ κατὰ τὸν τῆς ψυχῆς λόγον εἰκὼν Θεοῦ ὁ ἄνθρωπος; Λέγει γὰρ, « Ἀνὴρ μὲν γὰρ, εἰκὼν καὶ δόξα Θεοῦ ὑπάρχων, οὐκ ὀφείλει κατακαλύπτεσθαι τὴν κεφαλήν· γυνὴ δὲ δόξα ἀνδρός ἐστιν. » Εἰ τοίνυν εἰκὼν Θεοῦ ὁ μὴ ὀφείλων καλύπτεσθαι τὴν κεφαλὴν, δῆλον, ὅτι ἡ καλυπτομένη οὐκ εἰκὼν Θεοῦ, τῆς αὐτῆς ψυχῆς μετέχουσα [23]. Πῶς οὖν Θεοῦ εἰκὼν ὁ ἄνθρωπος; Κατὰ D τὸ ἀρχικὸν, κατὰ τὸ ἐξουσιαστικόν. Καὶ μάρτυς αὐτὴ τοῦ Θεοῦ φωνὴ ἡ λέγουσα, « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον

[c] I Cor. XI, 7. [d] I Cor. XII, 11. [e] I Cor. II, 7.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[20] ἐστερημένον. [21] καὶ τῇ σοφίᾳ om. [22] Quæ hic Diodori nomen præ se ferunt, in catena p. 47 Theodoreto vindicantur. [23] Cat. p. 47. τῆς αὐτ. ψυχ. ὑπάρχουσα.

NOTÆ.

(61) *ἀσυγχύτως*. Cod. et Pic. repetunt νοοῦμεν, post ἀσυγχ.

(62) Nomen Diodori in cod. non ascriptum est. Aliorum etiam, quorum interpretationes in sequentibus exhibentur, nomina, in codice et apud Picum desiderantur. Sunt qui putant, ea quæ hoc loco et passim in sequentibus e Diodoro aliisque scriptoribus inseruntur, non a Theodoreto, sed ab alio quodam esse addita. Vid. Oudin, *De scriptor. eccles.* t. I, p. 1068.

κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν. » Καὶ τὸν τρόπον ἐπάγουσα, « Καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῶν θηρίων τῆς γῆς, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ὥσπερ οὖν ὁ Θεὸς τῶν ὅλων, οὕτω καὶ ὁ ἄνθρωπος τῶν ἐπὶ τῆς γῆς [24] βασιλεύει. Τί οὖν; οὐκ ἄρχει καὶ ἡ γυνὴ τῶν προειρημένων; Ἀλλὰ κεφαλὴν ἔχει τὸν ἄνδρα, κρατοῦσα τῶν ἄλλων· ἀνὴρ δὲ οὐχ ὑποτέτακται τῇ γυναικί. Διὸ δὴ καλῶς ὁ μακάριος Παῦλος τὸν ἄνδρα μόνον εἰκόνα Θεοῦ φησι εἶναι καὶ δόξαν, τὴν δὲ γυναῖκα τοῦ ἀνδρὸς δόξαν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὥσπερ (63) εἴ τις βασιλεὺς πόλιν τινα μεγίστην κατασκευάσας, πολλοῖς τε αὐτὴν καὶ ποικίλοις διακοσμήσας ἔργοις, μετὰ τὴν ἁπάντων ἐκπλήρωσιν, κελεύσειεν εἰκόνα αὐτοῦ γενομένην μεγίστην τινὰ καὶ εὐπρεπεστάτην, ἐν μέσῳ πάσης B ἱστάναι τῆς πόλεως, εἰς ἔλεγχον τοῦ τῆς πόλεως αἰτίου, ἣν ἀνάγκη καὶ ὡς εἰκόνα τοῦ πεποιηκότος τὴν πόλιν βασιλέως παρὰ τῶν κατὰ τὴν πόλιν θεραπεύεσθαι πάντων, χάριν ὁμολογούντων διὰ τοῦτο τῷ κτίστῃ τῆς πόλεως, ὅτιπερ αὐτοῖς ἐνδιαίτημα δέδωκε τοιοῦτον. Οὕτω καὶ ὁ τῆς κτίσεως Δημιουργὸς πεποίηκε μὲν πάντα τὸν κόσμον, διαφόροις τε καὶ ποικίλοις καλλωπίσας τοῖς ἔργοις· τελευταῖον δὲ τὸν ἄνθρωπον ἐν τάξει παρήγαγεν εἰκόνος οἰκείας· ὡς ἂν ἅπασα ἡ κτίσις τῇ τοῦ ἀνθρώπου χρείᾳ φαίνηται συνδουμένη [25]· εἴ γε ἐξ ἀέρος, καὶ γῆς, καὶ ὕδατος, καὶ φωστήρων, οὓς ὁ οὐρανὸς φέρει ἐφ' ἑαυτοῦ, ἡ τῶν καρπῶν σύστασις ἀποτελεῖται· ἡ δὲ τούτων ἀπόλαυσις πᾶσι μέν ἐστιν ἀνθρώποις ἀναγκαία· C βραχεῖα δέ τις αὐτῶν τοῖς ἀλόγοις νενέμηται μοῖρα πρὸς ὑπηρεσίαν τεταγμένοις ἀνθρώπων. Αἵ τε ἀόρατοι δυνάμεις, ὅτι πᾶσαι τοῖς θείοις βουλήμασιν ὑπηρετοῦνται πρὸς τὸ ἡμῖν λυσιτελοῦν, Παῦλος ὁ μακάριος διδάσκει λέγων· « Οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν; » Πρόδηλον τοίνυν, ὅτι ἕνα κόσμον ἀποτελέσαι τὸ σύμπαν βουληθεὶς ὁ Θεὸς, καὶ πᾶσαν τὴν κτίσιν ἐκ διαφόρων φύσεων συστᾶσαν, θνητῶν τε καὶ ἀθανάτων, λογικῶν τε καὶ ἀλόγων, ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων, εἰς ἕν τι συναγαγεῖν ἐθελήσας, σύνδεσμον ἁπάντων τὸν ἄνθρωπον κατεσκεύασεν· οὕτω πάντα πρὸς αὐτὸν συναγαγὼν τῇ χρείᾳ, ὥστε συνῆφθαί τε τὴν σύμπασαν κτίσιν ἐν αὐτῷ, καὶ φιλίας αὐτὸν ἐνέχυρον ἐναργὲς εἶναι τῇ D πάσῃ. Δέδωκε γοῦν αὐτῷ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα· τὸ μὲν ὁρατὸν, τοῖς ὁρατοῖς οἰκεῖον, ἐκ γῆς τε καὶ ἀέρος, καὶ ὕδατος, καὶ πυρὸς συνεστὼς, καὶ τοῖς ἐκ τούτων ἀποτελουμένοις καρποῖς τρεφόμενον, τὴν δὲ νοεράν τε καὶ ἀθάνατον

A hominem ad imaginem et similitudinem nostram [f]. » Et modum subjungens ait: « Et dominentur piscibus maris, et volatilibus cœli, et bestiis terræ, » et reliqua. Quemadmodum igitur Deus omnibus imperat, sic homo iis quæ sunt super terram. Quid ergo mulier non dominatur prædictis? At virum habet pro capite, quæ tamen reliqua sub potestate tenet: vir autem non subjectus est mulieri. Unde recte beatus Paulus ait, solum virum imaginem et gloriam Dei esse, mulierem vero gloriam viri.

Διατί τὴν τὸ περιττὸν τοῦ αἵματος κατὰ φύσιν [10] ἐκκρίνουσαν ἀκάθαρτον ὀνομάζει;

Ἃ περὶ τοῦ γονοῤῥυοῦς εἰρήκαμεν, ταῦτα καὶ περὶ ταύτης φαμέν. Πρὸς δὲ τούτοις, ἵνα μηδεὶς ταῖς τοιαύταις συνάπτηται. Φασὶ γάρ τινες ἐκ τῆς τοιαύτης συναφείας καὶ λώβην καὶ λέπραν ἀπογεννᾶσθαι, τοῦ περιττώματος ἐκείνου τὰ διαπλαττόμενα πημαίνοντος σώματα. Τούτου χάριν ἀκάθαρτον εἶναί φησι τὸν τῇ τοιαύτῃ συναπτόμενον. Συντόμως δὲ τῶν τοιούτων νόμων τὰς αἰτίας ἐδίδαξεν, εἰρηκώς· « Καὶ εὐλαβεῖς (16) ποιήσετε τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἀπὸ τῶν ἀκαθαρσιῶν αὐτῶν, καὶ οὐχ ἀποθανοῦνται διὰ τὴν ἀκαθαρσίαν αὐτῶν (17), ἐν τῷ μιαίνειν αὐτοὺς τὴν σκηνήν μου τὴν ἐν αὐτοῖς. » Εἰ δὲ τὰ ἀκούσια μιαίνειν [11] ἔφη, δῆλον, ὅτι πολλῷ μᾶλλον ἐναγῆ τὰ ἑκούσια (18). Καὶ ταῦτα δὲ μάλα ἥρμοττεν ἐκείνοις

A et ex illis **197** nos doceri quam hæc sint atrocia. Nam si fluxus naturalis impurus est, multo magis contraria est legi lascivia. Docet nos quoque, talium esse vitandos congressus. Dixit enim immundum esse, qui ad seminifluum accesserit. Quod vero nullum ex his quæ naturaliter eveniunt, revera immundum sit, lex ipsa ostendit. Siquidem ubi seminifluus fictile vas tetigerit, illud conteri jubet: sin æneum aut ligneum, aqua defricari. Atqui si vere immundus erat qui sic erat affectus, oportebat etiam hæc una cum fictilibus conteri. Sic etiam qui in somno semen emiserit, impurum esse ait, similiter eos qui lege nuptiarum se contingunt, cum tamen ipse de nuptiis legem eamque primam tulerit: « Propter hoc, inquit, relinquet homo patrem B et matrem; et adhærebit uxori suæ: et erunt duo caro una [u]. » Quo igitur modo eum asserit impurum, qui secundum legem permiscetur? Sed constat, illum mistionis quæ secundum legem fit, moderationem docere, et jubere, ut liberorum procreandorum causa, non voluptatis gratia, hujusmodi copulatio fiat. Hanc ob rem eos qui permiscentur impuros appellat, et purgari præcipit, ut assiduitatem congrediendi cohibeat purificationis occupatio. Divinus autem Apostolus scribens ad perfectos ait: « Honorabile connubium, et torus immaculatus: fornicatores autem et adulteros judicabit Deus [v]. »

C **198** INTERR. XXI.

Qua de causa dicit eam esse immundam, quæ sanguinis superfluitatem naturaliter excernit [x]?

Quæ diximus de seminifluo, eadem de ista dicimus: ad hæc ne quis cum talibus commisceatur. Ferunt enim quidam ex eo congressu gigni damnum et lepram, hac superfluitate lædente formata corpora. Propterea dicit illum immundum, qui talem mulierem attigerit. Paucis autem harum legum causas patefecit, dum ait: « Et curabitis ut abstineant filii Israelis ab impuritate sua, et non moriantur propter immunditiam suam, cum polluerint tabernaculum meum, quod est inter eos [y]. » Quod si ea quæ non sponte committuntur asserit polluere, patet multo magis detestanda esse voluntaria. Et hæc quidem valde D congruebant illis, utpote maxime lascivis, et nequiter libidinosis.

[u] Gen. II, 25. [v] Hebr. XIII, 4. [x] Levit. XV, 25. [y] ibid. 31.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[7] Cat. p. 1057. ἀκάθαρτος καὶ παράνομος. [8] ἐν νόμῳ. [9] γράφει. [10] Cat. p. 1062. κατὰ ῥύσιν. [11] μιαίνει, omissis illis, ἔφη, δῆλον ὅτι.

NOTÆ.

(8) *Συνουσίας*. Cod. et Pic. θυσίας.
(9) Cod. et Pic. αὐτοῖς.
(10) Pic. ὀνειρώττοντα.
(11) *Καὶ πρῶτον νόμον* des. in cod. et apud Pic.
(12) *Μίξεως*. Cod. φύσεως. Pic. μηγνύμενον φύσεως.
(13) Cod. καθαίρεσιν.
(14) Cod. γράφει.
(15) *Ὁ γάμος*. Cod. addit ἐμπάσι pro ἐν πᾶσι, ut legitur Hebr. XIII, 4.
(16) Cod. εὐλαβεῖν.
(17) *Καὶ οὐχ — αὐτῶν* deerant in cod. quo usus est Picus.
(18) *Ἑκούσια*. Cod. ἀκούσια. Minus bene.

Nam quod leve erat dum prætermittitur, observatum paratiores efficiebat ad potiora.

INTERR. XXII.

Quando summus sacerdos ingrediebatur in Sancta sanctorum?

Propitiationis die, quem celebrari statuit Deus decimo die septimi mensis. « Dixit enim, inquit, Dominus ad Mosen : Loquere ad Aaron fratrem tuum, ne omni hora ingrediatur sanctuarium, quod est intra velum, ad faciem propitiatorii, quod est super arca testimonii, et non morietur: quia in **199** nube apparebo super propitiatorio [z]. » Constat ex hoc loco, Deum peculiarem sui præsentiam exhibuisse in propitiatorio : suam enim bonitatem demonstrans non in caligine, ac fumo et igne, sicut populo Israel, sed in nube perlucida conspiciebatur. Docuit quoque ritum sacrificiorum, quibus uteretur pontifex ingressurus adyta. Jussit enim vitulum sacrificare pro peccato, et arietem in holocaustum : et hæc quidem pro se offerre, pro universo autem populo duos hircos pro peccato sumere, et arietem unum in holocaustum. Præcepit quoque hircos sorte distingui : et unum quidem sacrificari, alterum autem in solitudinem mitti. Quod quidam non recte intelligentes, dæmonem quemdam emissarium arbitrati sunt, quia dixit : « Unum Domino, et unum emissario. » Sed hoc pro nimia stoliditate putaverunt. Quomodo enim fieri posset, eum qui dixit : « Non erunt tibi alii dii præter me ; » et : « Non adorabis, neque servies alteri deo præter me [a], » dæmoni cuidam parem dari jussisse victimam ? Atqui conveniebat illos advertere animum, et cognoscere Deum hircum etiam illum qui dimittitur offerri sibi jussisse. « Sumes enim, inquit, hircum vivum coram Domino, ad expiandum super eum, et ut emittatur in solitudinem [b]. » Hoc autem satis innuit, quod hircus ipse dictus sit emissarius, ut qui emittatur in desertum. Hoc enim ipsum denotant quæ sequuntur : « Et assumet hircus super se iniquitates ipsorum in desertum [c]. » Symmachus porro emissarium interpretatur, *In* **200** *hircum abscedentem ita ut emittatur in emissionem;* Aquila autem *in hircum qui dimittitur in solitudinem.* Non igitur deo cuipiam aut dæmoni mittebatur : sed ambo quidem offerebantur Deo,

A λαγνιστάτοις οὖσι καὶ κακομάχλοις (19). Τό τε γὰρ παραβαινόμενον οὐ μέγα, καὶ τηρούμενον ἐπιτηδειοτέρους εἰργάζετο πρὸς τὰ τέλεια.

ΕΡΩΤ. ΚΒʹ [12].

Πότε ὁ ἀρχιερεὺς εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων εἰσῄει;

Ἐν τῇ τοῦ ἱλασμοῦ ἡμέρᾳ, ἣν ἐπιτελεῖσθαι προσέταξεν ὁ Θεὸς τῇ δεκάτῃ τοῦ ἑβδόμου μηνός· « Εἶπε γάρ, φησὶ, Κύριος πρὸς Μωσῆν· Λάλησον πρὸς Ἀαρὼν τὸν ἀδελφόν σου, καὶ μὴ εἰσπορευέσθω πᾶσαν [13] ὥραν εἰς τὸ ἅγιον ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος, εἰς πρόσωπον τοῦ ἱλαστηρίου, ὅ ἐστιν ἐπὶ τῆς κιβωτοῦ τοῦ μαρτυρίου, καὶ οὐκ ἀποθανεῖται· ἐν γὰρ νεφέλῃ ὀφθήσομαι ἐπὶ τοῦ ἱλαστηρίου. » Ἐντεῦθεν δῆλον, ὡς ἐν τῷ ἱλαστηρίῳ τὴν οἰκείαν B ἐπιφάνειαν ὁ Δεσπότης ἐποιεῖτο Θεός· καὶ τὴν οἰκείαν ἐμφαίνων ἀγαθότητα, οὐκ ἐν γνόφῳ καὶ καπνῷ, καὶ πυρὶ, καθάπερ τῷ Ἰσραὴλ, ἀλλ' ἐν νεφέλῃ φωτοειδεῖ ἑωρᾶτο. Ἐδίδαξε δὲ καὶ τῶν θυσιῶν τὸν τρόπον, αἷς ἔδει τὸν ἀρχιερέα χρησάμενον τῶν ἀδύτων κατατολμῆσαι. Ἐκέλευσε γὰρ μόσχον μὲν ἱερεῦσαι περὶ ἁμαρτίας, κριὸν δὲ ὁλοκαυτῶσαι· καὶ ταῦτα μὲν ὑπὲρ ἑαυτοῦ προσενεγκεῖν, ὑπὲρ δὲ παντὸς τοῦ λαοῦ δύο τράγους περὶ ἁμαρτίας λαβεῖν, καὶ ἕνα κριὸν εἰς ὁλοκαύτωμα. Προσέταξε δὲ καὶ κλήρῳ (20) διελεῖν τοὺς τράγους, καὶ τὸν μὲν ἱερεῦσαι, τὸν δὲ εἰς τὴν ἔρημον ἀποστεῖλαι. Τοῦτο δέ τινες ἀνοήτως νενοηκότες δαίμονά τινα ἀποπομπαῖον ἐνόμισαν, ἐπειδὴ ἔφη· « Ἕνα τῷ Κυρίῳ, καὶ ἕνα τῷ ἀποπομ- C παίῳ. » Τοῦτο δέ γε ἐκ πολλῆς ὑπέλαβον εὐηθείας. Πῶς γὰρ οἷόν τε ἦν τὸν εἰρηκότα· « Οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ, καὶ οὐ προσκυνήσεις οὐδὲ λατρεύσεις Θεῷ ἑτέρῳ πλὴν ἐμοῦ (21), » δαίμονί τινι τὴν ἴσην ἀπονεῖμαι κελεῦσαι (22) θυσίαν; Ἔδει δὲ αὐτοὺς ἐπιστῆσαι τὸν νοῦν, ὅτι καὶ τὸν ἀπολυόμενον τράγον ἑαυτῷ προσενεχθῆναι προσέταξε. « Λήψῃ γάρ, φησὶ, τὸν τράγον τὸν ζῶντα ἔναντι Κυρίου, τοῦ ἐξιλάσασθαι ἐπ' αὐτοῦ, τοῦ ἐξαποστεῖλαι αὐτὸν εἰς τὴν ἀποπομπὴν εἰς τὴν ἔρημον. » Τοῦτο δὲ δηλοῖ, ὡς αὐτὸς ὁ τράγος ἀποπομπαῖος ἐκλήθη, ὡς ἀποπεμπόμενος εἰς τὴν ἔρημον. Τοῦτο γὰρ καὶ τὰ ἑξῆς δηλοῖ· « Καὶ λήψεται ὁ τράγος ἐφ' ἑαυτῷ τὰς ἀνομίας αὐτῶν εἰς τὴν ἄβατον. » Καὶ ὁ Σύμμαχος δὲ τὸν ἀποπομπαῖον οὕτως ἡρμήνευσεν, *Εἰς τράγον* D *ἀπερχόμενον*, *ὥστε ἀποστεῖλαι αὐτὸν εἰς τὴν ἀποπομπήν*· ὁ δὲ Ἀκύλας, *Εἰς τράγον ἀπολυό-*

[z] Levit. XVI, 2. [a] Exod. XX, 3-5. [b] Levit. XVI, 10. [c] ibid. 21.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[12] Qu. 22 his octo partibus constat. 1.) Initium usque ad ἐν νεφ. φωτ. ἑωρᾶτο, p. 199, exstat in cat p. 1063, ad Lev. XVI, 1, 2. 2.) ἐδίδαξε — εἰς ὁλοκαύτωμα vid. ib. p. 1064, ad vers. 3. 3.) προσέταξε — εἰσεληλύθασι γῆν, p. 201, vid. ib. p. 1065, ad vers. 5-10. 4.) οὕτω — τὸν ἑαυτοῦ vid. ib. p. 1069, ad vers. 12, 13. 6.) ἐκέλευσε — τῆς λειτουργίας, p. 203, vid. ib. p. 1070, ad vers. 14-17. 7.) λέγει — τ. νηστ. ὠνόμασεν, vid. ib. p. 1072, ad vers. 25-31. 8. εἶτα ἐπάνει et reliqua vid. ib. p. 1074, ad vers. 32-34. [13] Cat. p. 1063. κατὰ πᾶσαν.

NOTÆ.

(19) *Κακομάχλοις*. Cod. et Pic. κομιδῇ μαχίμοις.

(20) Cod. et Pic. κλῆρον.

(21) *Πλὴν ἐμοῦ* abest a cod.

(22) *Κελεῦσαι* des. in cod. et apud Pic.

μενον (23) εἰς τὴν ἔρημον. Οὐ τοίνυν Θεῷ τινι, A ἢ δαίμονι ἀπεστέλλετο, ἀλλ' ἀμφότεροι μὲν τῷ Θεῷ προσεφέροντο· τοῦ δὲ ἑνὸς θυομένου, ὁ ἕτερος τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ ἀναλαμβάνων (24) εἰς τὴν ἔρημον ἀπεπέμπετο. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τοῦ καθαιρομένου λεπροῦ, τοῦ ἑνὸς ὀρνιθίου θυομένου, τὸ ἕτερον εἰς τὸ τούτου αἷμα βαπτόμενον ἀπελύετο· οὕτως ὑπὲρ τῶν τοῦ λαοῦ ἁμαρτημάτων δύο τράγων προσφερομένων, ὁ μὲν ἐθύετο, ὁ δὲ ἀπεπέμπετο. Τύποι δὲ ταῦτα πάλιν τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ· τῶν δύο τούτων ζώων οὐκ εἰς δύο πρόσωπα, ἀλλ' εἰς δύο φύσεις λαμβανομένων. Ἐπειδὴ γὰρ οὐχ οἷόν τε ἦν ἐν ἑνὶ τράγῳ σκιογραφηθῆναι καὶ τὸ θνητὸν, καὶ τὸ ἀθάνατον τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ (θνητὸς γὰρ μόνον ὁ τράγος), ἀναγκαίως δύο προσαχθῆναι (25) προσέταξεν· ἵνα ὁ μὲν θυόμενος, τῆς σαρκὸς τὸ παθητὸν B προτυπώσῃ· ὁ δὲ ἀπολυόμενος δηλώσῃ τὸ ἀπαθὲς τῆς θεότητος. Οὕτως καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ τὸ πάθος, καὶ τὴν ἀνάστασιν, καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάβασιν προθεσπίζων ἔφη· « Ὁ Θεὸς, ἐν τῷ ἐκπορεύεσθαί σε ἐνώπιον τοῦ λαοῦ σου, ἐν τῷ διαβαίνειν σε ἐν τῇ ἐρήμῳ γῆ ἐσείσθη· καὶ γὰρ οἱ οὐρανοὶ ἔσταξαν. Ἐδιδάχθημεν (26) δὲ ὡς τοῦ Δεσπότου σταυρουμένου Χριστοῦ, καὶ γῆ ἐσείσθη, καὶ αἱ πέτραι ἐῤῥάγησαν, ὁ δὲ οὐρανὸς διὰ τοῦ σκοτισθέντος ἡλίου ἐμήνυσε τὴν τῆς ἀσεβείας ὑπερβολήν. Ἡ δέ γε ἔρημος τοῦ θανάτου τύπος[13]. Τούτου γὰρ χάριν ἔφη· « Ἐν τῷ διαβαίνειν σε ἐν τῇ ἐρήμῳ. » Ἀλλὰ μηδεὶς ἀνάρμοστον ὑπολάβοι τὸ τράγους[14] προτυποῦν τοῦ Σωτῆρος τὸ πάθος, ἐπειδήπερ ἀμνὸν C αὐτὸν ὁ μέγας προσηγόρευσεν Ἰωάννης· σκοπησάτω δὲ, ὡς οὐ μόνον ὑπὲρ δικαίων, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν (27) ἑαυτὸν προσενήνοχεν. Ἐρίφοις δὲ τὴν τῶν ἁμαρτωλῶν συμμορίαν αὐτὸς ἀπείκασεν ὁ Δεσπότης[17]· « Στήσει γὰρ, ἔφη (28), τοὺς μὲν[18] ἀμνοὺς ἐκ δεξιῶν, τοὺς δὲ ἐρίφους ἐξ εὐωνύμων. » Καὶ ἐν τῷ νόμῳ δὲ περὶ ἁμαρτίας ἔριφος προσεφέρετο. Αὐτὸς δέ γε ὁ Κύριος τὸν χαλκοῦν ὄφιν τύπον ἑαυτοῦ κέκληκεν· « Καθὼς γὰρ, φησὶ, Μωσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον. » Εἰ τοίνυν ἀνάρμοστος τῶν τράγων ὁ τύπος, πολλῷ μᾶλλον ὁ τοῦ ὄφεως. Ταῦτα μὲν οὖν προεδίδασκε (29) τῆς οἰκουμένης τὴν σωτηρίαν. Ἰουδαίους δὲ οἷα δὴ νηπίους ἐψυχαγώγει, τὸ τὸν τράγον εἰς τὴν ἔρημον ἀπάγειν τὴν ἁμαρτίαν (30). D Ἀνεμίμνησκε γὰρ αὐτοὺς τῆς πολλάκις τολμηθείσης

A at unus mactabatur, alter autem assumptis peccatis populi in solitudinem emittebatur. Quemadmodum enim in purificatione leprosi, uno passere mactato, alter illius sanguine tinctus dimittebatur: ita duobus hircis oblatis pro peccatis populi, unus sacrificabatur, alter emittebatur. Hæc vero typum gerebant Christi Domini, ita ut hæc duo animalia non pro duabus personis accipiantur, sed pro duabus naturis. Cum enim per unum hircum adumbrari commode non possent mortalitas simul et immortalitas Christi Domini (nam hircus mortalis est solum), necessario duos offerri jussit: ut ille qui mactabatur, carnis passibilem naturam figuraret: qui vero solvebatur, divinitatis indicaret naturam impassibilem. In hunc quoque modum B beatus David prædicens Christi Domini passionem, resurrectionem, et ad cœlos ascensionem, ait: « Deus, cum egredereris in conspectu populi tui, cum transires per desertum, terra commota est: etenim cœli stillaverunt [d]. » Atqui cum Christus crucifigeretur, novimus terram ' esse commotam, et petras confractas, cœlum autem per solis obtenebrationem declarasse impietatis excessum. Desertum vero mortis erat figura. Ob id enim dixit: « Cum transires per desertum. » **201** Porro nemo existimet ineptum, hircos præfigurare passionem Christi, cum ipsum magnus Joannes appellaverit agnum [e]: sed perpendat potius, quod non pro justis tantum, sed etiam pro peccatoribus C seipsum obtulerit. Hædis autem Dominus comparavit cœtum peccatorum. « Statuet enim, ait, agnos a dextris, hædos autem a sinistris [f]. » Et in lege pro peccato offerebatur hædus, ac Dominus ipse æneum serpentem sui ipsius esse figuram dixit: « Sicut enim Moses, ait, exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis: ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam [g]. » Quamobrem si non quadrat hircorum typus, multo minus serpentis. Hæc ergo prænuntiabant terræ salutem. Judæos vero tanquam infantes delectabat, quod hircus peccata in desertum auferret: quia reducebat illis in mentem scelus in deserto sæpius admissum, et inenarrabilem Do- D mini benevolentiam, per quam justis suppliciis evitatis in terram promissam ingressi sunt. Hæc ita fieri cum jussisset, docet etiam quo pacto pontificem ingredi conveniat in Sancta sanctorum. « Ad-

[d] Psal. LXVII, 7, 8. [e] Joan. I, 29. [f] Matth. XXV, 33. [g] Joan. III, 14, 15.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[13] τύπος ἐστί. Deinde, τούτου χάριν ἔφησεν. [14] τοὺς τράγους. [17] ἀπεκάλεσεν ὁ Δεσπ. [18] μὲν om.

NOTÆ.

(23) Ἀπολυόμενον. Hanc lectionem tuentur codex et editio Pici. Alii vero Aquilæ tribuunt lectionem ἀπολελυμένον. Vid. Montf. l. c. t. I, p. 130.
(24) Cod. et Pic. λαμβάνων.
(25) Προσαχθῆναι. Abest a cod. et Pico.
(26) Cod. ἐδιδάχθησαν.
(27) Cod. ἁμαρτίας.
(28) Ἔφη. Abest a cod.
(29) Cod. et Pic. προλέγει.
(30) Uterque ἀπαγαγεῖν.

ducet enim, inquit, Aaron vitulum pro peccato suo: et expiabit pro seipso et domo sua, et jugulabit vitulum pro peccato suo, accipietque thuribulum plenum prunis ignis ab altari quod est in conspectu Domini, et implebit manus **202** suffitu subtiliter composito. Et intrabit intra velum: et suffitu super ignem posito in conspectu Domini, vapor suffitus operiet propitiatorium quod est supra arcam testimonii: et non morietur [h]. » Ex hoc loco manifestum est extra velum situm fuisse altare suffitus: neque enim, si intra illud fuisset, prunas in thuribulo accipere jussus esset, et hunc intra velum inferre suffitum. Quod quidem nos etiam docuit beatus Lucas [i], enarrans gesta Zachariæ patris Joannis Baptistæ. Illo enim tempore ingressus fuerat et ipse Sancta sanctorum, et angelica visione affectus. Adhæc mandavit sanguinem vituli et hirci aspergere digito e regione propitiatorii septies. Quia enim septem diebus vita revolvitur, et quotidie, ut verbo dicam, modicum aut graviter delinquimus, pro peccatis illis diebus commissis, sanguinis aspersio numero par offerebatur. Statuitque non eos tantum, sed etiam tabernaculum expiari. « Expiabit enim, inquit, sanctuarium ab immunditiis filiorum Israel, a prævaricationibus eorum, et cunctis peccatis ipsorum. Juxta hunc ritum faciet in tabernaculo testimonii, quod ædificatum est inter eos in medio impuritatis ipsorum [j]. » Prohibuit vero quemquam adesse, dum pontifex **203** munus illud peragebat. Notat etiam tempus, quo isthæc celebrari deceat: « Decimo, ait, die mensis affligetis animas vestras, nullumque opus faciétis, sive indigena, sive advena, qui appositus est vobis. Hoc enim die expiabit pro vobis, ut mundet vos ab omnibus peccatis vestris coram Domino, et mundabimini. Sabbatum Sabbatorum requies erit vobis, et affligetis animas vestras lege perpetua [k]. » Sabbata porro Sabbatorum dixit, quemadmodum Sancta sanctorum: nam hoc festum longe celebrius est Sabbato. Jejunium vero afflictionem appellavit. Deinde subjungit: « Semel in anno fiet juxta ritum quem constituit Dominus Mosi [l]. » Cæterum hoc quoque præfigurat dispensationem Salvatoris nostri secundum carnem. Sicut enim semel in anno pontifex ingrediens in san-

A ἐν τῇ ἐρήμῳ παρανομίας· καὶ τῆς ἀῤῥήτου τοῦ Δεσπότου φιλανθρωπίας, δι' ἣν τὰς ἐνδίκους τιμωρίας διαφυγόντες, εἰς τὴν ἐπηγγελμένην εἰσεληλύθασι γῆν. Οὕτω ταῦτα γενέσθαι κελεύσας, διδάσκει καὶ ὅπως εἰσελθεῖν εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων τὸν ἀρχιερέα προσήκει. « Προσάξει γὰρ, φησὶν, Ἀαρὼν τὸν μόσχον τὸν περὶ ἁμαρτίας τὸν περὶ ἑαυτοῦ (31), καὶ ἐξιλάσεται περὶ ἑαυτοῦ, καὶ τοῦ οἴκου αὐτοῦ· καὶ σφάξει τὸν μόσχον τὸν περὶ ἁμαρτίας τὸν ἑαυτοῦ (32)· καὶ λήψεται πλῆρες τὸ πυρεῖον ἀνθράκων πυρὸς ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ ἀπέναντι Κυρίου, καὶ πλήσει τὰς χεῖρας αὐτοῦ θυμιάματος συνθέσεως λεπτῆς, καὶ εἰσοίσει ἐσώτερον (33) τοῦ καταπετάσματος (34)· καὶ ἐπιθήσει τὸ θυμίαμα ἐπὶ τὸ πῦρ ἔναντι Κυρίου· καὶ καλύψει ἡ ἀτμὶς τοῦ θυμιάματος τὸ ἱλαστήριον τὸ B ἐπὶ τῶν μαρτυρίων, καὶ οὐκ ἀποθανεῖται. » Δῆλον ἐντεῦθεν, ὡς ἐκτὸς τοῦ καταπετάσματος τὸ θυσιαστήριον τοῦ θυμιάματος ἔκειτο. Οὐ γὰρ ἂν, εἴπερ ἔνδον ἦν, εἰς τὸ πυρεῖον τοὺς ἄνθρακας λαβεῖν ἐκελεύσθη, καὶ τοῦτο εἴσω τοῦ καταπετάσματος (35) ἐμβαλεῖν τὸ θυμίαμα. Ἐδίδαξε δὲ τοῦτο ἡμᾶς καὶ ὁ μακάριος Λουκᾶς, τὰ κατὰ τὸν Ζαχαρίαν διηγούμενος, τὸν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ πατέρα. Κατὰ τοῦτον γὰρ κἀκεῖνος τὸν καιρὸν εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων εἰσελήλυθε (36), καὶ τῆς ἀγγελικῆς ὀπτασίας ἀπήλαυσε (37). Ἐκέλευσε (38) δὲ καὶ διαῤῥᾶναι [19] τῷ δακτύλῳ ἑπτάκις πρὸ τοῦ ἱλαστηρίου τοῦ αἵματος τοῦ τε μόσχου καὶ τοῦ τράγου. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν ἑπτὰ ἡμέραις ὁ βίος ἀνακυκλεῖται, καθ' ἑκάστην δὲ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἡμέραν, ἢ σμικρὰ, ἢ μεγάλα πλημμεC λοῦμεν, ἰσάριθμος προσεφέρετο ταῖς ἡμέραις ὁ τοῦ αἵματος ῥαντισμὸς ὑπὲρ τῶν ἐν ταύταις γιγνομένων πλημμελημάτων. Λέγει δὲ τοῦτο, μὴ μόνον αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ τὴν σκηνὴν καθαίρειν. « Ἐξιλάσεται γὰρ, φησὶ, περὶ τῶν ἁγίων (39) ἀπὸ τῶν ἀκαθαρσιῶν τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ ἀπὸ τῶν ἀδικημάτων αὐτῶν περὶ πασῶν τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν· καὶ οὕτω ποιήσει (40) τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου τῇ ἐκτισμένῃ ἐν αὐτοῖς ἐν μέσῳ τῆς ἀκαθαρσίας αὐτῶν. » Ἐκέλευσε δὲ μηδένα παρεῖναι ταύτης ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως γινομένης τῆς λειτουργίας. Λέγει δὲ καὶ τὸν καιρὸν, καθ' ὃν προσήκει καὶ ταῦτα γενέσθαι. « Δεκάτῃ γὰρ, φησὶ, τοῦ μηνὸς κακώσετε (41) τὰς ψυχὰς ὑμῶν· καὶ πᾶν ἔργον οὐ ποιήσετε, ὁ αὐτόχθων, καὶ ὁ προσήλυτος ὁ προσκείD μενος ἐν ὑμῖν. Ἐν γὰρ τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ ἐξιλάσεται

[h] Levit. xvi, 11-13. [i] Luc. i, 9. [j] Levit. xvi, 16. [k] Levit. xvi, 29-31. [l] ibid. 34.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[19] Cat. p. 1070. ἐκελεύσθη δὲ διαῤῥάναι.

NOTÆ.

(31) *Τὸν περὶ ἑαυτοῦ*. Cod. τὸν ἑαυτόν. Pic. τὸν ἑαυτοῦ.

(32) *Καὶ τὸν ἑαυτοῦ*. Des. in cod. et apud Pic.

(33) Cod. et Pic. ἐνδότερον.

(34) *Καταπετάσματος*. Cod. addit τὸ ἱλαστήριον.

(35) *Τὸ θυσιαστήριον — καταπετάσματος*. Hæc ob ὁμοιοτέλευτα, ut videtur, e codice quo Picus usus fuit, exciderant. Notulam itaque in margine editionis suæ, p. 120, ad vocem ἐμβαλεῖν apposuit « Deest οὐ δεῖ. » Sed ne sic quidem constaret sensus.

(36) Cod. et Pic. εἰσεληλύθει.

(37) Cod. et Pic. ἀπελελαύκει.

(38) Cod. ἐκελεύσθη. Bene.

(39) *Περὶ τῶν ἁγίων*. Præstat lectio τὸ ἅγιον, quam Levit. l. c. habent codices plurimi.

(40) Cod. ποιήσεις.

(41) *Κακώσετε*. Nonnulli codices habent ταπεινώσετε.

περὶ ὑμῶν καθαρίσαι ὑμᾶς ἀπὸ πασῶν τῶν ἁμαρτιῶν ὑμῶν ἔναντι Κυρίου, καὶ καθαρισθήσεσθε. Σάββατα Σαββάτων ἀνάπαυσις αὕτη ἔσται ὑμῖν, καὶ κακώσετε τὰς ψυχὰς ὑμῶν νόμιμον αἰώνιον. » Σάββατα δὲ Σαββάτων, ὡς Ἅγια ἁγίων, ἐκάλεσε· πολλῷ γὰρ τοῦ Σαββάτου αὕτη σεβασμιωτέρα ἡ ἑορτή. Κάκωσιν δὲ τὴν νηστείαν ὠνόμασεν. Εἶτα ἐπάγει· « Ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ ποιηθήσεται (42), καθάπερ συνέταξε Κύριος τῷ Μωσῇ. » Καὶ τοῦτο δὲ προτυποῖ τὴν κατὰ σάρκα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν οἰκονομίαν. Ὥσπερ γὰρ ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ ὁ ἀρχιερεὺς εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων εἰσιὼν ταύτην ἐπετέλει τὴν λειτουργίαν, οὕτως ὁ Δεσπότης Χριστὸς, ἅπαξ τὸ σωτήριον πάθος ὑπομείνας, εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνελήλυθεν, αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος, ᾗ φησιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος.

cta sanctorum sacrificium istud peragebat: ita Dominus Christus, postquam semel passionem salutarem pertulit, ascendit in cœlum, æterna redemptione inventa, ut perhibet divinus Apostolus m.

ΕΡΩΤ. ΚΓ' [20].

Διατί ἀπαγορεύει πόῤῥω τῆς σκηνῆς θύεσθαι τὰ ἐσθιόμενα θρέμματα;

Ἤδει τὴν ἐνίων ἀσέβειαν, καὶ ὅτι τοῖς δαίμοσι θυσίας προσοίσουσι. Προσέταξε τοίνυν πάντα θῦσαι [21] βουλόμενον ἢ μόσχον, ἢ πρόβατον, ἢ αἶγα, παρὰ τὴν θύραν τῆς σκηνῆς ἀγαγεῖν, καὶ τὸ αἷμα ἐκχέαι, καὶ μεταλαβεῖν οἴκαδε τῶν κρεῶν· τὸν δὲ τοῦτο μὴ δρῶντα, ὡς φόνου ἔνοχον κατηγορεῖσθαι ἐκέλευσεν. « Αἷμα γὰρ, φησὶ, λογισθήσεται τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ· αἷμα ἐξέχεεν, ἐξολοθρευθήσεται ἡ ψυχὴ ἐκείνη ἐκ τοῦ λαοῦ αὐτῆς. » Καὶ ὅτι τοῦτον ἔχει τὸν σκοπὸν ὃν ἔφην [22] ὁ νόμος, διδάξει τὰ ἑξῆς· « Ἀνοίσει γὰρ, φησὶν, ὁ ἱερεὺς τὸ στέαρ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ Κυρίῳ. Καὶ οὐ θύσουσιν ἔτι τὰς θυσίας αὐτῶν τοῖς ματαίοις, ὧν (43) αὐτοὶ ἐκπορνεύουσιν ὀπίσω αὐτῶν. Νόμιμον αἰώνιον ἔσται ὑμῖν εἰς τὰς γενεὰς ὑμῶν. » Οὗτος ὁ νόμος μέχρι τοῦ παρόντος παρὰ Ἰουδαίοις κρατεῖ. Ὁ γὰρ ἱερεὺς θύει τὰ ἐσθιόμενα ζῶα. Ἀπηγόρευσε δὲ καὶ τὸ ἐσθίειν αἷμα, καὶ τὴν αἰτίαν ἐδίδαξεν· « Ἡ γὰρ ψυχὴ, φησὶ, πάσης σαρκὸς αἷμα αὐτοῦ ἐστιν, καὶ ἐγὼ δέδωκα ὑμῖν αὐτὸ ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου ἐξιλάσκεσθαι περὶ τῶν ψυχῶν ὑμῶν· τὸ γὰρ αἷμα αὐτοῦ ἀντὶ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ ἐξιλάσεται. Διὰ τοῦτο εἴρηκα τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· Πᾶσα ψυχὴ ἐξ ὑμῶν οὐ φάγεται αἷμα (44), καὶ ὁ προσήλυτος ὁ προσκείμενος ὑμῖν οὐ φάγεται αἷμα (45). » Ὥσπερ, φησὶ, σὺ ψυχὴν ἀθάνατον ἔχεις, οὕτω τὸ ἄλογον ζῶον ἀντὶ ψυχῆς ἔχει τὸ αἷμα. Οὗ δὴ χάριν κελεύει [23] τὴν τοῦ ἀλόγου ψυχὴν, τουτέστι τὸ αἷμα, ἀντὶ τῆς σῆς προσενεχθῆναι ψυχῆς τῆς ἀθανάτου καὶ λογικῆς. Ἐὰν δὲ τοῦτο φάγῃς, ψυχὴν ἐσθίεις· λογικῆς γὰρ ψυχῆς τοῦτο τάξιν πληροῖ. Διὸ καὶ φόνον τὴν βρῶσιν ὠνόμασε. Τούτου ἕνεκεν καὶ τὰ τεθνηκότα τῶν ζώων ἀπαγορεύει ἐσθίειν, ὡς τοῦ αἵματος μὴ χωρισθέντος τοῦ σώματος (46).

INTERR. XXIII.

Quare prohibet pecudes quæ comeduntur immolari procul a tabernaculo n?

Noverat quorumdam impietatem, et quod dæmonibus essent victimas oblaturi. Propterea constituit ut quicunque vellet immolare vitulum, ovem, aut capram, adduceret ad fores tabernaculi, et sanguinem effunderet, et domi de carnibus sumeret: qui vero hoc non fecisset, tanquam cædis reum accusari præcepit. « Sanguis enim, ait, reputabitur homini illi: sanguinem effudit, delebitur anima illius de populo ipsius o. » Quod autem **204** legis ea sit intentio quam dixi, sequentia docent: « Offeret enim sacerdos, ait, adipem in odorem suavitatis Domino. Et nequaquam ultra immolabunt hostias suas vanis, quos fornicando secuti sunt. Statutum sempiternum erit vobis in generationes vestras p. » Ista lex in hunc usque diem viget apud Judæos. Nam sacerdos ipse mactat animalia quæ comeduntur. Prohibuit etiam edere sanguinem, et rationem subjecit: « Anima enim, inquit, omnis carnis sanguis illius est: et ego dedi vobis illum, ad expiandum super altare pro animabus vestris: sanguis enim pro ejus anima illius expiationem faciet. Propterea dixi filiis Israel: Nullus vestrum sanguinem edet: ne advena quidem, qui appositus est vobis, edet sanguinem q. » Sicut enim tu, inquit, immortali anima præditus es: sic animal irrationale sanguinem habet loco animæ. Hanc utique ob causam præcipit ratione carentem animam, hoc est sanguinem, offerri pro tua anima rationali et immortali. Hunc autem si edis, animam comedisti: rationalis enim animæ locum ille obtinet. Idcirco talem esum cædem appellavit. Eamdem ob causam arcet ab edendis animalibus mortuis, eo quod sanguis non fuerit separatus a corpore.

m Hebr. IX, 12. n Levit. XVII, 3-6. o ibid. 4. p ibid. 7, 8. q ibid. 11, 12.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[20] Qu. 23 duabus absolvitur partibus. Prior exstat in cat. p. 1074, ad cap XVII, 1-4; posterior, ἀπηγόρευσε et reliqua p. 1075, ad vers. 5-11. [21] Cat. p. 1074. τὸν θῦσαι. [22] ὃν ἔφην om. [23] Cat. p. 1075, κελεύω.

NOTÆ.

(42) Cod. et Pic. ποιήσετε.
(43) Ὧν. Recepta lectio hujus loci est, οἷς.
(44) Αἷμα. Des. in cod.
(45) Αἷμα. Hoc loco des. in cod. et apud Pic.
(46) Σώματος. Cod. et Pic. ζώου.

INTERR. XXIV.

Quidam arguunt leges latas de nuptiis, aiuntque illa a Deo esse interdicta, quæ nusquam unquam acciduni. Quis enim committat ut matri suæ permisceatur, aut coeat cum pecore?

Nunquam Deus interdixit quod a nemine tentatum est : et quod **205** ita se res habeat, testatur hujus legis prooemium. Sic enim ait : « Secundum instituta terræ Ægypti, in qua habitastis, non facietis : et secundum instituta regionis Chanaan, ad quam ego introduco vos, non agetis : nec in legibus eorum ambulabitis [r]. » Hæc ubi dixit, docet quæ perpetrata sunt ab eis, et talia prohibet agere. Quod autem similia permulta perpetrentur, testes sunt etiam Persæ in hunc usque diem, qui non sororibus solum, sed etiam matribus ac filiabus nuptiarum lege permiscentur, et alia quoque scelera plures admittunt.

INTERR. XXV.

Quid hoc est : « Non dabis de semine tuo, ut serviat principi, nec pollues nomen meum sanctum : ego Dominus [s]?

Hebraica littera habet Moloch : quod reliqui etiam interpretes posuerunt. Hoc autem erat idolum. Propterea Deus per prophetam ait : « Nunquid victimas et hostias obtulistis mihi in deserto quadraginta annis, filii Israel? Et tamen recepistis tabernaculum Moloch, et sidus dei vestri Rephan, figuras quas fecistis ut adoraretis eas [t]. » Prohibet ergo ne filios suos offerant idolorum ministros : vel, ut quidam aiunt, ne dent pueros suos alienis principibus, ut sint illorum **206** servi, vel armigeri : ne participes fiant impietatis eorum.

INTERR. XXVI.

Quidnam illud est : « Ne vos exhorrescat terra cum eam pollueritis, sicut exhorruit gentes quæ vos præcesserunt [u]? »

Ne vos exsecretur, quemadmodum exsecrata est Chananæos : pro eo ac si dicat, sicut eos funditus delevi propter multa scelera, tradidique vobis terram illorum, ita vos plectam, si similia perpetraveritis.

A ΕΡΩΤ. ΚΔ'.

Τινὲς μέμφονται ταῖς περὶ τῶν γάμων νομοθεσίαις, λέγοντες ἀπαγορεῦσαι τὸν Θεὸν τὰ μηδαμῇ μηδαμῶς γινόμενα [24] (47). Τίς γὰρ, φησὶν, ἠνέσχετο τῇ ἑαυτοῦ μιγῆναι μητρί; ἢ τίς πώποτε συνεγένετο κτήνει;

Οὐκ ἂν ὁ Θεὸς τὸ παρ' οὐδενὸς τολμηθὲν ἀπηγόρευσε· καὶ ὅτι ταῦθ' οὕτως ἔχει, μαρτυρεῖ τὸ τοῦδε τοῦ νόμου προοίμιον. Ἔφη γὰρ οὕτως· « Κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα τῆς Αἰγύπτου ἐν ᾗ παρῳκήσατε ἐν αὐτῇ, οὐ ποιήσετε, καὶ κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα τῆς γῆς (48) Χαναὰν, εἰς ἣν ἐγὼ εἰσάγω ὑμᾶς, οὐ ποιήσετε, καὶ τοῖς νόμοις αὐτῶν [25] οὐ πορεύσεσθε. » Οὕτω ταῦτα εἰπὼν, διδάσκει τὰ ὑπ' ἐκείνων τολμηθέντα, καὶ τὴν τοιαύτην ἀπαγορεύει πρᾶξιν. Ὅτι δὲ πολλὰ τοιαῦτα τολμᾶται, μαρτυροῦσι καὶ Πέρσαι μέχρι τοῦ παρόντος, οὐ μόνον ἀδελφαῖς, ἀλλὰ καὶ μητράσι καὶ θυγατράσι νόμῳ γάμου μιγνύμενοι· καὶ τὰς ἄλλας δὲ παρανομίας τολμῶσι πολλοί.

ΕΡΩΤ. ΚΕ'.

Τί ἐστιν· « Ἀπὸ τοῦ σπέρματός σου οὐ δώσεις λατρεύειν ἄρχοντι, καὶ οὐ βεβηλώσεις τὸ ὄνομά μου τὸ ἅγιον· ἐγὼ Κύριος; »

(49) Τὸ Ἑβραϊκὸν τὸ Μολὸχ ἔχει, καὶ οἱ λοιποὶ δὲ ἑρμηνευταὶ τοῦτο τεθείκασιν. Εἴδωλον δὲ τοῦτο ἦν. Διὸ καὶ διὰ τοῦ προφήτου φησὶν (50) ὁ Θεός· « Μὴ σφάγια καὶ θυσίας προσηνέγκατέ μοι ἐν τῇ ἐρήμῳ ἔτη τεσσαράκοντα, υἱοὶ Ἰσραήλ; Καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ (51), καὶ τὸ ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν (52) Ῥεφὰν [26], τοὺς τύπους οὓς ἐποιήσατε C προσκυνεῖν αὐτοῖς (53). » Ἀπαγορεύει τοίνυν τὸ τοὺς παῖδας ἱεροδούλους τοῖς εἰδώλοις (54) προσφέρειν· ὡς δέ τινές φασι, τὸ τοῖς ἀλλοφύλοις (55) ἄρχουσι μὴ διδόναι τοὺς παῖδας, ὥστε εἶναι αὐτῶν οἰκέτας, ἢ δορυφόρους, ἵνα μὴ τῆς ἐκείνων μεταλάχωσιν (56) ἀσεβείας [27].

ΕΡΩΤ. ΚϚ'.

Τί ἐστιν· « Ἵνα μὴ προσοχθίσῃ ὑμῖν ἡ γῆ ἐν τῷ μιαίνειν ὑμᾶς αὐτὴν, ὃν τρόπον προσώχθισε τοῖς ἔθνεσι τοῖς πρὸ ὑμῶν; »

Μὴ βδελύξηται ὑμᾶς, φησὶν, ὡς ἐβδελύξατο τοὺς Χαναναίους· ἀντὶ τοῦ, Ὥσπερ ἐκείνους διὰ τὰς πολλὰς αὐτῶν παρανομίας πανωλεθρίᾳ (57) παραδοὺς, ὑμῖν τὴν γῆν παραδέδωκα, οὕτως ὑμᾶς τὰ ὅμοια δράσαντας τιμωρήσομαι.

[r] Levit. XVIII, 3. [s] ibid. 21. [t] Amos V, 25. [u] Levit. XVIII, 28.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[24] Cat. p. 1079. γεγενημένα. [25] νομίμοις αὐτῶν. [26] Cat. p. 1082. Ῥαφὰν. [27] μετάσχωσιν ἀσεβ.

NOTÆ.

(47) Cod. et Pie γεγενημένα.

(48) *Γῆς*. Des. in cod. et apud Pic.

(49) *Τὸ — ἀσεβείας*. Integrum hunc locum e catenis Regiis attulit Montf. l. c. t. I, p. 133, ad Levit. XVIII, 21, non addito Theodoreti nomine.

(50) *Φησὶν*· Apud Montf. præmittitur τοῦτο.

(51) *Μολόχ*. Loco cit. præcedit Θεοῦ.

(52) *Ῥεφάν*. Hanc lectionem infra quoque ad Am. v, 25, sequitur Theod. Apud Montf. est *Ῥαφάν*.

(53) *Προσκυνεῖν αὐτοῖς*. Ita non modo apud Montf., sed etiam in N. T. legitur Act. VII, 43. Sed Am. v, 25, in Græca versione deest προσκυνεῖν, et pro αὐτοῖς plurimi cod. habent ἑαυτοῖς.

(54) Apud Montf. τῶν εἰδώλων.

(55) Apud Montf. ἄλλοις

(56) Apud Montf. μετάσχωσιν

(57) Cod. πανωθρίᾳ ex errore librarii, ut videtur.

ΕΡΩΤ. ΚΖ'.

Πῶς νοητέον· « Τὰ κτήνη σου οὐ κατοχεύσεις ἑτέρῳ ζυγῷ (58), καὶ τὸν ἀμπελῶνά σου οὐ κατασπερεῖς διάφορον ; » Καὶ, « Ἱμάτιον ἐκ δύο ὑφασμένον κίβδηλον οὐκ ἐπιβαλεῖς σεαυτῷ ; »

Πολλάκις ἔφην, ὅτι διὰ τῶν αἰσθητῶν διδάσκει τὰ νοητά. Ἀπαγορεύει τοίνυν τῶν ἑτερογενῶν τὴν ὀχείαν· οἷον (59) ἵππου καὶ ὄνου· ἵνα μὴ διαβῇ ἀπὸ τῶν ἀλόγων εἰς τοὺς λογικοὺς ἡ παράνομος μίξις. Τούτου χάριν καὶ τὸ ἐξ ἐρίου καὶ λίνου ὑφασμένον ἱμάτιον κίβδηλον ὀνομάζει· διδάσκων πράξεις ἐναντίας (60) μηδαμῶς ἐπιτηδεύειν. Ὅτι γὰρ οὐ τὸ ἱμάτιον κίβδηλον λέγει, ἀλλὰ τὴν πρᾶξιν διὰ τούτου δηλοῖ, μαρτυρεῖ τῆς σκηνῆς τὰ καλύμματα ἐκ διαφόρων κατασκευασθέντα νημάτων. Οὕτω νοητέον καὶ τὰ περὶ τοῦ ἀμπελῶνος. Καὶ ὁ Ἀπόστολος δὲ τὴν πρὸς τοὺς ἀπίστους κοινωνίαν ἀπαγορεύει λέγων· « Μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις. »

ΕΡΩΤ. ΚΗ'.

Τί ἐστιν· « Οὐ ποιήσετε σισόην (61) ἐκ τῆς κόμης τῆς κεφαλῆς ὑμῶν, οὐδὲ φθερεῖτε (62) τὴν ὄψιν τοῦ πώγωνος ὑμῶν, καὶ ἐντομίδας (63) ἐπὶ ψυχῇ οὐ ποιήσετε τῷ σώματι ὑμῶν, καὶ γράμματα στικτὰ οὐ ποιήσετε ἐν ὑμῖν ; »

Τινὲς τὸ σισόην[28] τὰς ἐξ ἐπιτηδεύσεως οὔλας γινομένας τρίχας (64) ἡρμήνευσαν. Ἐγὼ δὲ οἶμαι (65) τὸν νόμον ἀπαγορεύειν ἄλλο. Εἰώθασιν Ἕλληνες μὴ ἀποκείρειν τῶν παιδίων (66) τὰς κορυφὰς, ἀλλὰ μαλλοὺς ἐᾷν (67), καὶ τούτους μετὰ χρόνον ἀνατιθέναι τοῖς δαίμοσιν (68). Εἰώθασι δὲ καὶ τὰ γένεια ξυρᾶσθαι ἡνίκα ἐπένθουν, καὶ τέμνεσθαι τὰς παρειὰς εἰς τὴν τῶν τετελευτηκότων τιμήν. Καί τινα δὲ τοῦ σώματος μόρια βελόναις ἐκέντουν, καὶ μέλαν ἐπέβαλλον, εἰς θεραπείαν τῶν δαιμόνων. Ταῦτα οὖν[29] ὁ θεῖος νόμος ἀπαγορεύει.

ΕΡΩΤ. ΚΘ'.

Τί ἐστιν ἐγγαστρίμυθος ;

Τινὲς ὑπὸ δαιμόνων (69) ἐνεργούμενοι[30] (70), ἐξηπάτων πολλοὺς τῶν ἀνοήτων, ὡς δῆθεν προαγορεύοντες (71)· οὓς ἐντερομάντεις[31] οἱ Ἕλληνες προσηγόρευον (72), ὡς ἔνδοθεν δοκοῦντος τοῦ δαίμονος φθέγγεσθαι.

A

INTERR. XXVII

Quomodo intelligendum : « Jumenta tua non facies coire cum alterius generis animantibus ; nec seres vineam tuam diverso semine ; » et, « Veste e duobus texta adulterata non indueris [v] ? »

Frequenter admonui, per sensibilia doceri quæ spectant ad animum. Prohibet ergo diversorum generum coitum, veluti equi et asini : ne ab irrationalibus animalibus ad ratione præditos transeat illegitima permistio. Eamdem ob causam vestem ex lana et lino contextam vocat adulteram, docens contrarias operationes non exercere. Et quod his verbis non vestem, sed operationem adulteram innuat, probant velamenta tabernaculi ex variis filis contexta. Sic etiam intelligendum est quod dicitur de vinea. Apostolus autem contrahere socie-
B
tatem cum infidelibus prohibet, dum ait : « Nolite consociare vos infidelibus [x]. »

207 INTERR. XXVIII.

Quid est : « Non facietis sisoen ex coma capitis vestri, neque corrumpetis faciem barbæ vestræ, neque facietis ob animam incisiones in corpore vestro, neque facietis litteras impressas in vobis [y] ? »

Sisoen quidam interpretati sunt *capillos* de industria crispos factos. Ego vero existimo lege aliud interdici. Nam moris est apud Græcos capita puerorum non attondere, sed sinere capillos promitti, et hos postea dæmonibus dedicare. Consueverant etiam radere barbam cum aliquem lugerent, et genas incidere in honorem defunctorum. Aliquas
C
etiam corporis partes acubus compungebant, et atramentum immittebant in reverentiam dæmonum. Hæc igitur divina lex interdicit.

INTERR. XXIX.

Quidnam est engastrimythus [z] ?

Quidam a dæmonibus agitati, simplices multos deceperunt, quasi prædicerent : quos Græci enteromantas appellarunt : tanquam ex interioribus dæmon videatur vocem emittere.

[v] Levit. XIX, 19. [x] II Cor. VI, 14. [y] Levit. XIX, 27, 28. [z] ibid., 31 ; XX, 6.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[28] Cat. p. 1092. τὸν σισόην. [29] οὖν om. [30] Cat. p. 1093. ὑπὸ δαιμ. ἐγγαστρούμενοι. [31] στερνομάντεις.

NOTÆ.

(58) *Ἑτέρῳ ζυγῷ*. Recepta lectio l. c. in vers. Gr. est ἑτεροζύγῳ.

(59) *Οἷον*. Abest a cod. et Pico.

(60) *Ἐναντίας*. Cod. præmittit καὶ εἰς. Minus bene.

(61) *Σισόην*. Ita οἱ Ο'. exprimunt Hebr. פאת, quod Aquila vertit κλίμα (alii legunt κλῆμα), Symm. ὄψιν, vel ut Montf. e cod. Basil. emendavit, πρόσοψιν. Vid. Montf. ad h. l. p. 137.

(62) *Οὐδὲ φθερ*. Cod. φθειρεῖτε, omissa particula οὐδέ. Minus bene.

(63) *Ἐντομίδας*. Emendandum scholion in edit. Vers. τῶν Ο'. Lamb. Bosii, ubi ad hanc vocem Levit. XIX, 28, obviam, notatur : « Theodoret. leg. ἐκτομίδας. »

(64) *Τρίχας*. Abest apud Bosium l. c.

(65) οἶμαι. Bosius præmittit ἄλλο, quod deinde sequitur.

(66) Cod. et Pic. παίδων.

(67) *Μαλλοὺς ἐᾷν*. Prius abest a cod. nostro. Pic. μᾶλλον ἐᾷν τοὺς μαλλούς. Bosius l. c. ἐᾷν τοὺς μαλλούς.

(68) *Τινὲς — δαίμοσιν*. Hæc ad Levit. l. c. attulit Bosius, sed non prorsus eadem sunt.

(69) *Δαιμόνων*. Cod. et Pic. addunt τινῶν. Sic quoque legit Bosius, qui hæc verba ad Levit. XIX, 31, attulit.

(70) Bos. l. c. ἐγγαστρούμενοι

(71) Cod. et Pic. προσαγορεύοντες.

(72) Pic. et Bos. προσαγορεύουσιν.

208 INTERR. XXX.

Quare sacerdotibus potissimum leges de nuptiis præscribit [a]?

Temperantiæ typum sacerdotem esse oportebat : et ut sincerum genus permaneret, nullam contumeliæ præbere occasionem conviciari volentibus. Propterea divinus Apostolus jubet Dei ministrum testimonium habere bonum etiam ab extraneis ; « Ut non in opprobrium, inquit, incidat, et in laqueum diaboli [b]. » Hac de causa scortum Israeliticum interfici jubet, filiam autem sacerdotis consimilis sceleris ream flammis exuri [c]. Imo propter querulam Judæorum naturam, neque ullum, qui maculam aliquam habebat in corpore, permisit ministerio fungi : per affectiones non sponte susceptas prohibens eas quæ procedunt a voluntate. Oculorum quippe obcæcatio cognitionis inopiam significat ; auris amputatio, inobedientiam ; naris autem ablatio, discretionis privationem ; manus abscissio, in agendo socordiam ; eodemque modo reliqua sunt intelligenda. Idcirco victimas omnibus membris integras offerre jubet : per ea quæ offeruntur instruens offerentes, ut habeant sinceras animæ operationes. Inter cætera vero abesse jubet [d] eum cui genitalia abscissa sunt aut contusa : fecundum enim bonis esse illum oportet, qui curat divinum ministerium.

INTERR. XXXI.

Cur primogenita pecorum post octavum diem offerri jussit [e]?

209 Noverat quosdam impios esse, ac gulæ vitio laborare : quodque forsan intuentes primogenitum opimum esse ac speciosum, illud essent retenturi, et alterum oblaturi : propterea primo natum offerri præcepit.

INTERR. XXXII.

Quid est illud : « Non comedetis spicas novas tostas, donec vos obtuleritis dona Deo vestro [f]*?*

Terra Palæstinæ cum sit calidior, fructus fert præcoces. Idcirco mandat ne quis antea spicas novas audeat torrere, assare atque edere, quam ex iis Deo manipulum obtulerint. Jubet autem hunc offerri die Paschæ : tum ex eo die septem hebdomadas numerare, et festum Pentecostes celebrare. Sic enim ait : « Et numerabitis vobis a cra-

A

ΕΡΩΤ. Λ' [32].

Τίνος χάριν τοῖς ἱερεῦσι περὶ τῶν γάμων διαφερόντως νομοθετεῖ;

Ἔδει (72*) τύπον εἶναι τὸν ἱερέα σωφροσύνης, καὶ ἵνα τὸ γένος ἀκραιφνὲς διαμείνῃ, μηδεμίαν ὕβρεως [33] ἀφορμὴν τοῖς λοιδορεῖσθαι βουλομένοις παρέχον. Διὸ καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἀγαθὴν ἔχειν μαρτυρίαν καὶ παρὰ τῶν ἔξωθεν τὸν τῷ Θεῷ λειτουργοῦντα διαγορεύει· « Ἵνα μὴ εἰς ὀνειδισμὸν ἐμπέσῃ (73), καὶ παγίδα τοῦ διαβόλου. » Τούτου χάριν τὴν μὲν Ἰσραηλῖτιν πορνεύουσαν (74) ἀναιρεῖσθαι κελεύει. Τὴν δὲ τοῦ ἱερέως θυγατέρα παραπλήσια τολμῶσαν ἐμπιπρᾶσθαι [34]. Διὰ δὲ τὸ Ἰουδαίων μεμψίμοιρον, οὐδὲ τοὺς ἔχοντάς τινα μῶμον σωματικὸν λειτουργεῖν συγχωρεῖ, διὰ τῶν ἀκουσίων παθημάτων ἀπαγορεύων
B τὰ γνωμικά. Τυφλότης μὲν γὰρ ὀφθαλμῶν τὴν τῆς γνώσεως [35] αἰνίττεται στέρησιν· ἐκτομὴ δὲ ὠτὸς, τὴν παρακοήν· ῥινὸς δὲ ἀφαίρεσις, τοῦ διακριτικοῦ τὴν ἀφαίρεσιν· ἀποκοπὴ δὲ χειρὸς, τὴν ἀργίαν τοῦ πρακτικοῦ· οὕτω καὶ τὰ ἄλλα νοητέον. Τούτου χάριν ἀρτιμελῆ κελεύει καὶ τὰ ἱερεῖα προσφέρειν, τοὺς προσφέροντας διὰ τῶν προσφερομένων παιδεύων ὑγιεῖς ἔχειν [36] τὰς τῆς ψυχῆς ἐνεργείας. Ἀπαγορεύει δὲ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τὸν ἐκτομίαν, καὶ τὸν θλαδίαν. Γόνιμον μὲν γὰρ εἶναι δεῖ τῶν ἀγαθῶν (75) τὸν τῆς θείας θεραπείας φροντίζοντα.

ΕΡΩΤ. ΛΑ'.

Διατί τὰ πρωτότοκα τῶν θρεμμάτων εἰς (76) τὴν ὀγδόην ἡμέραν προσφέρεσθαι διηγόρευσεν;

C Ἤδει τὴν ἐνίων ἀσέβειαν καὶ [37] (76*) γαστριμαργίαν· καὶ ὅτι τυχὸν εὐτραφὲς αὐτὸ καὶ εὐειδὲς θεασάμενοι, τοῦτο μὲν καθέξουσιν, ἕτερον δὲ προσοίσουσι· τούτου χάριν εὐθυγενῆ προσενεχθῆναι προσέταξεν.

ΕΡΩΤ. ΛΒ' [38].

Τί ἐστι, « Πεφρυγμένα νέα χίδρα οὐ φάγεσθε, ἕως ἂν προσενέγκητε ὑμεῖς τὰ δῶρα τῷ Θεῷ ὑμῶν; »

Τῆς Παλαιστίνης ἡ γῆ θερμοτέρα οὖσα πρωΐμους φέρει καρπούς. Κελεύει τοίνυν μὴ πρότερόν τινα (77) νέους ἀστάχυς ἀφεῦσαι, καὶ φρύξαι, καὶ φαγεῖν, ἕως ἂν ἐκ τούτων [39] προσενέγκωσι τῷ Θεῷ δράγμα [40]· Κελεύει δὲ τοῦτο προσενεχθῆναι τῇ τοῦ Πάσχα ἡμέρᾳ· εἶτα ἐκ ταύτης ἑπτὰ ἑβδομάδας ἀριθμῆσαι. καὶ τῆς Πεντηκοστῆς ἐκτελέσαι [41] τὴν ἑορτήν. Οὕτω γὰρ

[a] Levit. xxi, 13 seqq. [b] I Tim. iii, 7. [c] Deut. xxiii, 17: Levit. xxi, 9. [d] Levit. xxii, 24. [e] ibid. 27. [f] Levit. xxiii, 14.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[32] Qu. 30 tribus constat partibus. 1.) Initium exstat in cat. p. 1105, ad c. xxv, 13, 14. 2.) διὰ δὲ τὸ — τ. ψυχ. ἐνεργείας vid. ib. p. 1107, ad vers. 18, 19. 3.) ἀπαγορεύει et reliqua vid. ib. p. 1108, ad vers. 20. [33] Cat. p. 1105. μηδεμιᾶς ὕβρεως. [34] τὰ παραπλ. τολμ. ἐμπιπρᾶσθαι. [35] Cat. p. 1107. τῆς γνώμης. [36] κελεύων ὑγ. ἔχειν. [37] Cat. p. 1115. ἀσέβειαν καὶ om. [38] Qu. 32 quatuor partibus constat. 1.) Initium usque ad τῷ Θεῷ δράγμα exstat in cat. p. 1120, ad cap. xxii, 14. 2.) κελεύει — οὐρανόθεν φερομ. vid. ib. ad vers. 15. 3.) οὕτω διδάξας — τῷ νόμῳ μαχόμενοι p. 210, vid. ib. p. 1123. ad c. xxiii, 1, 2. 4.) τῇ δὲ et reliqua vid. ib. p. 1127, ad vers. 13 et 14. [39] ὡς ἂν ἐκ τούτ. [40] Cat. p. 1120. τὸ δράγμα τοῦτο. Ad verba illa τῇ τοῦ Πάσχα ἡμέρᾳ in margine tentatur modus conciliandi hunc locum cum aliis apud Philonem, Josephum et Epiphanium. [41] ἐπιτελέσαι.

NOTÆ.

(72*) *Ἔδει*. Cod. et Pic. ὅτι δεῖ.
(73) *Ἐμπέσῃ*. Cod. et Pic. præmittunt φησίν.
(74) Cod. et Pic. πόρνην οὖσαν.
(75) *Γόνιμον — τῶν ἀγαθῶν*. Cod. et Pic. ὑγιᾶ μὲν γὰρ εἶναι τῶν ἀγαθῶν πλήρη.
(76) *Εἰς*. Cod. et Pic. μετά.
(76*) *Ἀσέβειαν καί*. Des. in cod. et apud Pic.
(77) *Τινά*. Cod. et Pic. τινί,

ἔφη· « Καὶ ἀριθμήσετε (78) ὑμῖν ἀπὸ τῆς ἐπαύριον A τῶν Σαββάτων, ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἧς ἂν προσενέγκητε τὸ δράγμα τοῦ ἀφορίσματος (79), ἑπτὰ ἑβδομάδας ὁλοκλήρους. » Ἡ δὲ τῆς Πεντηκοστῆς ἑορτὴ, μνήμη ἦν τῆς εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας εἰσόδου. Τότε γὰρ καὶ ἔσπειρον καὶ ἐθέριζον· ἐν γὰρ τῇ ἐρήμῳ τὸ μάννα ἤσθιον οὐρανόθεν φερόμενον. Οὕτω διδάξας ὅπως χρὴ καὶ τοῦ Πάσχα καὶ τῆς Πεντηκοστῆς ἐπιτελέσαι τὴν ἑορτὴν, διδάσκει καὶ τίνα χρὴ (80) πρᾶξαι τῷ ἑβδόμῳ μηνί. Καὶ τῇ μὲν νουμηνίᾳ, τῶν σαλπίγγων τὴν ἑορτὴν ἐπιτελέσαι κελεύει· ἀνεμίμνησκον δὲ αὗται τῶν (81) ἐν τῷ Σινᾶ ὄρει γεγενημένων σαλπίγγων, ἡνίκα τὸν νόμον ὁ τῶν ὅλων ἐδεδώκει Θεός. « Φωνὴ γὰρ, φησὶ, τῆς σάλπιγγος ἤχει μέγα. » Τῇ δεκάτῃ δὲ τοῦ μηνὸς τοῦ ἑβδόμου νηστεῦσαι κελεύει. Ταύτην γὰρ τὴν ἡμέραν ἱλασμοῦ B ἡμέραν καλεῖ. « Ταπεινώσετε [82] γὰρ, φησὶ, τὰς ψυχὰς (82) ὑμῶν, ἀπὸ ἐννάτης τοῦ μηνὸς ἀπὸ [83] ἑσπέρας, ἕως δεκάτης τοῦ μηνὸς ἑσπέρας, σαββατιεῖτε τὰ Σάββατα ὑμῶν [84] (83)· Καὶ πᾶσα ψυχὴ, ἥτις μὴ ταπεινωθήσεται ἐν αὐτῇ, ἐξολοθρευθήσεται ἡ ψυχὴ ἐκείνη ἐκ τοῦ λαοῦ αὐτῆς. » Ἀλλ' οἱ (84) Ἰουδαῖοι κατ' αὐτὴν (85) τὴν ἡμέραν οὐ σκυθρωπάζουσιν, ἀλλὰ γελῶσι καὶ παίζουσι καὶ χορεύουσι, καὶ ἀκολάστοις ῥήμασι καὶ πράγμασι κέχρηνται, ἄντικρυς τῷ νόμῳ μαχόμενοι. Τῇ δὲ πεντεκαιδεκάτῃ, τὴν ἑορτὴν τῶν Σκηνῶν ἑορτάσαι νομοθετεῖ, οὐ μέχρι τῆς ἑβδόμης, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἑορτῶν, ἀλλὰ καὶ τὴν ὀγδόην ταῖς ἑπτὰ προσθεῖναι κελεύει· « Καὶ ἡ ἡμέρα γὰρ, φησὶν, ἡ ὀγδόη ἡ κλητὴ ἁγία ἔσται ὑμῖν, καὶ C προσάξετε ὁλοκαυτώματα Κυρίῳ (86)· ἐξόδιόν ἐστι· πᾶν ἔργον λατρευτὸν (87) οὐ ποιήσετε (88). » Τὸ δὲ ἐξόδιον τὸ τέλος σημαίνει τῶν ἑορτῶν (89)· ἡ δὲ τῶν Σκηνῶν ἑορτὴ, τῆς ἐν ἐρήμῳ διαγωγῆς ἀνεμίμνησκεν. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ νομοθετῶν ἔφη· « Ὅτι ἐν σκηναῖς κατῴκισα τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἐν τῷ ἐξαγαγεῖν με αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου. » Τούτου χάριν κλάδοις δένδρων τὰς οἰκίας κοσμεῖν διηγόρευσε· συνηρίθμησε δὲ τοῖς ἄλλοις κλάδοις καὶ τὸν ἄγνον, ὡς σωφροσύνης δηλωτικὸν, καὶ ἡδονῆς σβεστικόν (90). Φασὶ γὰρ αὐτὸν καὶ ἐσθιόμενον, καὶ ὑποστρωννύμενον σβεννύναι τὴν φλόγα τῶν ἡδονῶν. Ἀλλὰ τούτοις οὐκ ἰατρικῶς προσέταξε χρήσασθαι τοῖς τοῦ ἄγνου κλάδοις, ἀλλὰ διὰ τοῦ ὀνόματος ἐνιεὶς τῆς σωφροσύνης τὴν μνήμην.

stino die Sabbatorum, ab eo die quo manipulum separationis obtuleritis, septem hebdomadas integras [g]. » Festum autem Pentecostes memoriam renovabat introitus in terram promissionis. Tum enim serere cœperunt, et metere; nam in deserto vescebantur manna labente de cœlo. Postquam ita docuit, quo ritu tum Paschæ tum Pentecostes solemnitatem celebrare oporteat, docet etiam quæ sint agenda septimo mense. Ac primo die mensis festum tubarum peragere jubet: illæ vero in memoriam revocabant eas tubas quæ erant in monte Sinai, quando Deus omnium dabat legem: « Vox enim, inquit, tubæ intense **210** sonabat [h]. » Decimo vero die septimi mensis jejunare præcipit. Illum enim diem appellat diem propitiationis. « Humiliabitis enim, inquit, animas vestras, a die nono mensis a vespera usque ad decimum diem mensis sub vespera, celebrabitis Sabbata vestra. Et omnis anima quæ humiliata non fuerit eo die, peribit anima illa e populo suo [i]. » Atqui nunc illo die Judæi non præ se ferunt tristitiam, sed rident, ludunt, ac ducunt choreas, ac verbis et rebus obscenis utuntur, directe legem impugnantes. At decimo quinto die mensis festum Tabernaculorum celebrari jubet, non usque ad septimum diem solum, ut in aliis festis, sed et septem diebus octavum addi præcipit: « Dies, inquit, octavus vocatus sanctus erit vobis, et offeretis holocausta Domino: exodium sive egressus est: omne opus servile non facietis [j]. » Egressus vero festorum indicat finem. Porro festum tabernaculorum vitæ in deserto transactæ memoriam refricabat: quod etiam legislator dixit: « Quia in tabernaculis habitare feci filios Israel, cum educerem illos e terra Ægypti [k]. » Propterea præcepit ornare domos ramis arborum: et aliis ramis adnumeravit viticem, velut indicem temperantiæ et quæ exstinguit voluptatem. Aiunt enim, ipsam, sive edatur, sive substernatur, exstinguere flammam voluptatum. Verum non more medico jussit uti his **211** ramis viticis, sed ut sub ejus nomine temperantiæ memoriam refricaret.

[g] Levit. XXIII, 15. [h] Exod. XIX, 16. [i] Levit. XXIII, 29, 32. [j] ibid. 36. [k] ibid. 43.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[82] Cat. p. 1134. ταπεινώσατε. [83] ἀπὸ om. [84] ἕως — τὰ Σάββ. ὑμῶν om.

NOTÆ.

(78) Cod. et Pic. ἀριθμηθήσεται.

(79) *Ἀφορίσματος*. Recepta lectio Levit. XXIII, 5, est ἐπιθέματος.

(80) *Καὶ τοῦ — τίνα χρή*. Des. in cod.

(81) Cod. et Pic. ἀνεμίμνησκε δὲ αὐτοὺς τῶν, κ. λ.

(82) *Ὑμῶν*. Des. in cod. et edit. Pici.

(83) *Ἀπὸ — ὑμῶν*. Des. in cod.

(84) *Ἀλλ' οἱ*. Cod. ἀλλ' ὡς. Pic. ἄλλως.

(85) *Κατ' αὐτήν*. Cod. κατὰ τήν.

(86) *Κυρίῳ*. Cod. καί.

(87) Pic. λαξευτόν.

(88) Cod. et Pic. ποιηθήσεται.

(89) *Τὸ — ἑορτῶν*. Huic explicationi favent etiam loca Num. XXIX, 35; Deut. XVI, 8, ubi עֲצֶרֶת in vers. τῶν Ο' per eamdem vocem ἐξόδιον exprimitur. Nec spernenda interpretatio Samaritani, de qua conf. Drusius in Fragm. vet. interpr. 199, et Montf. l. c. t. I, p. 145.

(90) *Σβεστικόν*. Cod. συνεκτικόν.

INTERR. XXXIII.

Quomodo intelligendum est illud : « Qui maledixerit Deo, reus erit peccati : qui vero nominaverit nomen Domini, morte moriatur [l] ? »

Deprehensus est quidam, qui Deum omnium blasphemaverat : nondum autem lex erat scripta de blasphemia; propterea legislator hunc custodiri jussit. Postero itaque die Moses interrogavit Dominum Deum, quid pati deberet nefarius ille. Dominus autem ipsum lapidibus obrui præcepit, primosque lapides mittere, qui audiissent blasphemiam. Simulque de blasphemia legem tulit. Et Deum æquivoce vocavit eum, qui Deus falso nominatur, cui qui detrabit, hunc peccare quidem ait, nulla tamen pœna dignum judicavit. Peccat autem, non pius dum blasphemat falsi nominis Deum, sed qui credit in eum, et tamen conviciatur ; blasphemat enim quem colit. Peccatum igitur ejusmodi blasphemiam appellavit, non propter ejus, cui blasphemia infertur, dignitatem, sed propter ejus, qui blasphemat, opinionem, quia non ut Deum falso nominatum, sed tanquam verum Deum blasphemat. Eum autem qui verum Deum blasphemat, lapidibus interimi mandavit. Meritoque his de blasphemia legibus homicidii legem conjunxit ; quia blasphemator Creatorem cum interficere non possit, lingua ferit.

A ΕΡΩΤ. ΛΓ' [45].

Πῶς νοητέον τό· « Ὃς ἂν καταράσηται Θεὸν, ἁμαρτίαν λήψεται, ὀνομάζων δὲ τὸ ὄνομα Κυρίου θανάτῳ θανατούσθω ; »

Ἑάλω τις βλασφημήσας τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, οὐδέπω δὲ περὶ βλασφημίας ἐγέγραπτο νόμος· τούτου χάριν ὁ νομοθέτης, τοῦτον μὲν φυλαχθῆναι προσέταξεν. Ἤρετο δὲ τῇ ὑστεραίᾳ Μωσῆς τὸν Δεσπότην Θεὸν τί χρὴ παθεῖν τὸν ἀλάστορα. Ὁ δὲ τὸν μὲν καταλευσθῆναι προσέταξε, τῶν ἀκηκοότων τῆς βλασφημίας πρώτων ἀφιέντων τοὺς λίθους. Ἔθηκε δὲ τὸν περὶ τῆς βλασφημίας νόμον. Καὶ Θεὸν μὲν ὁμωνύμως ἐκάλεσε τὸν ψευδώνυμον· τὸν δὲ τούτῳ λοιδορούμενον ἁμαρτάνειν μὲν ἔφη, κολάσεως δὲ οὐκ ἔκρινεν ἄξιον (91). Ἁμαρτάνει μὲν οὐχ ὁ εὐσεβὴς τὸν ψευ-
B δώνυμον (92) βλασφημῶν Θεὸν, ἀλλ' ὁ ἐκείνῳ πιστεύων μὲν, λοιδορούμενος δέ· βλασφημεῖ γὰρ ὃ σέβει (93). Ἁμαρτίαν τοίνυν τὴν τοιαύτην ἐκάλεσε (94) βλασφημίαν, οὐ διὰ τὴν τοῦ (95) βλασφημουμένου ἀξίαν, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ βλασφημοῦντος ὑπόληψιν. Οὐ γὰρ ὡς ψευδώνυμον, ἀλλ' ὡς ἀληθῆ Θεὸν βλασφημεῖ. Τὸν μέντοι τὸν ἀληθινὸν βλασφημοῦντα Θεὸν λίθοις ἀναιρεῖσθαι προσέταξε. Μάλα δὲ εἰκότως τοῖς περὶ τῆς βλασφημίας νόμοις, καὶ τὸν περὶ τοῦ φόνου συνῆψεν· ἐπειδὴ καὶ ὁ βλασφημῶν ἀνελεῖν μὴ δυνάμενος, τῇ γλώττῃ βάλλει τὸν Ποιητήν.

212 INTERR. XXXIV.

Cur oculum pro oculo erui, et dentem pro dente, et quæcunque similia, præcepit [m] ?

Non hæc sancivit, ut ea paterentur, sed ne admitterent. Metus enim patiendi libidinem agendi coercebat.

ΕΡΩΤ. ΛΔ'.

Διατί ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ ἐκκόπτεσθαι, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος, καὶ ὅσα τοιαῦτα προσ-
C *έταξεν ;*

Οὐχ ἵνα πάσχωσι ταῦτα νενομοθέτηκεν, ἀλλ' ἵνα μὴ πράττωσι. Τοῦ γὰρ πάθους τὸ δέος τὴν πρᾶξιν ἐκώλυσεν.

INTERR. XXXV.

Quam ob causam anno septimo terram conserere prohibet [n] ?

Insatiabilem eorum animum lege plectit. Nam quia ideo continuo seminabant, ut plus haberent : terra vero minime quiescens, exiliores fructus afferebat, constituit anno septimo non seminatam manere terram ; quæ autem sponte nascerentur, ea prohibuit vindemiare aut metere, humanitatis officia illos docens. Jussit enim, ut viduæ, orphani et advenæ, una cum ipsis essent illorum fructuum participes. Præter hæc aliud etiam tractatur. Nam hoc anno nomina rescindebantur, et Hebræi servi libertate donabantur. Idcirco statuit etiam jubi-

ΕΡΩΤ. ΛΕ'.

Διατί τῷ ἑβδόμῳ ἔτει σπεῖραι τὴν γῆν ἀπαγορεύει ;

Τὸ ἄπληστον αὐτῶν κολάζει τῷ νόμῳ. Ἐπειδὴ γὰρ τοῦ πλείονος ἐφιέμενοι διηνεκῶς ἔσπειρον· μὴ διαναπαυομένη δὲ ἡ γῆ ἐξιτήλους ἔφερε τοὺς καρπούς· τῷ ἑβδόμῳ ἔτει ἄσπαρτον ἐᾶσαι τὴν γῆν διηγόρευσε· τὰ δὲ αὐτομάτως φυόμενα τρυγᾷν ἢ θερίζειν ἐκώλυσε, φιλανθρωπίαν ἐκπαιδεύων αὐτούς. Ἐκέλευσε γὰρ [46] σὺν αὐτοῖς καὶ χήρας, καὶ ὀρφανοὺς, καὶ προσηλύτους ἔξωθεν (95*) μεταλαβεῖν τῶν
D καρπῶν. Πρὸς δὲ τούτοις, καὶ ἕτερον πραγματεύεται· καὶ γὰρ ἄφεσις ὀφλημάτων κατὰ τόδε τὸ ἔτος ἐγίνετο, καὶ τῶν δουλευόντων Ἑβραίων ἐλευθερία. Διά τοι

[l] Levit. XXIV, 15, 16. [m] ibid. 20. [n] Levit. XXV, 4.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[45] Qu. 33 duabus constat partibus. Prior exstat in cat. p. 1132, ad cap. XXIV, 12-16 ; posterior μάλα δὲ εἰκότως et reliqua, ib. ad vers. 17. [46] ἐκέλευσε δέ.

NOTÆ.

(91) Ἄξιον. Abest a cod. et ab edit. Pici, ita tamen, ut in cod. vacuum sit relictum spatium.

(92) Ψευδώνυμον. Cod. et Pic. ὁμώνυμον.

(93) Ὁ σέβει. Des. in cod. et apud Pic. relicto iterum in codice vacuo spatio.

(94) Ἐκάλεσαν.

(95) Βλασφημίαν — τὴν τοῦ. Des. in cod.

(95*) Ἔξωθεν. Cod. et Pic. ἐξ αὐτῶν.

A τοῦτο καὶ τὸν Ἰωβηλαῖον ἀργεῖν ἐνομοθέτησεν· ἐλευθερίαν δὲ καὶ ἄφεσιν σημαίνει τὸ ὄνομα. Ἰωβηλαῖον δὲ τὸ πεντηκοστὸν προσαγορεύουσιν ἔτος· « Ἑπτὰ γὰρ, φησὶν, ἑβδομάδας ἐτῶν ἀριθμήσεις, καὶ διαγγελεῖτε (96) σάλπιγγος φωνῇ ἐν πάσῃ τῇ γῇ ὑμῶν τῇ δεκάτῃ τοῦ μηνὸς τῇ ἡμέρᾳ τοῦ ἐξιλασμοῦ· ἐν ᾗ, φησὶν, ἡμέρᾳ ἱλεοῦμαι ὑμῖν, καὶ τὰ πεπλημμελημένα ὑμῖν ἀφίημι. Ἐν ταύτῃ μηνύσατε τὸ τῆς ἀφέσεως ἔτος. » Εἶτα κελεύει ἐν (97) τούτῳ τῷ ἔτει, καὶ τὸν ἀγρὸν ἀναλαμβάνειν τὸν πεπρακότα, καὶ τὰς ἐν τοῖς ἀγροῖς οἰκίας, καὶ χρεῶν ἀποκοπὰς γενέσθαι, καὶ παίδων Ἑβραίων ἐλευθερίας. Ἐπειδὴ δὲ εἰκὸς ἦν τινας ἐνοχλεῖν τοῖς ὀφείλουσιν, ὡς τοῦ τῆς ἀφέσεως ἔτους πελάζοντος, ἀπηγόρευσε καὶ τοῦτο γίνεσθαι παρ' αὐτῶν. Ὥστε δὲ περὶ τῆς ἀναγκαίας μὴ ἐνδοιάζειν τροφῆς, ἅτε δὴ μὴ γεωργοῦντας τὴν γῆν ἐν τοῖς τῆς ἀφέσεως ἔτεσι, ταῖς φιλοτίμοις B ἐψυχαγώγησεν ὑποσχέσεσιν. Ἐπηγγείλατο γὰρ ἐν τῷ ἕκτῳ ἔτει οὐ διπλασίαν πρόσοδον χορηγήσειν μόνην (98), ἀλλὰ καὶ τριπλασίαν αὐτοῖς (99), ἀποχρῶσαν καὶ ἐν τῷ ἕκτῳ καὶ ἐν τῷ ἑβδόμῳ ἔτει διαθρέψαι [47]· ἀλλὰ καὶ μέχρι τοῦ ὀγδόου διαρκοῦσαν. « Σπερεῖτε γὰρ, φησὶν, τὸ ἔτος τὸ ὄγδοον, καὶ φάγεσθε ἀπὸ τῶν γεν[ν]ημάτων παλαιὰ ἕως τοῦ ἔτους τοῦ ἐννάτου, ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ γεν[ν]ήματα αὐτῆς, φάγεσθε παλαιὰ παλαιῶν. » Εἶτα τῇ μνήμῃ τῆς δεσποτείας κρατύνει τὸν νόμον. « Ἐμὴ γάρ ἐστι, φησὶν, ἡ γῆ, διότι προσήλυτοι καὶ πάροικοι ὑμεῖς ἐστε ἐναντίον μου. » Ἐγὼ, φησὶ, ταύτην ὑμῖν ἐδωρησάμην, τοιγάρτοι ὡς Δεσπότης νομοθετῶ.

laeum vocare : quod nomen remissionem atque libertatem significat. Jubilæum autem vocant annum quinquagesimum : « Numerabis enim, ait, septem hebdomadas annorum, et annuntiabitis voce tubæ in universa terra vestra decimo mensis, die propitiationis : quo, inquit, die propitius ero vobis, et delicta vobis remittam. Eo die prædicabitis annum remissionis [o]. » Deinde præcipit, ut hoc anno qui vendidit agrum sibi vindicet, nec non domos in agris exsistentes. Jussit quoque debitorum tabulas rescindi, et servos Hebræos manu mitti. Quoniam autem **213** erat verisimile, quosdam fore molestos debitoribus suis, cum hic remissionis annus proximus esset, hoc etiam ab illis fieri vetuit. Ne vero de alimento necessario dubitarent, utpote qui terram non excolerent annis remissionis, magnificis pollicitationibus eos recreavit. Promisit enim, se anno sexto suppeditaturum ipsis non duplum solum proventum, sed etiam triplum, unde abunde ali possint anno sexto et septimo, imo ad octavum usque annum sufficientem. « Seretis enim, inquit, octavo anno, comedetisque veteres fruges usque ad nonum annum, donec novæ fruges terræ nascantur, comedetis veteres veterum [p]. » Tum facta mentione dominationis suæ confirmat legem : « Mea enim, ait, est terra : nam vos advenæ et incolæ estis coram me. » Ego, inquit, eam vobis donavi, hinc tanquam Dominus legem condo.

C

ΕΡΩΤ. ΛϚʹ [48].

Τί ἐστι, « Πέψουσι δέκα γυναῖκες τοὺς ἄρτους αὐτῶν ἐν κλιβάνῳ ἑνί (1) ; »

Ὡς περὶ τὴν γῆν κεχηνόσι, καὶ νομοθετεῖ, καὶ ἀπειλεῖ. Καὶ γὰρ ἐννόμως (2) πολιτευομένοις, τῆς γῆς αὐτοῖς ἐπαγγέλλεται τὴν εὐκαρπίαν· καὶ αὖ πάλιν παραβαίνουσι, καὶ γῆς ἀκαρπίαν, καὶ πολεμίων ἔφοδον ἀπειλεῖ, καὶ πενίαν ἐσχάτην. Τοῦτο καὶ ἐνταῦθα δηλοῖ, ὅτι Ὑμᾶς τοσαύτη καταλήψεται πενία, ὡς δέκα γυναῖκας ἐν ἑνὶ κλιβάνῳ τοὺς ἄρτους ποιεῖν διὰ τὴν σπάνιν τῶν ἀναγκαίων· τοῦτο γὰρ καὶ ἐπήγαγε· « Καὶ φάγεσθε, καὶ οὐ μὴ ἐμπλησθῆτε (3). »

INTERR. XXXVI.

Quidnam illud est : « Decem mulieres coquent panes suos in clibano uno [q] ? »

Tanquam terræ inhiantibus leges statuit, et minatur. Nam secundum [r] legem conversantibus ubertatem terræ promittit : e diverso transgredientibus, fructuum sterilitatem, et hostium incursionem minatur, atque extremam paupertatem. Hoc itaque vult hic innuere. Tanta vos excipiet inopia, ut decem mulieres in uno clibano panes faciant ob rerum necessariarum penuriam. Hoc enim etiam addit : « Comedetis, et non saturabimini. »

[o] Levit. xxvi, 8, 9. [p] ibid. 22, 23. [q] ibid. 26. [r] ibid. 34.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[47] οὐ διπλασίαν μόνην, ἀλλὰ καὶ τριπλασίαν αὐτοῖς πρόσοδον χορηγήσειν ἀποχρῶσαν, καὶ ἐν τῷ ἕκτῳ καὶ ἑβδόμῳ ἔτει διαθρέψαι καί. [48] Qu. 37 duabus constat sectionibus. Prior exstat in cat p. 1150, ad c. xxvi, 32-36 ; posterior, μετὰ μέντοι et reliqua, ib. ad vers. 42.

NOTÆ.

(96) Uterque διαγγελεῖται.
(97) Ἐν. Abest a cod. et edit. Pici.
(98) Cod. et Pic. μόνον.
(99) Ἀλλὰ — αὐτοῖς des. in cod. et apud. Pic.

(1) Ἑνί. Des. utroque loco.
(2) Cod. et Pic. ἐν νόμῳ.
(3) Cod. et Pic. ἐμπλησθήσεσθε, quæ l. c. est lectio quod Oxon.

214 INTERR. XXXVII.

Quid sibi vult : « Tunc Sabbatis requiescet terra et accepta habebit Sabbata sua omnibus diebus desolationis suæ [s] ? »

Quod subsequitur, hujus est interpretatio. Ait enim : « Et vos eritis in terra hostium vestrorum [s]. » Septuaginta quippe annos servierunt in Babylone. A regno autem Saulis usque ad captivitatem numerantur quadringenti nonaginta anni, quorum septimam partem faciunt septuaginta. Hoc ergo vult dicere : septuaginta annos terra manebit inculta, et non seminata, vobis terram alienam incolentibus : propterea quod una cum reliquis etiam Sabbati præceptum transgressi estis. Hoc enim subjunxit : « Et Sabbatis requiescet terra, quæ non quiescebat Sabbatis. cum incoleretis eam [t]. » Comminationem quoque alteram addidit : « Et inducam formidinem in cor eorum, qui relicti fuerint in terra hostium suorum : et persequetur eos vox folii volantis, et fugient sicut qui fugiunt a conspectu belli [u], » et quæ sequuntur. Quæ etiam prophetia finem accepit. Nam cum obsiderentur a Chaldæis, multique in conflictu occubuissent, et multi fame periissent, captivis Babylonem translatis, qui manus hostium evitarant, in **215** Ægyptum confugerunt, incursionem Chaldæorum metuentes : quod divini Jeremiæ prophetia manifeste demonstrat. Post comminationes tamen dulcia promisit, et inter cætera reditum e captivitate, non quidem ob eorum merita, sed propter majorum suorum pietatem. Sic enim ait : « Et recordabor fœderis Jacobi, et fœderis Isaaci, et fœderis Abrahami, et recordabor fœderis eorum prioris, quando eduxi eos e terra Ægypti, e domo servitutis in conspectu gentium omnium, ut essem illorum Deus. Ego sum Dominus [v]. » Docet autem his verbis causas humanitatis. Ob promissiones enim, ait, factas patribus illorum, iniquitatem eorum * fero : et quia cognoverunt omnes gentes per incredibilia miracula, summopere illos mihi esse curæ, et quod populus meus vocentur. Verum primo loco mentionem fecit Jacobi ; quoniam illorum omnium solus erat progenitor. Isaac enim etiam Idumæorum, Abraham etiam Ismaelitarum, et eorum qui a Chetura descenderunt. Ab imo igitur ducens ini-

A

ΕΡΩΤ. ΛΖ'.

Τί ἐστι, « Τότε Σαββατιεῖ ἡ γῆ, καὶ εὐδοκήσει τὰ Σάββατα [79] (4) αὐτῆς (5) πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ἐρημώσεως αὐτῆς ; »

Τὸ ἐπαγόμενον ἑρμηνεία τούτου ἐστίν. Ἔφη γάρ· « Καὶ ὑμεῖς ἔσεσθε ἐν τῇ γῇ τῶν ἐχθρῶν ὑμῶν. » Ἐν Βαβυλῶνι γὰρ ἑβδομήκοντα ἔτη δουλεύοντες διετέλεσαν. Ἀπὸ δὲ τῆς τοῦ Σαοὺλ βασιλείας, μέχρι τῆς αἰχμαλωσίας τετρακόσια καὶ ἐνενήκοντα συνάγεται ἔτη· τούτων δὲ τὸ ἕβδομον ἑβδομήκοντα. Τοῦτο τοίνυν φησὶν, ὅτι ἄσπαρτος ἡ γῆ μενεῖ, καὶ ἀνήροτος ἑβδομήκοντα ἔτη, ὑμῶν τὴν ἀλλοτρίαν ἐνοικούντων· ἐπειδὴ μετὰ τῶν ἄλλων νόμων [80] παρέβητε καὶ τοῦ Σαββάτου τὴν ἐντολήν. Τοῦτο γὰρ ἐπήγαγε· « Καὶ σαββατιεῖ ἡ γῆ, ἃ οὐκ ἐσαββάτισεν, ἡνίκα

B κατῳκεῖτε αὐτήν. » Προστέθεικε δὲ καὶ ἑτέραν ἀπειλήν. « Καὶ τοῖς καταλειφθεῖσιν ἐξ ὑμῶν ἐπάξω δειλίαν (6) εἰς τὴν καρδίαν αὐτῶν [81] ἐν τῇ γῇ τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν· καὶ διώξεται αὐτοὺς φωνὴ φύλλου φερομένου, καὶ φεύξονται ὡς φεύγοντες ἀπὸ πολέμου, » καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ αὕτη δὲ ἡ πρόῤῥησις πέρας ἔλαβεν. Ἐν γὰρ τῇ τῶν Χαλδαίων πολιορκίᾳ, πολλῶν μὲν ἐν ταῖς συμπλοκαῖς ἀναιρεθέντων, πολλῶν δὲ λιμῷ διαφθαρέντων, τῶν ἀνδραποδισθέντων δὲ εἰς Βαβυλῶνα μετοικισθέντων· οἱ τὰς τῶν πολεμίων χεῖρας διαφυγόντες εἰς τὴν Αἴγυπτον ἔφυγον, δείσαντες τῶν Χαλδαίων τὴν ἔφοδον. Καὶ τοῦτο σαφῶς ἡμᾶς ἡ τοῦ θειοτάτου Ἱερεμίου προφητεία διδάσκει. Μετὰ μέντοι τὰς ἀπειλὰς ὑπέσχετο καὶ χρηστὰ, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας ἐπάνοδον ἐπηγγείλατο, οὐ διὰ τὴν

C αὐτῶν ἀξίαν, ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν προγόνων εὐσέβειαν. Τοῦτο γὰρ ἔφη· « Καὶ μνησθήσομαι τῆς διαθήκης Ἰακὼβ, καὶ τῆς διαθήκης Ἰσαὰκ, καὶ τῆς διαθήκης Ἀβραὰμ, καὶ μνησθήσομαι αὐτῶν διαθήκης τῆς προτέρας, ὅτε ἐξήγαγον αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, ἐξ οἴκου δουλείας ἐναντίον πάντων τῶν ἐθνῶν (7), τοῦ εἶναι αὐτῶν Θεός· ἐγώ εἰμι Κύριος. » Ἐδίδαξε δὲ διὰ τούτων τὰς τῆς φιλανθρωπίας αἰτίας. Διὰ γὰρ τὰς (8) πρὸς τοὺς πατέρας αὐτῶν ἐπαγγελίας, φησὶ, τῆς τούτων ἀνέχομαι παρανομίας· καὶ ἐπειδὴ ἔγνω πάντα τὰ ἔθνη διὰ τῶν παραδόξων θαυμάτων, ὅτι διαφερόντως τούτων ἐπιμελοῦμαι, καὶ λαὸς ἐμὸς χρηματίζουσι. Τοῦ μέντοι Ἰακὼβ ἐμνημόνευσε πρώτου, ἐπειδὴ τούτων (9) ἁπάντων μόνος ἦν πρόγονος (10). Ὁ γὰρ Ἰσαὰκ καὶ τῶν Ἰδουμαίων, ὁ δὲ

[s] Levit. xxvi, 34. [t] ibid. [u] ibid. 36. [v] ibid. 42, 45.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[79] Cat. p. 1150. τὸ εὐδοκήσει ἡ γῆ τὰ Σάββατα. [80] τῶν αὐτῶν νόμων. [81] τ. καρδ. ὑμῶν.

NOTÆ.

(4) *Τότε — Σάββατα.* Ita quoque Picus. In cod. autem legitur Τότε εὐδοκήσει ἡ γῆ τὰ Σάββατα, quæ desumpta sunt ex Levit. xxvi, 34. Lectionem cod. August. h. l. præferendam esse, docent prima, quæ sub initio responsionis sequuntur, verba. Hæc enim se referunt ad proxime sequentem versum 35, cujus prima hæc sunt verba, *Καὶ ὑμεῖς — ἐχθρῶν ὑμῶν.* Ipsa quoque vox τὸ ἐπαγόμενον indicat hanc quæstionem non e versu 35, sed ex 34 esse desumptam, sicque recte se habere lectionem codicis nostri. Video quidem in Grabii et Breitingeri edit. vers. Græcæ versum 35, incipere a verbis Πάσας τὰς ἡμέρας, κ. λ. Sed nihil impedit hæc varietas in versiculorum partitione. Nos secuti sumus edit. Bosii ad fidem Sixtinæ impressam.

(5) *Αὐτῆς* abest a cod.

(6) *Δειλίαν.* Hæc est lectio exemplarium correctiorum, aptior altera lectione, quæ est δουλείαν.

(7) *Ἐναντίον — ἐθνῶν.* Hæc est lectio cod. Oxon. Reliqui legunt ἔναντι τῶν ἐθνῶν.

(8) *Τάς.* Cod. τῆς.

(9) *Τούτων.* Cod. τοῦ τῶν.

(10) *Πρόγονος.* Cod. γόνος. Præstat lectio recepta.

Ἀβραάμ, καὶ τῶν Ἰσραηλιτῶν, καὶ τῶν ἀπὸ Χεττούρας· κάτωθεν τοίνυν ἀρξάμενος, κατὰ τάξιν ἐπὶ τὸν Ἀβραὰμ ἀνελήλυθε, πρὸς ὃν ἐξαρχῆς ἐπεποίητο τὰς συνθήκας.

A tium, gradatim ascendit ad Abrahamum, cum quo pepigerat ab initio fœdera.

ΕΡΩΤ. ΛΗ'.

Τί ἐστιν, « Ὃς ἂν εὔξηται εὐχὴν ὥστε δοῦναι (11) *τιμὴν τῆς εὐχῆς*[12] (12) *αὐτοῦ τῷ Κυρίῳ;* »

Εὐχὴν καλεῖ τὴν ὑπόσχεσιν, ὃ (13) πολλοὶ τάγμα προσαγορεύουσι· τοῦτον δὲ τὸν νόμον ἔστι καὶ νῦν παρ' ἐνίοις Βαρβάροις εὑρεῖν φυλαττόμενον. Οἱ γὰρ πλεῖστοι τῶν Νομάδων, λέγω δὲ τοὺς ἀπογόνους τοῦ Ἰσμαὴλ, ἀντιταλαντεύουσι τοῖς εὐθυγενέσι βρέφεσιν ἄργυρον (14), καὶ τοῦτον[13] προσκομίζουσι τῷ Θεῷ. Περὶ τούτου νενομοθέτηκεν ὁ Θεός· καὶ γινώσκων ὡς Θεὸς, ὅτι τῶν ὑπισχνουμένων τινὲς δώσειν ὑπὲρ ἑαυτῶν τιμὴν τῷ Θεῷ, παραβήσονται τὴν ὑπόσχεσιν σμικρύνοντες τὴν τιμὴν, ἐκέλευσε πεντήκοντα εἶναι δίδραχμα τοῦ ἄῤῥενος τὴν τιμὴν, τῆς δὲ θηλείας τριάκοντα καὶ τῶν ἀκμαζόντων, καὶ τῶν γεγηρακότων ὑπεξῃρημένων. Τὴν γὰρ μέσην περιώρισεν ἡλικίαν ἀπὸ εἰκοσαετοῦς εἰρηκὼς ἕως ἑξηκονταετοῦς[14]· τοῖς γὰρ τούτων νεωτέροις, καὶ πρεσβυτέροις, ἄλλην ὥρισε τιμήν. Τοὺς δὲ πένητας ὑπὸ τὴν τῶν ἱερέων καταλέλοιπε κρίσιν· ἵν', ἐκεῖνοι πρὸς τὰς δυνάμεις ὁρίζωσι τὰς τιμάς· τὰ δὲ ἀφιερούμενα ἄλογα ἐναλλάττεσθαι παρὰ τῶν προσφερόντων ἀπαγορεύει· καὶ ὥστε μὴ τοῦτο δρᾷν, τὴν τῆς ζημίας αὐτοῖς ἐπιτίθησιν ἀνάγκην· « Ἐὰν γὰρ, φησὶν, ἀλλάσσων ἀλλάξῃ αὐτὸ, ἔσται αὐτὸ καὶ τὸ ἄλλαγμα αὐτοῦ ἅγιον. » Τῶν μέντοι ἀκαθάρτων κτηνῶν ὁρίσαι τὴν τιμὴν τὸν ἱερέα ἐκέλευσε. Τοῦτο καὶ ἐπὶ οἰκίας, καὶ ἀγροῦ γενέσθαι (15) ἐκέλευσεν[15]. Ὥρισε δὲ καὶ τὴν τοῦ διδράχμου ποσότητα· εἴκοσι γὰρ ἐκέλευσεν ἔχειν ὀβολούς· τὸ δὲ δίδραχμον τινὲς τῶν ἑρμηνευτῶν στατῆρα (16) ἐκάλεσαν. Τὰ μέντοι ἀνατεθειμένα (17) τῷ Θεῷ προσέταξε μὴ λυτροῦσθαι.

INTERR. XXXVIII.

Quid est hoc: « Quicunque votum voverit, exsolvat pretium voti sui Domino [x]? »

Promissionem appellat votum, quod vulgo τάγμα nominant. **216** Hanc autem legem apud nonnullos barbaros reperias observatam. Nam Nomadum plerique, sic autem appello posteros Ismaelis, pro capitibus infantium recens natorum argentum rependunt, quod Deo offerunt. Hac de re legem tulit Deus. Qui cum nosset utpote Deus, futuros aliquos, qui cum promisissent se daturos Deo pretium pro B seipsis, diminuto pretio promissa fallerent: statuit maris pretium esse quinquaginta didrachmorum, femellæ vero triginta: exceptis tamen senibus ac juvenibus. Mediam enim ætatem definivit, quæ est a vicesimo anno ad sexagesimum: iis quippe, qui his juniores vel seniores essent, aliud pretium statuit. At inopes sacerdotum judicio reliquit: ut illi pro ratione facultatum pretia præscriberent. Porro animalia ratione carentia, quæ consecrata fuerint, ab offerentibus mutari prohibet: et ne tale quid admittant, necessitatem pœnæ imponit: « Si enim, inquit, permutans mutaverit illud; et ipsum quod mutatum est, et illud pro quo mutatum est, consecratum erit Domino [y]. » Animalium autem C immundorum jussit a sacerdote constitui pretium. Quod ipsum cum agro domoque fieri præcepit. Didrachmi etiam valorem præfixit, statuitque valere obolos viginti: porro interpretes nonnulli didrachmorum staterem vocarunt. Quæ vero Deo dicata sunt, redemptioni non esse obnoxia mandavit.

[x] Levit. xxvii, 2. [y] ibid. 10.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[12] Cat. p. 1153. τιμ. τῆς ψυχῆς. [13] ἀργύριον καὶ τοῦτο. [14] ἑξήκοντα ἔτους. [15] γενέσθαι προσέταξεν.

ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΑΡΙΘΜΟΥΣ.

IN NUMEROS.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Α'.

Διατί προσέταξεν ἀριθμηθῆναι τὸν λαὸν ὁ Θεός;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ἵνα τῆς οἰκείας ἐπαγγελίας δείξῃ τὸ ἀληθές. Ὑπ-

D **217** INTERROGATIO I.

Quare jussit Deus numerari populum [z]?

RESPONSIO.

Ut veritatem suæ promissionis demonstraret. Pro-

[z] Num. i, 2 seqq.

NOTÆ.

(11) *Δοῦναι*. Hoc etiam loco expressam video lectionem cod. Oxon.

(12) *Εὐχῆς*. Ita quoque cod. et Picus. Notatu digna est hæc lectio, quam nec a Bosio nec a Breitingero in var. lect. ad Levit. xxvii, 2, observatam invenio. Recepta lectio est ψυχῆς.

(13) Ὅ. Lamb. Bos, qui prima hujus sectionis verba in Notis ad Levit. l. c. attulit, legit οἱ.

(14) *Ἄργυρον*. Abest a cod. et edit. Pici.

(15) *Γενέσθαι*. Des. utroque loco.

(16) Cod. et Pic. στατῆρας.

(17) Uterque ἀνατιθέμενα.

miserat enim Abrahamo, et dixerat: « Multiplicans multiplicabo semen tuum tanquam sidera cœli, et sicut arenam quæ est in littore maris [a]. » Ostendit autem suæ promissionis veritatem: nam ex septuaginta quinque, qui descenderant in Ægyptum, sexcenta tria millia quingenti quinquaginta viri intra paucos annos numerati sunt bello idonei, præter eos qui ætate erant vel immatura, vel provectiore, necnon feminas, et tribum Leviticam: neque enim hæc annumerata est cum cæteris. Hanc suam potentiam docens Deus per Isaiam quoque prophetam ait: « Intuemini in Abrahamum patrem vestrum, et in Saram quæ peperit vos, quia unus erat, et vocavi eum, et benedixi illi, ac multiplicavi eum [b]. »

INTERR. II.

Cur minor fuit Levitarum numerus [c]?

Tanquam imperantium: decet enim eos, qui præsunt subditis, esse pauciores. Præterea ab onere militandi immunes erant, et soli cultui divino dabant operam.

218 INTERR. III.

Quo ergo pacto tribus Juda, cum esset regia numero vincebat omnes [d]?

De tribu regia regnabat unus, sed omnes de tribu Levitica ministrabant, alii quidem sacrificantes, alii vero his subservientes. Decebat autem regiam tribum numero antecellere, tum ob benedictionem Christi Domini, qui carnem ex ea tribu sumpturus erat, tum ut hi, qui reges crearentur, sufficienti suorum tribulium præsidio munirentur. Constituit quoque hoc etiam loco sacerdotes prope tribum regiam: collocans enim tribum Judæ versus orientem, conjunxit illi cum arca sacerdotes. Tribui Dan attribuit septentrionem. « A facie enim boreæ, inquit, accendentur mala contra omnes inhabitantes terram [e]. » Diximus autem in benedictionibus Jacobi, e tribu Dan oriturum quemdam perniciosum, qui Christum se dicens, contraria nomini suo peraget, et sibi nullo modo competentia vindicabit. Porro justissima de causa assignavit Judæ plagam orientalem: quoniam de Christo Domino divini vates clamant: « Ecce vir, Zemach nomen illi [f]. » Et: « Timentibus me orietur sol justitiæ, et sanatio sub alis ejus [g]. » Et « Seden-

A ἰσχνούμενος γὰρ τῷ Ἀβραὰμ ἔφη· « Πληθύνων πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου, ὡς τοὺς ἀστέρας τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὡς τὴν ἄμμον τὴν παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης. » Ἔδειξε δὲ τὴν τῆς ἐπαγγελίας ἀλήθειαν· ἐκ πέντε γὰρ καὶ ἑβδομήκοντα τῶν εἰς Αἴγυπτον κατεληλυθότων, ἑξακόσιαι χιλιάδες καὶ τρισχίλιοι καὶ πεντακόσιοι (18) καὶ πεντήκοντα [56] ἠριθμήθησαν ἐν ὀλίγοις ἔτεσιν (19) ἄνδρες δυνάμενοι πολεμεῖν, καὶ τῆς ἐξώρου ἡλικίας καὶ τῆς ἀώρου κεχωρισμένης, καὶ μέντοι καὶ τοῦ θήλεως γένους, καὶ τῆς Λευϊτικῆς φυλῆς· οὐδὲ γὰρ αὕτη ταῖς λοιπαῖς συνηριθμήθη. Ταύτην αὐτοῦ διδάσκων τὴν δύναμιν ὁ Δεσπότης Θεὸς, καὶ διὰ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου ἔφη· « Ἐμβλέψατε [57] εἰς Ἀβραὰμ τὸν πατέρα ὑμῶν, καὶ εἰς Σάῤῥαν τὴν ὠδίνουσαν ὑμᾶς, ὅτι εἷς ἦν, καὶ ἐκά-
B λεσα αὐτὸν, καὶ εὐλόγησα αὐτὸν, καὶ ἐπλήθυνα αὐτόν. »

ΕΡΩΤ. Β' [58].

Διατί ἐλάττων ἐστὶν ὁ τῶν Λευϊτῶν ἀριθμός;

Ὡς ἀρχόντων· δεῖ γὰρ τοὺς ἄρχοντας ἐλάττους (20) εἶναι τῶν ἀρχομένων. Ἄλλως τε καὶ τοῦ πολεμεῖν ἦσαν ἀπηλλαγμένοι, καὶ μόνῃ τῇ θείᾳ λατρείᾳ προσήδρευον.

ΕΡΩΤ. Γ'.

Πῶς οὖν ἡ τοῦ Ἰούδα φυλὴ ὑπερέβαλε πάσας τὸν ἀριθμὸν [59], *καίτοι οὖσα βασιλική;*

Ἐκ τῆς βασιλικῆς εἷς ἀνὴρ ἐβασίλευεν· οἱ δὲ (21) τῆς Λευϊτικῆς ἅπαντες ἐλειτούργουν· οἱ μὲν ἱερατεύοντες (22), οἱ δὲ τούτοις διακονοῦντες. Ἔδει δὲ
C καὶ τὴν βασιλικὴν ὑπερέχειν τῷ ἀριθμῷ, καὶ διὰ τὴν εὐλογίαν τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ (23)· ἐξ αὐτῆς [60] γὰρ ἔμελλεν κατὰ σάρκα βλαστάνειν· καὶ ὥστε τοὺς ἐξ αὐτῆς χειροτονουμένους βασιλέας ἀρκοῦσαν ἔχειν τῶν φυλετῶν τὴν ἐπικουρίαν. Συνέταξε δὲ κἀνταῦθα τῇ βασιλικῇ φυλῇ τοὺς ἱερέας· πρὸς ἥλιον γὰρ ἀνίσχοντα τὴν Ἰούδα τάξας φυλὴν, συνῆψεν αὐτοῖς τοὺς ἱερέας μετὰ τῆς κιβωτοῦ. Τῷ μέντοι Δὰν τὸ βόρειον ἀπεκλήρωσε κλίμα (24). « Ἀπὸ προσώπου γὰρ, φησὶ, βοῤῥᾶ ἐκκαυθήσεται τὰ κακὰ ἐπὶ πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν. » Εἴρηται δὲ ἡμῖν ἐν ταῖς τοῦ Ἰακὼβ εὐλογίαις, ὡς ἐκ τῆς τοῦ Δὰν φυλῆς ὁ ἀλάστωρ τεχθήσεται, ὁ Χριστὸν μὲν ἑαυτὸν ὀνομάζων, τἀναντία δὲ τῇ προσηγορίᾳ διαπραττόμενος, καὶ σφετεριζόμενος τὰ μηδαμόθεν προσήκοντα. Καὶ τῷ Ἰούδᾳ δὲ μάλα εἰκότως τὸ ἑῷον ἀπένειμεν· ἐπειδὴ καὶ περὶ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ οἱ θεῖοι βοῶσι προφῆται· « Ἰδοὺ ἀνὴρ, Ἀνατολὴ (25)

[a] Gen. XXII, 17. [b] Isa. LI, 2. [c] Num. I, 49; III, 39. [d] Num. II, 9. [e] Jerem. I, 14. [f] Zach. VI, 12. [g] Malach. IV, 2.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[56] cat. p. 1161. ἑξακόσιοι πεντήκοντα [57] βλέψατε. [58] Qu. 2 in cat. p. 1175 ponitur post tertiam, quæ exstat ib. p. 1164. [59] cat. p. 1164. τῷ ἀριθμῷ. [60] ἐξ αὐτῶν. Deinde, ἔμελλε τὸ κατὰ σάρκα λαμβάνειν.

NOTÆ.

(18) Cod. ἑξακόσιοι. Minus recte et contra Num. I, 46.

(19) *Ἐν — ἔτεσιν*. Des. in cod. et apud Pic.

(20) *Ἐλάττους*. Picus ad marginem editionis suæ hoc glossema apposuit, τοῦτ' ἔστι ὀλιγωτέρους.

(21) *Εἷς — οἱ δέ*. Cod et Pic. ἦσαν, ἐγγὺς δέ.

(22) Pic. *Ἰατρευοντες*. Minus bene.

(23) *Αὐτῆς*. Cod. et Pic. *αὐτῶν*. Ita quoque paucis interpositis.

(24) Cod. et Pic. τμῆμα.

(25) *Ἀνατολή*. Hebr. צֶמַח ut Zach. III, 9, coll. Luc. I, 78.

ὄνομά αὐτῷ· » καί· « Τοῖς φοβουμένοις με ἀνατελεῖ ἥλιος δικαιοσύνης· καὶ ἴασις ἐν ταῖς πτέρυξιν αὐτοῦ. » Καί· « Τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς. »

A tibus in tenebris et in umbra mortis, lux orta est iis [h]. »

ΕΡΩΤ. Δ'.

Τίνα ἦν τὰ ἔργα τῶν ἱερέων, καὶ τίνα τὰ τῶν Λευιτῶν [61]*;*

Αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων διδάσκει Θεός. « Εἶπε γάρ, φησὶ, Κύριος πρὸς Μωσῆν· Λάβε τὴν φυλὴν τοῦ Λευὶ, καὶ στήσεις αὐτὴν ἐναντίον Ἀαρὼν τοῦ ἱερέως· καὶ λειτουργήσουσιν αὐτῷ, καὶ φυλάξουσι τὰς φυλακὰς αὐτοῦ, καὶ τὰς φυλακὰς [62] τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐναντίον (26) τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου, ἐργάζεσθαι τὰ ἔργα τῆς σκηνῆς· καὶ φυλάξουσι πάντα τὰ σκεύη τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου, καὶ τὰς φυλακὰς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ (27) πάντα τὰ ἔργα τῆς σκηνῆς· B καὶ δώσεις τοὺς Λευΐτας Ἀαρὼν τῷ ἀδελφῷ σου (28), καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ τοῖς ἱερεῦσι. Δόμα δεδομένον (29) εἰσὶν οὗτοι [63] ἀπὸ τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. Καὶ Ἀαρὼν καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ καταστήσεις ἐπὶ τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου· καὶ φυλάξουσι τὴν ἱερατείαν αὐτῶν, καὶ πάντα τὰ κατὰ τὸν βωμὸν, καὶ τὰ ἔσω τοῦ καταπετάσματος. Καὶ ὁ ἀλλογενὴς ὁ ἁπτόμενος ἀποθανεῖται. » Μεμαθήκαμεν οὖν ἐντεῦθεν, ὡς οἱ μὲν ἱερεῖς τὰς θυσίας προσέφερον, οἱ δὲ Λευῖται τῶν μὲν ἱερέων (30) ὑπουργοὶ, τῆς δὲ σκηνῆς κατέστησαν φύλακες. Διδάσκει δὲ ἐν τοῖς ἑξῆς, τίνα μὲν ἔδει φέρειν τοῦ Καὰθ τὸν δῆμον, τίνα δὲ τὸν Γεδσὼν (31), τίνα δὲ τὸν Μεραρί.

INTERR. IV.

Quænam erant officia sacerdotum, et quæ Levitarum?

219 Ipse Deus omnium docet. « Dixit enim Dominus, ait, ad Mosen: Sume tribum Levi, et sistes eam coram Aarone sacerdote, et ministrabunt ei, et observabunt custodias ejus et custodias filiorum Israel coram tabernaculo testimonii, ut exsequantur opera quæ pertinent ad tabernaculum, et custodient omnia vasa tabernaculi testimonii, et custodias filiorum Israel, et cuncta opera spectantia ad tabernaculum. Et dabis Levitas Aaroni fratri tuo, et filiis ejus sacerdotibus. Ipsi sunt donum datum a filiis Israel. Et constitues Aaronem et filios ejus super tabernaculum testimonii: et observabunt sacerdotium suum, et omnia quæ sunt altaris, et quæ intra velum continentur. Alienigena qui attigerit ea morietur [i]. » Ex hoc ergo loco didicimus, sacerdotes quidem victimas obtulisse: Levitas autem, sacerdotum ministros, et tabernaculi custodes fuisse constitutos. In subsequentibus autem ostendit, quæ munera sint familiæ Caath, quæ Gedson, et quæ Merari.

ΕΡΩΤ. Ε'.

Τίνος ἕνεκεν προσέταξεν ὁ Θεὸς ἀριθμηθῆναι τοῦ λαοῦ τὰ πρωτότοκα;

Ἐπειδὴ πᾶσαν τοῦ Λευὶ τὴν φυλὴν ταῖς θείαις ἀφιέρωσε λειτουργίαις, καὶ τοῦ πολεμεῖν ἠλευθέρωσεν, εἰκὸς δὲ ἦν δυσχεραίνειν τῶν ἄλλων τινὰς, ὡς τούτων προτιμηθέντων· πείθει (32) τοὺς δυσχεραίνοντας ὁ Δεσπότης Θεὸς, ὡς οὐδὲν προσέταξεν ἄδικον. Ἡνίκα γὰρ, φησὶν, ὑμῶν χάριν ἀνῃρέθη τὰ τῶν Αἰγυπτίων πρωτότοκα, τὰ ὑμέτερα (33) διεσώθη πρωτότοκα. Ἀντὶ τούτων τοίνυν τὴν Λευϊτικὴν φυλὴν ταῖς ἐμαῖς ἀπεκλήρωσα λειτουργίαις· καὶ ἀντὶ τῶν πρωτοτόκων τῶν ὑμετέρων (34) κτηνῶν, τῶν Λευιτῶν τὰ πρωτότοκα. Ἐπειδὴ δὲ πλείους ὤφθησαν τῶν Λευϊτῶν τῶν ἄλλων φυλῶν οἱ πρωτότοκοι, προσέταξεν ἕκαστον τῶν μετὰ τὸν ἴσον ἀριθμὸν, πέντε δοῦναι σίκλους τοῖς ἱερεῦσιν· εἴκοσι ὀβολοὺς ὁρίσας ἔχειν τὸν σίκλον, καὶ τὸν τοιοῦτον ἀριθμὸν ἅγιον ὀνομάσας, ὡς τοῖς θείοις ἀφωρισμένον,

INTERR. V.

C *Quamobrem Deus præcepit recenseri primogenita populi* [j]*?*

Quoniam universam tribum Levi divinis consecravit officiis, eamque liberavit ab onere militandi, et verisimile erat quosdam e reliquis ægre laturos, quod hi essent antepositi: suadet Dominus Deus indignantibus illis, se nihil **220** iniquum statuisse. Quando enim, ait, vestro bono interfecta sunt Ægyptiorum primogenita, vestra sunt conservata. Horum igitur vice, ad ministeria mea peragenda Leviticam tribum reservavi: et pro primogenitis pecorum vestrorum, primogenita Levitarum. At quia plures reliquarum tribuum primogeniti visi sunt, quam Levitæ: constituit ut qui post æquatum numerum reperirentur, singuli quinque siclos sacerdotibus penderent, siclum obolis viginti taxans, atque hunc numerum sanctum appellans, tanquam ad divina segregatum, et non omnibus commune.

[h] Isa. IX, 1; Matth. IV, 16. [i] Num. III, 6-10. [j] ibid. 40.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[61] τίνα τῶν Λευϊτ. [62] cat. p. 1171. αὐτοῦ — φυλακάς. [63] δόμα δεδομένοι οὗτοι.

NOTÆ.

(26) *Ἐναντίον.* Recepta lectio Num. III, 7 est ἔναντι.

(27) *Καί.* In vers. τῶν Ο' est κατά.

(28) *Τῷ ἀδελφῷ σου.* Hæc non in omnibus codd. leguntur.

(29) Cod. et Pic. διδόμενον. Recepta lectio Num. III, 9 est δεδομένοι.

(30) *Ἱερέων.* Abest a cod. et edit. Pici.

(31) Cod. Γεδεών. Pic. Γεδτών.

(32) *Πείθει.* In cod. et edit. Pici sequitur οὖν.

(33) Cod. et Pic. ἡμέτερα.

(34) Cod. ἡμετέρων.

A Alibi vero appellat obolos viginti didrachmum [k] : quod didrachmum a Domino velut primogenito postulatum est.

INTERR. VI.

Cur e vasis sacris quædam hyacinthino tegi jussit amictu, quædam vero purpureo [l] ?

Pretiosiora hyacinthinis solis tegebantur. Color autem ille cœlum denotat : quapropter interiora velaminis jussit hyacinthinis stragulis contegi, exteriora vero et purpureis et similibus, quia cœlum pœnas nullas habet, terra vero propter legum transgressiones etiam recipit supplicia. At vero purpura regni est insigne. Dei autem regnum divinum est, et origine carens, et interitu. Idcirco B exterior tabernaculi superficies hyacinthinis stragulis atque purpureis tegebatur. Cum vero familiæ Caath curam gereret, statuit **221** ut prius sacerdotes adyta ingressi, arcam et reliquam supellectilem prædictis teguminibus operirent, et ita deinde portarentur a familia Caath : ne videntes quæ tangere nefas est, aut videre, ex inopino conspectu morte plecterentur.

INTERR. VII.

Quem vocat immundum propter animam [m] ?

Eum qui tetigerat mortuum, aut qui ad ossa defuncti proxime accesserat.

INTERR. VIII.

C *Quare præcepit et hos, et leprosos, et seminifluos, extra castra degere* [n] ?

Per leviora nos docet majora. Si enim qui tangit mortuum, est immundus, multo magis qui interficiendo mortuum effecerit : et si leprosus immundus, multo magis qui varias nequitiæ species admiserit. Eodem modo per seminifluum damnatur adulterium. Nam si id, quod invitus quis patitur, exsecrandum est, multo magis quod quis sponte committit.

INTERR. IX.

Quid hoc est : « Si vir seu mulier commiserit ullum ex omnibus peccatis humanis [o]. »

Humana vocat leviora peccata; quia hominum

καὶ οὐ παρὰ πᾶσι πολιτευόμενον. Ἀλλαχοῦ μέντοι δίδραχμον ὀνομάζει τοὺς εἴκοσι ὀβολούς· τοῦτο τὸ δίδραχμον καὶ ὁ Κύριος ὡς πρωτότοκος ἀπῃτήθη.

ΕΡΩΤ. Ϛ'.

Τί δήποτε τισὶ μὲν τῶν ἱερῶν σκευῶν ὑακίνθινα προσέταξεν ἐπιβληθῆναι καλύμματα, τισὶ δὲ πορφυρᾶ [64];

Τῶν τιμιωτέρων ὑακίνθινα μόνα τὰ καλύμματα ἦν. Αἰνίττεται δὲ ἡ χρόα τὸν οὐρανόν· τούτου χάριν τὰ μὲν ἐντὸς τοῦ καταπετάσματος, ἐπιβλήμασιν ὑακινθίνοις (35) καλυφθῆναι προσέταξε, τὰ δὲ ἐκτὸς καὶ πορφυροῖς, καὶ τοιούτοις (36). Ὁ μὲν γὰρ οὐρανὸς τιμωρίας οὐκ ἔχει· ἡ δὲ γῆ διὰ τὰς τῶν νόμων παραβάσεις δέχεται καὶ κολάσεις. Τῆς δὲ βασιλείας ἡ πορφύρα δηλωτική. Θεία δὲ καὶ ἄναρχος, καὶ ἀνώλεθρος ἡ τοῦ Θεοῦ (37) βασιλεία. Τούτου χάριν τὰ ἔξω τῆς σκηνῆς καὶ πορφυροῖς καὶ ὑακινθίνοις ἐπιβλήμασιν ἐκαλύπτετο. Προμηθούμενος δὲ τοῦ δήμου τοῦ Καὰθ, προσέταξε πρότερον τοὺς ἱερέας εἴσω τῶν ἀδύτων γενομένους, καλύπτειν τὴν κιβωτὸν καὶ τὰ ἄλλα σκεύη τοῖς προειρημένοις καλύμμασιν· εἶθ' οὕτω τοῦ Καὰθ τὸν δῆμον ταῦτα μετακομίζειν, ἵνα μὴ τὰ ἄψαυστα καὶ ἀθέατα θεασάμενοι, ἐκ τῆς παραδόξου θέας ὑπομείνωσιν ὄλεθρον.

ΕΡΩΤ. Ζ'.

Τίνα καλεῖ ἀκάθαρτον ἐπὶ ψυχῇ;

Τὸν τοῦ τεθνηκότος ἀψάμενον, ἢ ὀστέοις (38) νεκροῦ πελάσαντα.

ΕΡΩΤ. Η'.

Τί (39) δήποτε καὶ (40) τούτους [65], *καὶ τοὺς λεπρούς, καὶ τοὺς γονοῤῥυεῖς, ἔξω τῆς παρεμβολῆς διάγειν ἐκέλευσεν ;*

Ἀπὸ τῶν σμικρῶν τὰ μεγάλα παιδεύων. Εἰ γὰρ ὁ ἁπτόμενος νεκροῦ ἀκάθαρτος, πολλῷ μᾶλλον ὁ νεκρὸν εἰργασάμενος (41) [66] διὰ μιαιφονίας. Καὶ εἰ ὁ λεπρὸς ἀκάθαρτος, πολλῷ μᾶλλον ὁ τὰ ποικίλα τῆς κακίας ἐργαζόμενος εἴδη. Οὕτω διὰ τοῦ γονοῤῥυοῦς ἡ μοιχεία κατηγορεῖται. Εἰ γὰρ τὸ ἀκούσιον μυσαρὸν, πολλῷ δήπουθεν τὸ κατὰ γνώμην τολμώμενον.

ΕΡΩΤ. Θ' [67].

Τί ἐστιν, Ἀνὴρ ἢ γυνὴ εἴ τις (42) ποιήσοι [68] *ἀπὸ πασῶν τῶν ἁμαρτιῶν τῶν ἀνθρωπίνων ;*

Τὰ σμικρότερα τῶν ἁμαρτημάτων ἀνθρώπινα κέ

[k] Matth. XVII, 24. [l] Num. IV, 6 seqq. [m] Num. V, 2. [n] ibid. 3. [o] ibid. 6. [p] Job XIV, 4, 5.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[64] cat. p. 1179. πορφύραν. [65] cat. p. 1185. καὶ τούτους om. [66] ἐργασάμενος ἑαυτόν. [67] Qu. 9 duabus constat partibus. Prior exstat in cat. p. 1187, ad Num. V, 4-7 ; posterior προσέταξε δὲ, p. 223, et rel. vid. ib. p. 1188, ad vers. 9. [68] ποιήσει.

NOTÆ.

(35) *Ἐπιβλήμασιν ὑακινθίνοις.* Cod. et Pic. τούτοις τοῖς ἐπιβλήμασι.

(36) *Τοιούτοις.* Cod. et Pic. præmittunt οὐ. Satis bene.

(37) Θεοῦ. Uterque θείου.

(38) Cod. ὀστέων. Pic. ὀστέῳ.

(39) *Τί.* Cod. et Pic. præmittunt καί.

(40) *Καὶ τούτους.* Abest a cod. et edit. Pici.

(41) Cod. εἰργασμένος.

(42) *Εἴ τις ποιήσοι.* Lectio recepta est ὅστις ἐὰν (cod. Vatic. ἂν) ποιήσῃ.

κληκεν· ἐπειδὴ τρεπτὴν οὖσαν τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν πάντων ἀπηλλάχθαι τῶν ἁμαρτημάτων οὐχ οἷόν τε. « Οὐδεὶς γὰρ, φησὶ, καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου, οὐδ' ἂν μία ἡμέρα ἡ ζωὴ αὐτοῦ. » Τούτου χάριν καὶ ὁ θεῖος βοᾷ Δαβίδ· « Μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν μετὰ τοῦ δούλου σου, ὅτι οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ζῶν. » Μόνος γὰρ ὁ Δεσπότης Χριστὸς, καὶ ὡς ἄνθρωπος, καὶ ὡς Θεὸς (43), τὸ ἄμωμον ἔχει. Καὶ τοῦτο προορῶν ὁ προφήτης Ἡσαΐας ἐβόα (44)· « Ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ (45). » Τούτου χάριν καὶ τὰς ἄλλων ἁμαρτίας ἀνέλαβεν, οἰκείας οὐκ ἔχων. Οὗτος γάρ φησι· « Τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ τὰ [69] περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται (46). » Καὶ ὁ μέγας Ἰωάννης· « Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὰς ἁμαρτίας τοῦ κόσμου. » Διὰ τοῦτο καὶ ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος, ὡς ἀδίκως ὑπομείνας τὸν θάνατον [70]. Διδάσκει τοίνυν ὁ θεῖος νόμος πῶς θεραπευτέον (47) τοὺς τὰ μέτρια πλημμελήσαντας [71]. Κελεύει γὰρ τὸν ἔν τισι συμβολαίοις ἠδικηκότα, πρότερον [72] ἐξαγορεῦσαι τὴν ἁμαρτίαν, εἶτα τῷ ἠδικημένῳ τὸ ληφθὲν ἀποδοῦναι προστεθεικότα τῷ κεφαλαίῳ τὸ πέμπτον. Εἰ δὲ συμβαίη τὸν ἠδικημένον πρὸ τῆς τοῦ ἠδικηκότος μεταμελείας καταλῦσαι τὸν βίον, ἐκτῖσαι ταῦτα τῷ ἀγχιστεύοντι. Ἀγχιστεύοντα δὲ καλεῖ τὸν τῷ γένει προσήκοντα. Ἡ δὲ τάξις τοῦ γένους αὕτη· Πρῶτος υἱὸς, εἶτα θυγάτηρ, εἶτα ὁ τοῦ πατρὸς ἀδελφὸς, ἔπειτα ὁ τοῦ πάππου. Εἰ δὲ τούτων μηδεὶς εἴη, ὁ πλησιέστερος (48) συγγενής. Εἰ δὲ μὴ εὑρίσκοιτο συγγενὴς, τῷ Θεῷ τὰ προῤῥηθέντα προσενεγκεῖν διηγόρευσε. Τοῦτο γὰρ εἶπεν· « Ἐὰν δὲ μὴ ᾖ τῷ ἀνθρώπῳ ἀγχιστεύων, ὥστε ἀποδοῦναι αὐτῷ τὸ πλημμέλημα τὸ πρὸς αὐτὸν, τὸ πλημμέλημα τὸ ἀποδιδόμενον τῷ Κυρίῳ τῷ ἱερεῖ ἔσται, πλὴν τοῦ κριοῦ τοῦ ἱλασμοῦ, δι' οὗ ἐξιλάσεται περὶ αὐτοῦ ἐν αὐτῷ. » Προσέταξε δὲ καὶ τὰς προσφερομένας ἀπαρχὰς τοὺς ἱερέας ἐσθίειν. Ἀπαρχὴ γὰρ ἦσαν τοῦ μὲν λαοῦ οἱ Λευῖται, τῶν δὲ Λευϊτῶν οἱ ἀρχιερεῖς (49). Ὡς ἀπαρχαὶ τοίνυν τὰς ἀπαρχὰς ἐκομίζοντο.

A naturam, cum mutationi sit obnoxia, ab omnibus immunem esse peccatis est impossibile. « Nemo enim, inquit, purus est a sorde, nec si vita ejus fuerit unius diei [p]. » **222** Quapropter divinus quoque David clamat : « Non intres in judicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo ullus vivens [q]. » Solus enim Dominus Christus et ut homo, et ut Deus, macula caret. Quod prævidens Isaias propheta clamabat : « Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus [r]. » Unde factum est, ut aliena peccata assumeret, cum propria non haberet. Ita enim dicit : « Ille peccata nostra tulit, et pro nobis afflictus est [s]. » Et Joannes ille magnus : « Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi [t]. » Propterea dicitur [u] inter mortuos B liber, ut qui mortem injuste passus sit. Lex ergo divina docet, quomodo curandi sunt ii, qui mediocriter peccaverunt. Jubet enim eum, qui in contractibus quibusdam alteri damnum intulerit, primum annuntiare peccatum : tum quod sumptum est damnum passo restituere, addita sorti principali quinta parte. Si vero contigerit injuriam passum ante decedere quam pœnitentia ductus fuerit is qui damnum dedit, hæc propinquo ejus exsolvere præcipit. Propinquum autem appellat eum qui genere illum contingit. Jam ordo generis est iste : primo loco filius, deinde filia, postea patris frater, tum frater avi. Quod si nullus horum exstet, propinquior consanguineus. Si vero consanguineus C non reperiatur, Deo prædicta offerri statuit. Hoc enim dixit : « Si autem viro non fuerit propinquus cui restituatur delictum, delictum quod restituitur Domino, erit sacerdotis, excepto ariete, qui offertur pro expiatione, per quem **223** expiationem faciet pro eo [v]. » Constituit etiam ut sacerdotes edant primitias quæ offeruntur. Primitiæ enim populi erant Levitæ, Levitarum * autem primitiæ sacerdotes. Hinc tanquam primitiæ primitias accipiebant.

ΕΡΩΤ. Ι' [73].

Διατί ἄλευρον κρίθινον ὑπὸ τῆς ὑποπτευομένης μοιχευθῆναι προσεκομίζετο;

Αὐτὸς ὁ Δεσπότης ἡρμήνευσεν. « Ἔστι γὰρ, ἔφη, θυσία ζηλοτυπίας, θυσία μνημοσύνου, θυσία ἀναμιμνήσκουσα ἁμαρτίαν. » Ὅθεν οὐδὲ ἔλαιον αὐτὴν, οὐδὲ λιβανωτὸν [74] (50) ἔχειν προσέταξεν· ἐστέρητο

INTERR. X.

Quare farina hordeacea offerebatur ab ea, quæ suspecta erat de adulterio?

Ipse Dominus interpretatus est. « Est enim, inquit, sacrificium zelotypiæ, sacrificium recordationis, sacrificium in memoriam reducens peccatum [x]. » Unde nihil olei vel thuris illud habere

[q] Psal. CXLII, 2. [r] Isa. LIII, 9. [s] ibid. 4. [t] Joan. I, 29. [u] Psal. LXXXVII, 5 [v] Num. v, 8. [x] ibid. 15.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[69] τὰ om. [70] ὡς — θάνατον. [71] πλημμελοῦντας. [72] πρῶτον. [73] Qu. 10 tribus his constat partibus : 1.) Initium usque ad τὴν γυναῖκα exstat in cat. p. 1189, ad Num. v, 11-16. 2.) καὶ λήψεται — ἡ τιμωρία p. 224; vid. ib. p. 1190, ad vers. 17, 3.) τὸ δὲ ἐνόρκιον et rel. vid. ib. p. 1192, ad vers. 21. [74] λίβανον.

NOTÆ.

(43) *Καὶ ὡς Θεός*. Des. in cod. et apud Pic.
(44) Cod. et Pic. βοᾷ.
(45) *Ὃς — αὐτοῦ*. Eodem modo hæc Isaiæ verba exprimuntur I Petr. II, 22. Alias lectiones h. l. habet codex Vatic.
(46) *Τά*. Abest a cod. et edit. Pici.
(47) *Πῶς θεραπευτέον*. Abest a cod. et edit. Pici.
(48) Cod. πλησιαίτερος.
(49) Cod. et Pic. ἱερεῖς.
(50) Cod. λίβανον.

statuit: carebat enim tum odore bono, tum lumine A justitiæ. Hoc igitur fieri præcepit Dominus Deus; quia cædis plenum illorum animum cognoscebat. Nam ne ex sola suspicione conjuges suas interficerent, jussit adulterii suspectam ad se adduci, ut qui cuncta probe norit, etiam quæ clam geruntur. « Adducet enim, inquit, sacerdos, et sistet coram Domino mulierem, et sumet sacerdos in vase fictili aquam mundam vivam coram Domino, et pauxillum terræ de pavimento tabernaculi testimonii, et sumens sacerdos immittet in aquam. Et statuet sacerdos mulierem ante Dominum, et revelabit caput mulieris, et dabit in manus illius sacrificium recordationis, et sacrificium zelotypiæ. In manu vero sacerdotis erit aqua redargutionis, in quam maledicta congessit [y]. » B Ista vero omnia fieri mandavit, mulierem suspectam perterrens, ut confiteatur si forte peccaverit, **224** et per pœnitentiam remissionem consequatur. Idcirco illam aperto capite coram Deo sisti jubet, docens omnia nuda esse et aperta in conspectu ejus, et nihil eorum quæ gerimus illum latere. Quod autem ad terrendam illam hæc celebrari jussit, indicant subsequentia: « Adjurabitque illam sacerdos, et dicet ei: Si quispiam tecum non dormivit, neque transgressa es ut polluereris, cum esses sub viro tuo, immunis esto ab aqua ista redargutionis maledictionibus plena. Si vero cum esses sub viro, transgressa es, aut polluta es, aut dormivit tecum alius quam vir tuus, tradat te C Dominus in maledictionem, et jusjurandum in medio populi tui: concedatque ut concidat femur tuum, et dirumpatur uterus tuus [z]. » Præcepit quoque, ut mulier consentiat maledictioni, et dicat *fiat, fiat*, utque maledictio scribatur, et deleatur aqua, et aquam bibat mulier illa. Verum ante omnia sacrificium offerri jussit, hoc est, farinam hordeaceam. Deinde docet fore ut si mulier fuerit innocens, incolumis servetur; sin rea fuerit, et latuerit, maledictionis vim experientia discat, utero dirupto, et femore collapso. Per quæ enim quis peccat, per hæc et punitur. Jusjurandum autem ita intelligendum est. Cum quispiam gravia et intolerabilia patitur, solent nonnulli jurantes dicere: Non patiar ego quæ ille passus est.

γὰρ καὶ τῆς εὐωδίας, καὶ τοῦ τῆς δικαιοσύνης φωτός. Τοῦτο μέντοι γίνεσθαι νενομοθέτηκεν ὁ Δεσπότης Θεὸς, τὴν μιαιφόνον αὐτῶν ἐπιστάμενος γνώμην. Ἵνα γὰρ μὴ ἐξ ὑποψίας ἀποκτείνωσι τὰς ὁμοζύγους, ἐκέλευσε τὴν ὑποπτευομένην αὐτῷ προσενεχθῆναι, ἅτε δὴ πάντα σαφῶς ἐπισταμένῳ, καὶ τὰ λάθρα γιγνόμενα. « Προσάξει γὰρ, φησὶν, ὁ ἱερεὺς, καὶ στήσει ἔναντι Κυρίου τὴν γυναῖκα· καὶ λήψεται ὁ ἱερεὺς ὕδωρ καθαρὸν ζῶν ἔναντι Κυρίου ἐν ἀγγείῳ ὀστρακίνῳ, καὶ τῆς γῆς τῆς οὔσης ἐπὶ τοῦ ἐδάφους τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου· καὶ λαβὼν ὁ ἱερεὺς ἐμβαλεῖ εἰς τὸ ὕδωρ, καὶ στήσει ὁ ἱερεὺς τὴν γυναῖκα ἔναντι Κυρίου, καὶ ἀποκαλύψει τὴν κεφαλὴν τῆς γυναικος, καὶ δώσει ἐπὶ τῶν χειρῶν αὐτῆς τὴν θυσίαν τοῦ μνημοσύνου, τὴν θυσίαν τῆς ζηλοτυπίας· B ἐν δὲ τῇ χειρὶ τοῦ ἱερέως ἔσται τὸ ὕδωρ τοῦ ἐλεγμοῦ τοῦ ἐπικαταρωμένου τούτου (51). Ταῦτα δὲ πάντα γενέσθαι προσέταξε, τὴν γυναῖκα τὴν ὑποπτευομένην ἐκδειματῶν, ἵν' εἰ ἐξήμαρτεν ὁμολογήσει, καὶ διὰ μεταμελείας (52) λάβῃ τὴν ἄφεσιν. Τούτου χάριν ἀκάλυπτον αὐτὴν τῷ Θεῷ προσενεχθῆναι κελεύει, διδάσκων ὅτι γυμνὰ πάντα καὶ τετραχηλισμένα ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ οὐδὲν αὐτὸν λέληθε τῶν παρ' ἡμῶν γιγνομένων. Ὅτι δὲ ταῦτα δεδιττόμενος αὐτὴν γενέσθαι κεκέλευκε, τὰ ἑξῆς δηλοῖ. « Καὶ ὁρκιεῖ αὐτὴν ὁ ἱερεὺς, καὶ ἐρεῖ τῇ γυναικί· Εἰ μὴ κεκοίμηταί τις μετὰ σοῦ, εἰ μὴ παραβέβηκας μιανθῆναι ὑπὸ τὸν ἄνδρα τὸν σεαυτῆς (53), ἀθῶος ἴσθι ἀπὸ τοῦ ὕδατος τοῦ ἐλεγμοῦ (54) τοῦ ἐπικαταρωμένου τούτου· εἰ δὲ σὺ παραβέβηκας ὕπανδρος οὖσα, ἢ σὺ μεμίανσαι, ἢ C ἔδωκέ τις τὴν κοίτην ἐν σοὶ πλὴν τοῦ ἀνδρός σου, δῴη σε (55) Κύριος ἐν ἀρᾷ, καὶ ἐνόρκιον ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ σου, ἐν τῷ δοῦναι Κύριον τὸν μηρόν σου διαπεπτωκότα (56), καὶ τὴν κοιλίαν (57) πεπρησμένην. » Ἐκέλευσε δὲ καὶ τὴν γυναῖκα συντίθεσθαι τῇ ἀρᾷ, καὶ λέγειν· *Γένοιτο, γένοιτο*· καὶ γραφῆναι δὲ τὴν ἀρὰν προσέταξε, καὶ ἐξαλειφθῆναι ὕδατι, καὶ πιεῖν τὴν γυναῖκα τὸ ὕδωρ· πρότερον δὲ τὴν θυσίαν προσενεχθῆναι, τουτέστι τὸ κρίθινον ἄλευρον. Εἶτα διδάσκει ὡς ἀθῶος μὲν οὖσα ὑγιὴς φυλαχθήσεται· ἔνοχος δὲ οὖσα, καὶ κρύπτουσα, τῇ πείρᾳ μαθήσεται τῆς ἀρᾶς τὴν ἰσχὺν, καὶ τῆς κοιλίας διαῤῥηγνυμένης, καὶ τοῦ μηροῦ διαπίπτοντος. Δι' ὧν γὰρ ἡ ἁμαρτία, διὰ τούτων ἡ τιμωρία. Τὸ δὲ ἐνόρκιον (58) οὕτω νοητέον· Ὅτ' ἄν τις δεινὰ καὶ ἀνήκεστα πάθῃ, εἰώθασί τινες ὀμνύντες λέγειν· Μὴ πάθοιμι ἃ ὁ δεῖνα πέπονθεν.

[y] Num. v, 16-18. [z] ibid. 19-21.

NOTÆ.

(51) *Τοῦ — τούτου*. Cod. Alex. et quædam alia exemplaria habent τὸ ἐπικαταρώμενον τοῦτο.

(52) Cod. et Pic. μετανοίας.

(53) *Ὑπὸ — σεαυτῆς*. Hæc eumdem sensum habere videntur cum illis quæ deinde sequuntur ὕπανδρος οὖσα. Fefellit enim interpretes Græcos anceps particulæ תחת significatio.

(54) *Τοῦ ἐλεγμοῦ*. Abest a cod.

(55) *Σέ*. Cod. et Pic. σοί.

(56) Cod. διαπεπτωκέναι.

(57) *Κοιλίαν*. Cod. et Pic. addunt σοῦ.

(58) Cod. et Pic. ὅρκιον.

ΕΡΩΤ. ΙΑ' [75]. A

Τί ἐστιν, « Ὃς ἂν μεγάλως εὔξηται εὐχὴν ἀφαγνίσασθαι [76] ἁγνείαν τῷ Κυρίῳ; »

Πολλὰ (59) τῆς ἐπαγγελίας εἴδη. Οἱ μὲν γὰρ θυσίας ἐπηγγέλλοντο, οἱ δὲ χρήματα, οἱ δὲ καὶ [77] ἑαυτοὺς (60)· οἱ δὲ ῥητῶν ἡμερῶν ἀριθμὸν μὴ πιεῖν [78] οἶνον, μὴ κείρασθαι τὴν κεφαλήν. Τοιοῦτοι ἦσαν, περὶ ὧν ὁ θεῖος εἶπεν Ἰάκωβος τῷ θεσπεσίῳ Παύλῳ· « Εἰσί τινες εὐχὴν ἔχοντες ἐφ' ἑαυτοῖς· τούτους παραλαβὼν ἁγνίσθητι σὺν αὐτοῖς [79], καὶ δαπάνησον ἐπ' αὐτούς· » τουτέστι, τὰς ὑπὲρ αὐτῶν προσφερομένας κατὰ τὸν νόμον θυσίας σὺ πάρασχε, ἵνα λύσῃς τὴν ὑποψίαν. Περὶ τούτων ἐνταῦθα ὁ νόμος διαγορεύει, καὶ κελεύει, τοὺς ταύτην ὑπισχνουμένους τὴν ἐπαγγελίαν, καὶ ὄξους ἀπέχεσθαι, καὶ σταφυλῆς καὶ B στεμφύλων, πάσας τῆς εὐχῆς τὰς ἡμέρας· εὐχὴν δὲ καλεῖ τὴν ὑπόσχεσιν· καὶ τὴν κεφαλὴν μὴ κείρασθαι, ἕως ἂν πληρωθῶσιν αἱ ἡμέραι ὅσας ηὔξατο τῷ Κυρίῳ. Ἅγιον δὲ καλεῖ τὸν τρέφοντα κόμην, ὡς τῷ Θεῷ τὴν κόμην ἀφιερώσαντα. Τοῦτο γὰρ εἶπεν· « Ἅγιος ἔσται (61) ὁ τρέφων κόμην τρίχα κεφαλῆς, πάσας τὰς ἡμέρας τῆς εὐχῆς αὐτοῦ τῷ Κυρίῳ, » ἀντὶ τοῦ, ἃς (62) ἀφιέρωσας (63) τῷ Θεῷ, μὴ κείρῃς (64) ἕως ἂν δῷς (65) τῇ ὑποσχέσει τὸ πέρας. Κελεύει δὲ αὐτὸν μὴ πατρὶ (66) τετελευτηκότι πελάζειν, μὴ ἀδελφῷ, μὴ ἑτέρῳ τινί. Κἂν γὰρ ἐξαπίνης, φησὶ, τελευτήσαντός τινος παρεῖναι τοῦτον συμβῇ, ἀνάγκη πᾶσαν ἀφελεῖν τὴν τρίχα· καὶ οὐ τῇ πρώτῃ μόνον ἡμέρᾳ, ἀλλὰ καὶ τῇ ἑβδόμῃ· ἵνα καὶ αἱ διαφυγοῦσαι τὸν ξυρὸν τρίχες, ἐν ταῖς ἑπτὰ αὐξηθεῖσαι C ἡμέραις περιαιρεθῶσιν· ἔπειτα τῇ ὀγδόῃ δύο τρυγόνας προσενεγκεῖν· τὴν μὲν περὶ ἁμαρτίας, τὴν δὲ εἰς ὁλοκαύτωσιν· καὶ ἀμνὸν ἕνα περὶ πλημμελείας. Ἐντεῦθεν δὲ μανθάνομεν ἀκριβέστερον, ὡς περὶ πλημμελείας τὴν τῶν ἀκουσίων ἁμαρτημάτων καλεῖ· ἀκούσιον γὰρ καὶ τὸ τούτῳ (67) συμβάν· ἐξαπίνης γάρ τινος τελευτήσαντος ὑπέμεινε μολυσμόν. Ἄνωθεν δὲ αὐτὸν ἀριθμῆσαι κελεύει τὸν τῶν ἐπηγγελμένων ἡμερῶν ἀριθμόν· « Ἀλόγιστοι (68) γὰρ, φησὶν, ἔσονται αὐτῶν αἱ πρότεραι ἡμέραι, ὅτι ἐμιάνθη ἡ κεφαλὴ τῆς εὐχῆς αὐτοῦ (69). » Ἐδίδαξε

225 INTERR. XI.

Quid est hoc : « Quicunque summum voverit votum, nempe consecrare sanctimoniam Domino [a] ? »

Promissionis species sunt multæ. Quidam enim victimas pollicebantur, quidam pecunias, alii et seipsos : nonnulli certo ac stato dierum numero se vinum non bibituros, aut caput non rasuros. Hujus generis erant de quibus divinus Jacobus divino Paulo dicebat : « Sunt quidam voto obstricti, hos sume, et sanctificare cum eis, et impensas fac pro illis [b] ; » hoc est, præbe tu victimas quæ secundum legem offerri solent pro illis, ut tollas suspicionem. De istis hoc loco lex statuit : et jubet eos qui talem promissionem dederint, etiam ab aceto, et uva, et acinis abstinere cunctis diebus voti sui (votum autem appellat promissionem), et non radere caput, donec compleantur dies quos voverit Domino. Sanctum autem vocat nutrientem comam, ut qui comam Deo consecrarit. Hoc enim ait : « Sanctus erit qui comam nutrit et capillum capitis omnibus diebus voti sui Domino [c] ; » perinde ac si dicat : Quos consecrasti Domino, ne tondeas capillos, donec promissioni finem imposueris. Vetat autem illum accedere ad patrem mortuum, vel ad fratrem, seu quempiam alium. Si vero, inquit, ex improviso contigerit, aliquem interesse, dum quis vita decessit, necesse habet universum abradere capillum, idque non primo die **226** solum, sed etiam septimo : ut etiam capilli, qui novaculam effugerint, intra septem dies crescentes auferantur. Postea jubet octavo die offerre duos turtures, unum pro peccato, alterum in holocaustum, et agnum unum pro delicto. Hinc autem accuratius discimus, quod victimam pro delicto appellet, quæ pro peccatis non spontaneis offertur. Non spontaneum quippe est quod huic accidit. Aliquo enim repente mortuo polluebatur. Altius vero numerum dierum promissorum supputari præcipit : « Quia non computabuntur, inquit, priores dies, propterea quod pollutum sit caput voti ipsius [d]. » Declaravit quoque quasnam victimas offerre deceat

[a] Num. VI, 2. [b] Act. XXI, 23, 24. [c] Num. VI, 5, 6. [d] ibid. 12.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[75] Qu. 11 decem absolvitur partibus. 1.) Initium usque ad ηὔξατο τῷ Κυρίῳ exstat in cat. p. 1193, ad Num. VI, 1, 2. 2.) ἅγιον — τὸ πέρας vid. ib. p. 1195, ad vers. 5. 3.) κελεύει — μολυσμόν, p. 226 vid. ib. p. 1196, ad vers. 8, 9. 4.) ἄνωθεν — εὐχῆς αὐτοῦ vid. ib. p. 1198, ad vers. 12. 5.) ἐδίδαξε — τοῦ σωτηρίου vid. ib. p. 1199, ad vers. 14, 15. 6.) ὁ δὲ βραχίων — Χριστὸς ἐν ὑμῖν, p. 227; vid. ib. p. 1200, ad vers. 19. 7.) μετὰ ταῦτα — εὐλ. αὐτοὺς vid. ib. p. 1201, ad vers. 22, 23. 8.) λέγει — φυλάξαι τε, vid. ib. p. 1202, ad vers. 14. 9.) ἡ δὲ δευτέρα — σαρκὶ αὐτοῦ vid. ib. ad vers. 25, 26. 10.) ταῦτα περὶ et rel. vid. ib. p. 1212, ad cap. VII, 89. [76] cat. p. 1195. ἀφαγνισθῆναι. [77] *καί* om. [78] πίνειν. [79] πρὸς αὐτούς.

NOTÆ.

(59) *Πολλὰ — εἴδη*. Cod. Πολλὰ εἴδη .... Pic. Πολλὰ εἴδη εὐχῆς.
(60) *Καὶ ἑαυτούς*. Cod. αὐτούς. Pic. αὐτούς.
(61) Cod. et Pic. ἔστιν.
(62) Ἅς. Abest a cod. et edit. Pici.
(63) Cod. et Pic. ἀφιερώσας.
(64) Cod. κείρῃ. Pic. κείρω.
(65) Cod. et Pic. δῷ.
(66) *Πατρί*. Cod. et Pic. πρίν.
(67) *Καὶ τὸ τούτῳ*. Cod. καὶ τούτου. Pic. καὶ τούτου τό.
(68) *Ἀλόγιστοι*. Recepta lectio est ἄλογοι.
(69) *Ἡ — αὐτοῦ*. Haud inepte οἱ Ο' vocem נִזְרוֹ h. l. sic interpretati sunt, ut idem sit quod רֹאשׁ נִזְרוֹ vers. 9.

eum, qui purificationis votum impleverit : nempe agnum in holocaustum, et agnam pro peccato. Sexus enim sunt feminini hostiæ, quæ pro peccato offeruntur : quoniam laxiori molliorique reddita parte rationali, prosilitur ad peccatum. Nihilominus et arietem immaculatum in salutem, et canistrum azymorum offerre mandavit : deinde dum sacrificium peragebatur, capillos poni super sacrificio eucharistico. Armus autem coctus, qui imponebatur manibus voventis, et a sacerdote capiebatur, denotabat actum promissum esse consummatum : operationem enim completam armus coctus significat. Cæterum hæc non frustra lege sancivit, sed ut doceat non parvam esse adhibendam diligentiam, nec temere vovendum esse, et ubi voverint, promissa esse præstanda. Ex his etiam nos **227** docet, ut sanctimoniam impollutam conservemus. Qui enim macula aliqua perfusus est, superna indiget purificatione, atque ut per pœnitentiam a peccato immunis reddatur. Quod beatus Paulus scribens Galatis dicebat : « Filioli mei, quos iterum cum dolore pario, donec formetur Christus in vobis [e]. » Post hæc instruit sacerdotes quo pacto benedicere debeant, et quod nomen divinum suppeditet accedentibus benedictionem : « Imponent enim, inquit, nomen meum super filios Israel : et ego Dominus benedicam eis [f]. » Profert etiam ipsa benedictionis verba : « Benedicat tibi Dominus, et custodiat te. Ostendat Dominus faciem suam super te, et misereatur tui. Elevet Dominus vultum suum super te, et det tibi pacem [g]. » Ex his autem docemur oportere eos qui benedictionem consequi volunt, prius divina dona postulare, quod quidem significat illud, « Benedicat tibi ; » deinde donata conservare, subdidit enim, « Et custodiat te. » Secunda vero benedictio, Dei ac Salvatoris nostri adventum prænuntiat. « Ostendat enim, inquit, Dominus faciem suam tibi, et misereatur tui. » Nam misericordiæ plena est Dei atque Salvatoris nostri incarnatio : quapropter reconciliationem etiam cum Deo nobis largitus est : quod et constare potest ex benedictione sequenti : « Elevet Dominus vultum suum super te. » De hac pace beatus Paulus ait : « Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum, et medium parietem maceriæ dissolvit, et inimicitias, per carnem suam [h]. » Hæc ubi de benedictione **228** disseruit propheta, et exposuit, quo pacto et tabernaculum unxit, et quænam principes tribuum obtulerint, declaravit qua ratione divinam

A δὲ καὶ τίνας προσήκει θυσίας προσενεγκεῖν τὸν τοῦ ἁγνισμοῦ τὴν ἐπαγγελίαν πεπληρωκότα· ἀμνὸν μὲν εἰς ὁλοκαύτωσιν, ἀμνάδα δὲ ὑπὲρ ἁμαρτίας· θήλεα γὰρ τὰ ὑπὲρ ἁμαρτίας ἱερεῖα, ἐπειδὴ χαυνουμένου τοῦ λογικοῦ ἡ ἁμαρτία τολμᾶται. Καὶ μέντοι καὶ κριὸν ἄμωμον εἰς σωτηρίαν, καὶ κανοῦν ἀζύμων προσενεγκεῖν διηγόρευσεν· εἶτα τῆς θυσίας ἐπιτελουμένης, τὰς τρίχας ἐπιθεῖναι τῇ θυσίᾳ τοῦ σωτηρίου. Ὁ δὲ βραχίων ὁ ἑφθὸς, ὁ ἐπιτιθέμενος ταῖς τοῦ εὐξαμένου χερσὶ, καὶ παρὰ τοῦ ἱερέως λαμβανόμενος, δηλοῖ τελεσθεῖσαν τὴν ἐπηγγελμένην πρᾶξιν· πράξεως γὰρ γεγενημένης ὁ ἑφθὸς βραχίων δηλωτικός. Ταῦτα δὲ οὐ μάτην νενομοθέτηκεν, ἀλλ' ἀκριβείας ἐπιμελεῖσθαι διδάσκων, καὶ μήτε ὡς ἔτυχεν ἐπαγγέλλεσθαι, καὶ ὑπισχνουμένους τὰ ἐπηγγελμένα B πληροῦν. Παιδεύει δὲ καὶ ἡμᾶς διὰ τούτων καὶ (70) τὸν ἁγιασμὸν φυλάττειν ἀμόλυντον· ὁ γὰρ κηλῖδα δεχόμενος τῆς ἄνωθεν δεῖται καθάρσεως, καὶ τῆς διὰ μετανοίας τῶν μολυσμῶν ἀφαιρέσεως. Τοῦτο γὰρ καὶ Γαλάταις ἐπιστέλλων ὁ μακάριος ἔλεγε Παῦλος· « Τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν. » Μετὰ ταῦτα διδάσκει πῶς εὐλογεῖν προσήκει τοὺς ἱερέας, καὶ ὡς τὸ θεῖον ὄνομα χορηγεῖ τοῖς προσιοῦσιν εὐλογίαν. « Ἐπιθήσουσι γὰρ, φησὶ, τὸ ὄνομά μου ἐπὶ τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, καὶ ἐγὼ Κύριος εὐλογήσω αὐτούς. » Λέγει δὲ καὶ αὐτὰ τῆς εὐλογίας τὰ ῥήματα· « Εὐλογήσαι σε Κύριος, καὶ φυλάξαι σε, ἐπιφάναι Κύριος τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐπὶ σὲ, καὶ ἐλεήσαι σε· ἐπάραι Κύριος τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐπὶ σοὶ, καὶ δῴη σοι εἰρήνην. » C Διδασκόμεθα δὲ διὰ τούτων, ὡς χρὴ πρότερον τοῖς εὐλογημένοις [80] (71) τὰς θείας αἰτεῖν δωρεάς· τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ, « Εὐλογήσαι σε· » εἶτα τὰ διδόμενα φυλαχθῆναι· ἐπήγαγε γὰρ, « Καὶ φυλάξαι σε. » Ἡ δὲ δευτέρα εὐλογία τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφάνειαν προθεσπίζει· « Ἐπιφάναι γὰρ, φησὶν, Κύριος τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐπὶ σὲ [81], καὶ ἐλεήσαι σε· » ἐλέου γὰρ μεστὴ ἡ κατὰ σάρκα τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν οἰκονομία. Διὸ καὶ τὰς πρὸς τὸν Θεὸν ἡμῖν καταλλαγὰς ἐδωρήσατο· τοῦτο γὰρ ἡ ἑξῆς εὐλογία διδάσκει· « Ἐπάραι Κύριος τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐπὶ σοὶ, καὶ δώῃ σοι εἰρήνην. » Περὶ ταύτης τῆς εἰρήνης καὶ ὁ μακάριος Παῦλος ἔφη· « Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἓν, D καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ (72). » Ταῦτα περὶ τῆς εὐλογίας διδαχθεὶς (73) ὁ προφήτης, καὶ διηγησάμενος ὅπως καὶ τὴν σκηνὴν ἔχρισε, καὶ τίνα οἱ φύλαρχοι προσεκόμισαν· ἐδίδαξεν ὅπως θείαν φωνὴν τοῖς ὠσὶν εἰσεδέ-

[e] Galat. IV, 19. [f] Num. VI, 27. [g] ibid. 24-26. [h] Ephes. II, 14, 15.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[80] Cat. p. 1202. τοὺς εὐλογουμένους. [81] ἐπὶ σοί.

NOTÆ.

(70) *Kal*. Abest a cod. et edit. Pici.
(71) Cod. εὐλογουμένοις.
(72) *Thr* — *αὐτοῦ*. Sic quoque infra ad Ephes. II, 14, hæc cum præcedentibus conjunguntur, ita ut vers. 15, incipiat a verbis τὸν νόμον κ. λ.
(73) Cod. διαλεχθείς. Pic. διελεχθείς.

ξατο ἐκ τοῦ ἱλαστηρίου φερομένην· ὃ [82] ὑπέκειτο (74) μὲν τῇ κιβωτῷ, ταῖς δὲ τῶν Χερουβὶμ συνεκαλύπτετο πτέρυξι. Ταῦτα δὲ οὐ φιλοτιμούμενος γέγραφεν, ἀλλὰ διδάσκων ὡς ἐκεῖθεν τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰσιοῦσι τὴν οἰκείαν ἐπιδείξει [83] δόξαν ὁ Δεσπότης Θεὸς, ὅπως ἦν (75) ἰδεῖν οἷά τε τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις.

ΕΡΩΤ. ΙΒ'.

Τί δήποτε τοὺς Λευΐτας ἁγιασθῆναι κελεύσας, ἅπαν τὸ σῶμα τῶν τριχῶν γυμνωθῆναι προσέταξεν;

Αἱ τρίχες τῆς νεκρώσεως σύμβολον· νεκραὶ γὰρ αὗται, καὶ ὀδύνης αἴσθησιν οὐ δεχόμεναι. Τὴν ἀληθῆ τοίνυν ζωὴν ἔχειν κελεύει τοὺς τῷ Θεῷ λειτουργοῦντας, καὶ μηδὲν νεκρὸν ἔχειν, μηδὲ δυσῶδες. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ θεσπέσιος ἡμᾶς διδάσκει Παῦλος· « Χριστῷ γὰρ, φησὶ, συνεσταύρωμαι· ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. » Ταῖς γὰρ θείαις, φησὶ, ἐνεργείαις ἐμαυτὸν ἀφιέρωσα.

ΕΡΩΤ. ΙΓ'.

Διατί μετὰ πέμπτον καὶ εἰκοστὸν ἔτος μέχρι τοῦ πεντηκοστοῦ λειτουργεῖν τοὺς Λευΐτας κελεύει;

Ἐπειδὴ ἡ μὲν πρώτη ἡλικία τελείαν οὐκ ἔχει τῶν ἀγαθῶν καὶ κακῶν τὴν διάκρισιν. Ἡ τελευταία δὲ ἀσθενέστερον ἔχει τὸ σῶμα. Ἀποκρίνει τοίνυν καὶ τὴν νεότητα, καὶ τὸ γῆρας· τὴν μὲν (76) διὰ τὸ ἀτελὲς τῆς ψυχῆς, τὸ δὲ διὰ τὸ τοῦ σώματος ἀσθενές.

ΕΡΩΤ. ΙΔ' [84].

Τίνος χάριν οὐκ ἠδύναντο ἐπιτελέσαι τὸ Πάσχα οἱ ἀκάθαρτοι ἐπὶ ψυχῇ (77);

Συνῆπται ἡ αἰτία τῇ παραιτήσει. Ὡς γὰρ ἀπὸ κήδους ὄντες, καί τινας τῶν οἰκείων ταφῇ παραδεδωκότες, ἀκάθαρτοι κατὰ τὴν τοῦ νόμου διαγόρευσιν ἦσαν. Δεδιότες τοίνυν, μὴ τοῦ Πάσχα πληροῦντες τὴν ἐντολὴν, παραβῶσι τὴν περὶ τῶν ἀκαθάρτων κειμένην, καὶ ἀντινομίᾳ περιπέσωσι, τὴν αἰτίαν τὸν νομοθέτην ἐδίδαξαν· ἀλλ' οὐδὲ οὗτος ἐτόλμησεν ἀποκρίνασθαι ἕως τὸν Δεσπότην ἠρώτησε. Ταύτῃ γὰρ τῇ πλημμελείᾳ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ περιπέπτωκε, πρὸ τῆς ἐρωτήσεως τοὺς Γαβαωνίτας δεξάμενος. Προσέταξε τοίνυν ὁ Δεσπότης Θεὸς τοὺς τῷ μιασμῷ τούτῳ περιπίπτοντας, ἢ πόῤῥωθεν οἰκοῦντας, καὶ τούτου χάριν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ [85] τοῦ πρώτου μηνὸς ἐπιτελέσαι τὸ Πάσχα μὴ δυναμένους, τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τοῦ δευτέρου μηνὸς ἐπιτελέσαι τὸ Πάσχα· ἐκέλευσε δὲ καὶ τοὺς προσ-

A vocem auribus audivit prodeuntem e propitiatorio, quod super arcam positum erat, quæ alis Cherubinorum tegebatur. Neque ista scripsit ambitiose: sed ut doceret, Dominum Deum pontificibus semel in anno illuc introeuntibus suam gloriam, quantum humana capere potest natura, demonstrare solitum.

INTERR. XII.

Quamobrem cum præcepisset sanctificari Levitas, statuit universum corpus illorum pilis denudari [i]?

Pili mortuum quidpiam repræsentant: vita enim carent, neque dolorem sentiunt. Veram ergo vitam vult eos habere qui ministrant Deo, nec mortui quidquam aut male olentis gestare: quod et admirandus Paulus nos docet: « Cum Christo enim,
B inquit, crucifixus sum: vivo autem jam non ego, sed vivit in me Christus [j]. » Divinis enim operationibus ipse me consecravi.

INTERR. XIII.

Cur a vicesimo quinto anno usque ad quinquagesimum præcepit Levitas ministrare [k]?

C ς'. « Θύσατε θυσίαν δικαιοσύνης, καὶ ἐλπίσατε ἐπὶ Κύριον. » Καὶ διὰ τούτων τῶν ῥημάτων τὴν νομικὴν λατρείαν, ὡς περιττὴν, ἀποπέμπεται, καὶ τὴν τῆς δικαιοσύνης θυσίαν προσφέρειν νομοθετεῖ· πάσης γὰρ ἑκατόμβης καὶ χιλιόμβης τῆς δικαιοσύνης ἡ κτῆσις θυμηρεστέρα τῷ Θεῷ [34], συνημμένης αὐτῇ δηλονότι τῆς εἰς αὐτὸν ἐλπίδος. Ἐπεὶ πολλοὶ καὶ Ἑλλήνων καὶ Ἰουδαίων, καὶ [35] τῶν τἀναντία φρονούντων αἱρετικῶν, καὶ σωφροσύνην, καὶ δικαιοσύνην ἔστιν ὅτε [36] μετίασιν· ἀλλὰ τῆς εὐσεβείας [37] ἐστερημένοι, καρπὸν ἐντεῦθεν [38] οὐδένα [39] πορίζονται. Διὸ [40] τὸ πανάγιον Πνεῦμα διὰ τοῦ θεσπεσίου Δαβὶδ παρεγγυᾷ, οὐ μόνον θῦσαι θυσίαν δικαιοσύνης, ἀλλὰ καὶ ἐλπίσαι ἐπὶ Κύριον. Οὕτω δὲ καὶ ὁ Δεσπότης Χριστός φησι [41] τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, D « Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινὴ, ὑμεῖς τὰ κλήματα [42], καὶ [43] ὁ Πατήρ μου ὁ γεωργός ἐστι. » Πᾶν κλῆμα ἐν ἐμοὶ μὴ φέρον καρπὸν, αἴρει [44] αὐτό· καὶ οὐχ ἁπλῶς εἶπε, « Μὴ φέρον καρπὸν, » ἀλλ' « ἐν ἐμοὶ μὴ φέρον καρπὸν, » τουτέστι, κατὰ τὰς ἐμὰς ἐντο-

[x] Joan. xv, 1, 2.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[23] *Καί.* Abest a cod. 2. [24] *Τόν.* Abest a cod. 2. [25] cod. 2 πολεμίους. [26] *Ὡς ἀναβλέπειν.* Ita quoque apud Cord. p. 70. [27] *Ἐνταῦθα — ἀναγνωστέον.* Des. apud Cord. p. 71. [28] *Καί.* cod. uterque εἶθ'. [29] *Κακὸν τῷ κακῷ.* cod. uterque κακῷ τὸ κακόν. [30] *Τούτων.* Cord. τοῦτο. [31] cod. 2 ἡμέραν. [32] cod. 1 ἁμαρτιῶν. [33] *Ἐνομοθέτησε.* Pauca subjunxit Cord. p. 72. [34] *Πάσης — τῷ Θεῷ.* Des. apud Cord. p. 73. [35] *Καί.* Abest a cod. 1. [36] *Ἔστιν ὅτε.* Abest a cod. 1. cod. 2 habet ἔσθ' ὅτε. [37] *Εὐσεβείας.* Cord. εἰς Θεὸν ἐλπίδος. [38] Cod. 2 ἐνταῦθα. [39] *Οὐδένα.* Abest a cod. 2. [40] *Διὸ — δεχούντων.* Des. apud Cord. l. c. [41] *Φησί.* cod. uterque ἔφη. [42] *Ὑμεῖς τὰ κλήματα.* Hæc in paucissimis exemplaribus exstant. Joan. xv, 1. [43] *Καί.* Abest a cod. 2. [44] *Αἴρει — ἀλλ' — καρπόν.* Des. in cod. 2.

λάς, κατὰ [45] τὰς ἐμὰς νομοθεσίας, μετὰ τῆς εἰς ἐμὲ A πίστεως [46] ὥς τινων καὶ δίχα τῆς εἰς αὐτὸν ὁμολογίας διὰ δόξαν ἀνθρωπίνην [47] ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι δοκούντων. « Πολλοὶ λέγουσι, Τίς δείξει ἡμῖν τὰ ἀγαθά; » Αἰνίττεται οὓς βαρυκαρδίους ὠνόμασεν, ὡς δυσχεραίνοντας ἐπὶ τοῖς προσπίπτουσι λυπηροῖς, καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ προμηθείᾳ [48] διαπιστοῦντας, καὶ λέγειν τοῦτο τολμῶντας.

ζ'. « Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, Κύριε· ἔδωκας εὐφροσύνην εἰς τὴν καρδίαν μου [48*]. » Ἐκεῖνοι [49] μὲν οὖν τοιαῦτα καὶ λογίζονται καὶ φθέγγονται· ἡμεῖς δὲ οἱ τῆς σῆς θεογνωσίας τὴν αἴγλην δεξάμενοι, καὶ ταῖς παρὰ σοῦ φωτισθέντες ἀκτῖσι, καὶ ἐν αὐταῖς ταῖς ἐπανισταμέναις ἡμῖν B συμφοραῖς ἀποχρῶσαν ἔχομεν παραψυχὴν τὴν εἰς σὲ ἐλπίδα [50].

η'. « Ἀπὸ καρποῦ [51] σίτου, οἴνου [52], καὶ ἐλαίου αὐτῶν ἐπληθύνθησαν. » Πάλιν ἐκείνων κατηγορεῖ τῶν λεγόντων· « Τίς δείξει ἡμῖν τὰ ἀγαθά; » ὡς τοσούτων καὶ κατὰ τὸν παρόντα βίον ἀπολαυόντων [53], καὶ ἀχαριστίαν νοσούντων. Ἔστι δὲ τὸ νόημα μεθυπέρβατον· « Πολλοὶ λέγουσι· Τίς δείξει ἡμῖν τὰ ἀγαθά; ἀπὸ καρποῦ σίτου, καὶ [54] οἴνου, καὶ ἐλαίου αὐτῶν ἐπληθύνθησαν. » Καίτοι, φησὶν, οἱ ταῦτα λέγοντες τῶν παντοδαπῶν τῆς γῆς καρπῶν ἀπολαύουσι· διὰ γὰρ τῶν τριῶν τούτων εἰδῶν τῶν τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει διαφερόντων, ἀναγκαίως καὶ τὰ ἄλλα συμπεριέλαβεν [55] ἀγαθά· τὴν ἐκείνων ἐλέγχων C ἀγνωμοσύνην, ὅτι καὶ ἐν ταῖς χερσὶ φέροντες τὰς τοῦ Θεοῦ δωρεὰς, καὶ φιλοτίμως αὐτοῦ τοῖς ἀγαθοῖς ἐντρυφῶντες, ὡς μηδενὸς ἀπολαύοντες λέγειν τολμῶσι· « Τίς δείξει ἡμῖν τὰ ἀγαθά; » Ἐγὼ δὲ τοῦ σοῦ φωτὸς ἀπολαύσας, καὶ τὴν γνῶσιν [56] κτησάμενος [57],

θ', ι'. « Ἐν εἰρήνῃ ἐπὶ τὸ αὐτὸ κοιμηθήσομαι, καὶ ὑπνώσω. Ὅτι σὺ, Κύριε, κατὰ μόνας ἐπ' ἐλπίδι κατῴκισάς με. » Πάντα γὰρ θόρυβον, καὶ διχόνοιαν τῶν λογισμῶν ἐξελάσας, καὶ τούτοις [58] πρυτανεύσας εἰρήνην, καὶ ταῦτα περὶ τῆς ἀγαθῆς σου προνοίας διδάξας φρονεῖν, ἐπ' ἐλπίδι τῆς ἀναστάσεως τὸν θάνατον δέξομαι. Ὕπνον γὰρ ἐνταῦθα τὸ θάνατον προσηγόρευσεν. Εἰκότως δὲ μάλα τῇ τοῦ θανάτου D μνήμῃ τὴν ἐλπίδα συνέζευξε, τοὺς περὶ προνοίας λόγους διεξελθών. Ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ κατὰ τὸν παρόντα βίον δυσπραγίᾳ περιπεσόντες, καὶ ὑπὸ τῶν πονηρίᾳ συζώντων [59] ἀδικούμενοι [60], δέχονται τοῦ βίου τὸ τέλος οὐδεμιᾶς τινὸς ἐπικουρίας τετυχηκότες, διδάσκει μὴ δυσχεραίνειν ὁ μέγας Δαβὶδ, ὡς τῆς ἐλπίδος τῷ θανάτῳ συνεζευγμένης, καὶ μετὰ θάνατον τῆς ἀντιδόσεως ἐσομένης.

humanam gloriam virtuti studere videantur. « Multi dicunt, Quis ostendet nobis bona? » Innuit graves corde quos nominavit, tanquam indignantes adversis in rebus in quas inciderunt, et divinæ Providentiæ dissidentes, et dicere hæc audentes.

Vers. 7. « Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine: dedisti lætitiam in corde meo. » Illi quidem igitur et cogitant et dicunt hæc: nos vero, qui cognitionis Dei a te lumen accepimus, radiisque tuis illustrati sumus, etiam in ipsis calamitatibus, quæ nobis accidunt, sufficientem ex eo consolationem habemus, quod in te spem collocamus.

Vers. 8. « A fructu frumenti, vini, et olei sui, multiplicati sunt. » Rursus accusat illos qui dicunt, « Quis ostendet nobis bona? » ut qui tot tantisque bonis etiam in præsenti vita perfruantur, et ingrati animi vitio laborent. Sensus est cum hyperbato. « Multi dicunt, quis ostendet nobis bona? a fructu frumenti, vini, et olei sui, multiplicati sunt. Atqui, ait, qui hæc dicunt, omnigenis terræ fructibus fruuntur: sub his enim tribus speciebus humanæ naturæ utilissimis, apposite alia comprehendit bona: illorum inscitiam redarguens, 634 quod in manibus Dei munera ferentes, et magnifice ejus bonis se oblectantes, quasi nulla re perfruantur, dicere audent, « Quis ostendet nobis bona? » Ego vero tuo lumine fretus et tui cognitionis adeptus,

Vers. 9, 10. « In pace una dormiam, et requiescam. Quoniam tu, Domine, seorsim in spe constituisti me. » Cum enim omnem tumultum, cogitationumque dissidium expulerim, et cum his pacem firmaverim, atque ita de tua providentia sentire alios docuerim, in spe resurrectionis mortem exspectabo. Nam somnum hoc loco mortem appellavit. Congruenter autem admodum cum mortis memoria spem conjunxit, habitis de providentia sermonibus, Quoniam enim multi, cum in præsenti vita in adversam fortunam inciderint, et ab iniquis hominibus injuria affecti fuerint, vitam ante finiunt, quam opem aliquam sint adepti, docet magnus David, ne indignentur, quod spes cum morte conjuncta sit, et post obitum futura sit remuneratio.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[45] *Κατά*. cod. 2 καί. [46] *Μετὰ — πίστεως*. In cod. 1, præcedunt hæc, μετὰ τῆς εἰς ἐμὲ νομοθεσίας, quæ ex errore librarii irrepsisse videntur. [47] cod. 2 ἀνθρωπίνης. [48] *Προμηθείᾳ*. cod. 2 προνοίᾳ. [48*] *Μου*. Abest a cod. 2. [49] *Ἐκεῖνοι — ἐλπίδα*. Des. apud Cord. [50] cod. 1 ἐλπίζοντα. [51] *Καρποῦ*. Leg. esse videtur, καιροῦ, ut ex Origene bene monuit Montf. Hexapl. t. I, p. 477. [52] *Οἴνου*. cod. 1 præm. καί. [53] cod. 2 ἀπολαβόντων. [54] *Καί*. Abest a cod. 2. [55] cod. 1 περιέλαβεν. [56] *Γνῶσιν*. cod. uterque præm. σήν. [57] *Ὅτι κτησάμενος*. Des. apud Cord. p. 77. [58] cod. 2 τοῦτο. [59] cod. 2 ζώντων. [60] *Καὶ — ἀδικούμενοι*. Des. apud Cord. l. c.

INTERP. PSALMI V.

Vers. 1. « In finem, pro ea quæ hæreditatem consequitur, psalmus Davidi. » Sic et cæteri inscriptionem interpretati sunt. Manifestum est igitur hæredem a divino sermone nominari, communiter quidem Dei Ecclesiam, singulariter autem animam pietati assuefactam. Audimus enim Christum in sacris Evangeliis **635** dicentem, « Venite, benedicti Patris mei, possidete regnum, quod paratum vobis est a mundi constitutione [y]. » Et divinus Paulus idem ait : « Ipse Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod simus filii Dei : si autem filii, et hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, si tamen una patimur, ut etiam simul glorificemur [z]. » Et rursus : « Itaque non jam es servus, sed filius, si vero filius, et hæres Dei per Christum [a]. » Et similia alia multa in sacris voluminibus inveniri possunt, quibus instructi sensum hujus psalmi cognoscere poterimus.

Vers. 2, 3. « Verba mea auribus percipe, Domine, intellige clamorem meum. Attende ad vocem orationis meæ, rex mi, et Deus mi. » Multis undique et maximis fluctibus agitata Ecclesia Dei, atque etiam unaquæque anima, quæ piam vitam amplectitur, superior evadit, tempestatique supernatat, divinam opem continue implorans. Hoc quoque prophetæ sermo nos docet, præcipiens, quomodo universitatis Deum et regem obsecrare atque deprecari deceat, dicens : « Verba mea auribus percipe, Domine, intellige clamorem meum, attende ad vocem deprecationis meæ. » Verum nec *clamor* pro clamore accipiendus est, nec *aures* pro auribus. De Deo enim universorum tanquam de re corporea sacra Scriptura loqui solet, et ex humanis membris divinas operationes nominare consuevit, videndi potentiam oculos, audiendi, aures, et alia similiter. Clamorem vero, deprecantium * propensam voluntatem **636** appellat studiosamque mentis obsecrationem. « Auribus percipe » vero, idem est quod, verba deprecationis meæ intrent aures tuas, et benigne exaudi meas preces, diligenterque attende ad verba obsecrationis meæ, quoniam te esse Deum et regem novi.

Vers. 4, 5. « Quoniam ad te orabo, Domine, mane exaudies vocem meam. Mane astabo tibi, et videbis me. » Confidens enim te meas preces admissurum, cum primum illuxerit, abjecto a palpebris somno, tanquam regi et Domino asto, deprecationem tibi offe-

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ Ε' ΨΑΛΜΟΥ.

α'. « Εἰς τὸ [61] τέλος ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης· ψαλμὸς τῷ Δαβίδ. » Οὕτω [62] δὲ καὶ οἱ λοιποὶ [63] τὴν ἐπιγραφὴν ἡρμηνεύκασιν. Δῆλον τοίνυν, ὡς κληρονόμον ὁ θεῖος ἀποκαλεῖ [64] λόγος, κοινῶς μὲν τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν, ἰδικῶς δὲ τὴν εὐσεβείᾳ συζῶσαν ψυχήν. Ἔστι γὰρ ἀκοῦσαι τοῦ Κυρίου λέγοντος ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις· « Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. » Καὶ ὁ θεσπέσιος [65] Παῦλος ταὐτό φησι· « Τὸ Πνεῦμα συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι ἡμῶν, ὅτι ἐσμὲν τέκνα Θεοῦ· εἰ δὲ τέκνα, καὶ κληρονόμοι, κληρονόμοι μὲν Θεοῦ [66], συγκληρονόμοι δὲ Χριστοῦ· εἴπερ συμπάσχομεν, ἵνα καὶ συνδοξασθῶμεν. » Καὶ πάλιν, « Ὥστε οὐκέτι εἶ δοῦλος, ἀλλ' υἱός· εἰ δὲ υἱός, καὶ κληρονόμος Θεοῦ διὰ Χριστοῦ [67]. » Καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ τοιαῦτα ἔστιν εὑρεῖν παρὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ, ἐξ ὧν ποδηγούμενοι τὴν διάνοιαν κατιδεῖν δυνησόμεθα.

β', γ'. « Τὰ ῥήματά μου ἐνώτισαι, Κύριε, σύνες τῇ κραυγῇ [68] μου. Πρόσχες τῇ φωνῇ τῆς δεήσεώς μου, ὁ βασιλεύς μου καὶ ὁ Θεός μου. » Πολλαῖς καὶ [69] πάντοθεν βαλλομένη τρικυμίαις ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία, καὶ μέντοι καὶ ἑκάστη ψυχὴ τὸν εὐσεβῆ βίον ἀσπαζομένη, περιγίνεται καὶ τοῦ κλύδωνος ὑπερνήχεται, τὴν θείαν ἐπικουρίαν καλοῦσα διηνεκῶς. Τοῦτο δὴ καὶ ὁ προφητικὸς ἡμᾶς ἐκπαιδεύει λόγος, διδάσκων ὅπως προσήκει τὸν τῶν ὅλων Θεὸν καὶ βασιλέα λιπαρεῖν τε καὶ ἱκετεύειν· καὶ διδάσκει λέγων· « Τὰ ῥήματά μου ἐνώτισαι, Κύριε, σύνες τῇ κραυγῇ [70] μου, πρόσχες τῇ φωνῇ τῆς δεήσεώς μου. » Ἀλλ' οὔτε τὴν *Κραυγὴν* κραυγὴν νοητέον, οὔτε τὰ *ὦτα* ὦτα· περὶ γὰρ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων σωματικώτερον ἔθος τῇ θείᾳ Γραφῇ λαλεῖν, καὶ ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων μορίων τὰς θείας ἐνεργείας ἀποκαλεῖν· ὀφθαλμοὺς τὴν ὀπτικήν, καὶ τὴν ἀκουστικὴν ὦτα, καὶ τἄλλα ὡσαύτως. Κραυγὴν δέ, ἐπὶ τῶν εὐχομένων [71] τὴν προθυμίαν καλεῖ, καὶ τὴν σπουδαίαν τῆς διανοίας ἱκετείαν. Τὸ δὲ « ἐνώτισαι, » ἀντὶ τοῦ, Εἴσω τῶν ὤτων σου γενέσθω μου τῆς προσευχῆς τὰ ῥήματα, καὶ εὐμενῶς ἄκουσον τῆς ἐμῆς ἱκετείας, καὶ πρόσχες ἀκριβῶς τοῖς τῆς δεήσεώς μου λόγοις, ἐπειδή σε Θεὸν οἶδα καὶ βασιλέα.

δ', ε'. « Ὅτι πρὸς σὲ προσεύξομαι, Κύριε [72], καὶ [73] πρωῒ εἰσακούσῃ τῆς φωνῆς μου. Τὸ πρωῒ παραστήσομαί σοι, καὶ ἐπόψει με [74]. » Θαῤῥοῦσα [75] γὰρ ὡς δέχῃ τὰς ἐμὰς ἱκετείας, εὐθὺς τοῦ φωτὸς ἀνίσχοντος, τῶν βλεφάρων ἀποσεισαμένη [76] τὸν ὕπνον, οἷα

[y] Matth. xxv, 34. [z] Rom. viii, 16, 17. [a] Galat. iv, 7.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[61] *Τό.* Tum h. l. tum insequentibus Psalmis, abest a cod. 1, 2. [62] *Οὕτω* κ. τ. λ. Des. apud Cord. [63] *Καὶ οἱ λοιποί.* Consentiunt quidem interpretes Græci in explicatione vocis נחילות, errori autem occasionem dedit vox נחלת [64] cod. 2 καλεῖ. [65] *Θεσπέσιος.* cod. 2 addit δέ. [66] *Εἰ δὲ— Θεοῦ.* Des. in cod. 2. [67] *Χριστοῦ.* cod. 2 præm. Ἰησοῦ. [68] *Τῇ κραυγῇ.* cod. 1 τῆς κραυγῆς, quam lectionem habet cod. Alex. h. l. [69] *Καί.* Abest a cod. 2. [70] cod. 1 τῆς κραυγῆς. [71] cod. 2 προσευχομένων. [72] *Ὅτι— Κύριε.* Hæc ad vers. præcod. pertinent. [73] *Καί.* cod. uterque τό. [74] *Ἐπόψει με.* Ita fere habet cod. Alex. ἐπόψῃ με. Præstat autem h. l. lectio cod. Vatic. ἐπόψομαι. Bosius ad h. l. allegat verba ista e Theodoreto. ἐν τισὶ δὲ γράφεται καὶ ἐπόψομαι. quæ tamen nec in codd. nostris, nec apud Cord. p. 94, invenio. [75] cod. 2 θαῤῥοῦσαν. Sequens γάρ abest. ab utroque cod. [76] *Ἀποσεισαμένη.* cod. 1 ἀποσαμένη, pro ἀπωσαμένη.

δὴ βασιλεῖ καὶ Δεσπότῃ παρίσταμαι, τὴν αἴτησίν σοι προσφέρουσα[77]. Οὐ παντὸς δὲ ἐστι λέγειν τῷ τῶν ὅλων Θεῷ, « Παραστήσομαί σοι, καὶ ἐπόψει με· » ἀλλὰ τῶν κατὰ τὸν μέγαν Ἠλίαν διὰ τὴν ἀπὸ τῆς πολιτείας παῤῥησίαν[78] λέγειν θαῤῥούντων, « Ζῇ Κύριος, ᾧ παρέστην ἐνώπιον αὐτοῦ σήμερον. »

« Ὅτι οὐχὶ Θεὸς θέλων ἀνομίαν σὺ εἶ. [ς'.] Οὐ παροικήσει σοι πονηρευόμενος· οὐδὲ διαμενοῦσι παράνομοι κατέναντι τῶν ὀφθαλμῶν σου. » Δέχῃ[79] τὰς ἐμὰς δεήσεις, καὶ ἐποπτεύεις ἀντιβολοῦσαν· ἐπειδὴ πᾶσαν μὲν ἀνομίαν ἀπαγορεύεις, καὶ τοὺς πονηρίᾳ συζῶντας παντελῶς ἀποστρέφῃ· βδελύττῃ γὰρ ἅπαντας τοὺς παράνομον βίον ἀσπαζομένους. Τοῦτο γὰρ ἐπήγαγεν·

ζ'. « Ἐμίσησας, Κύριε[80], πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν· ἀπολεῖς πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος. Ἄνδρα αἱμάτων καὶ δόλιον βδελύσσεται Κύριος. » Τὸν τῆς κακίας κατάλογον εἰς μέσον παρήγαγεν, ἐναντία δεικνὺς ἅπαντα τοῦ θείου θελήματος. Οὐ γὰρ μόνον ἀπαγορεύει πονηρίαν, καὶ παρανομίαν, καὶ ψεῦδος, καὶ δόλον, καὶ μιαιφονίαν· ἀλλὰ καὶ τοὺς τούτων ἐργάτας βδελύττεται, μετανοίᾳ προσέχειν οὐ βουλομένους[81]. Σημαίνει δέ γε διὰ τούτων τοὺς κατὰ τῆς Ἐκκλησίας ἐν διαφόροις ἐπαναστάντας καιροῖς, καὶ περιγενέσθαι μὴ δυνηθέντας, κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἀπαγόρευσιν· « Πύλαι γὰρ ᾅδου, φησὶν, οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. » Τοῦτο δὲ καὶ ὁ ψαλμὸς παρεδήλωσεν.

η'. « Ἐγὼ δὲ ἐν τῷ πλήθει του ἐλέους σου εἰσελεύσομαι εἰς τὸν οἶκόν σου· προσκυνήσω πρὸς ναὸν ἅγιον σου ἐν φόβῳ σου. » Τῆς γὰρ σῆς ἀπολαύουσα φιλανθρωπίας, καὶ τῇ σῇ δεξιᾷ φρουρουμένη, τὴν διηνεκῆ σοὶ[82] προσφέρω προσκύνησιν ἐν τῷ ἀφιερωμένῳ τῇ σῇ δόξῃ ναῷ, τὸν σὸν ἀεὶ περιφέρουσα φόβον· οὐδὲ γὰρ ἀνέξομαι τοῦτον ἀποβαλεῖν, τῇ σῇ φιλανθρωπίᾳ θαῤῥοῦσα[83].

θ'. « Κύριε ὁδήγησόν με ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου, ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν μου κατεύθυνον ἐνώπιόν σου τὴν ὁδόν μου. » Ἔνια τῶν ἀντιγράφων « ἐνώπιόν μου τὴν ὁδόν σου » ἔχει· ἑκάτερα δὲ τῆς εὐσεβοῦς ἔχεται διανοίας. Εἴτε γὰρ ἡ ἡμετέρα ὁδὸς κατευθυνθείη ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, πλάνης οὐ ληψόμεθα πεῖραν· εἴτε ἡ τοῦ Θεοῦ ὁδὸς ἐνώπιον ἡμῶν κατευθυνθείη, αὐτὴν ὁδεύσομεν, καὶ πρὸς αὐτὴν προθύμως δραμούμεθα. Αἰτεῖ τοίνυν ἡ κληρονομοῦσα ὁδηγηθῆναι μὲν ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνης, κατευθυνθῆναι δὲ αὐτῇ τὴν ὁδὸν, καὶ ἐξευμαρισθῆναι, ἵνα ῥᾳδίως ὁδεύῃ. Ταύτην ὁ Σύμμαχος τὴν διάνοιαν τέθεικεν· ἀντὶ γὰρ τοῦ, *κατεύθυνον*, *ὁμάλισον* εἴρηκεν. Ἀκούομεν δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ διὰ[85] Ἡσαΐου·

A rens. Non cujuslibet autem est dicere universorum Deo: « Tibi astabo, et videbis me; sed eorum, qui sicut magnus Elias ob conversationis fiduciam dicere audent: « Vivit Dominus, coram quo hodie constitutus sum [b]. »

« Quoniam non es Deus volens iniquitatem. [Vers. 6.] Non habitabit juxta te malignus, neque permanebunt injusti ante oculos tuos. » Meas preces suscipis meque obsecrantem aspicis, quoniam omnem iniquitatem respuis, malitiæque assuefactos omnino aversaris: exsecraris enim omnes iniquam vitam amplectentes. Nam hoc subjunxit:

Vers. 7. « Odisti, Domine, omnes qui operantur ini-
B quitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium. Virum sanguinum et dolosum abominatur Dominus. » Malitiæ catalogum in **637** medium attulit, omnia ostendens divinæ voluntati contraria. Non solum enim prohibet malitiam atque iniquitatem, et mendacium, et dolum, et homicidium; verum etiam eos, qui hæc patrant, exsecratur, si pœnitentiæ studere nolunt. Innuit autem per hæc eos, qui diversis temporibus contra Ecclesiam assurrexerunt, eamque superare non potuerunt, secundum ipsius Dei et Salvatoris nostri Christi interdictum. « Portæ enim, ait, inferni non prævalebunt adversus eam [c]. » Hoc vero et psalmus declaravit.

Vers. 8. « Ego autem in multitudine misericor-
C diæ tuæ, introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. » Cum enim ego tua benignitate perfruar, tuaque dextera custodiar, quotidianam tibi offero adorationem in * templo tuæ gloriæ consecrato, semper tuum timorem circumferens: neque enim committam ut illum abjiciam benignitati tuæ confidens.

Vers. 9. Domine, deduc me in justitia tua: propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam. » Quædam exemplaria, « in conspectu meo viam tuam, » habent: utraque vero pium sensum retinent. Sive enim nostra via dirigatur in conspectu Dei, non aberrabimus: sive via Domini ante nos dirigatur, ipsam ambulabimus, ad illamque prompte
D curremus. Petit igitur hæres, ut a Dei justitia deducatur, viaque ipsi dirigatur, atque explanetur, ut facile gradiatur. Hunc Symmachus sensum posuit: nam pro *dirige* dixit *complana*. **638** Audimus autem ipsum Christum per Isaiam dicentem: « Redigentur obliqua in viam rectam, et aspera in vias planas [d]. » Et beatus David in alio psalmo dixit:

[b] III Reg. xvii, 1. [c] Matth. xvi, 18. [d] Isa. xl, 4.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[77] cod. 2 προσφέρει. [78] *Διὰ — παῤῥησίαν*. cod. 1 διὰ τὸ ἀπὸ τῆς πολλῆς παῤῥησίας. [79] Δέχῃ κ. τ. λ. Vid. Cord. p. 86. [80] *Κύριε*. Des. in cod. 2. [81] *Οὐ — βουλομένους*. Vid. Cord. l. c. [82] *Σοί*. Abest a cod. 2. [83] *Τῆς—θαῤῥοῦσα*. Eadem habet Cord. l. c. absque Nostri nomine. [84] *Ἔνια — ἔχει*. Vid. Hieron. *Epist. ad Sun.* et *Fret*. Conf. quoque Cord. p. 87. [85] *Διά*. cod. 1, addit τοῦ.

« A Domino gressus hominis diriguntur, et via ejus valde delectabitur [e]. » Porro humilitatis plena sunt verba hæredis. Non enim postulat ut propter suam ipsius justitiam sibi via dirigatur, verum propter inimicos impietati assuefactos, contra ipsam injuste bellum gerentes. Deinde ipsorum malitiæ studia sigillatim exponit.

A « Ἔσται τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, καὶ ἡ τραχεῖα εἰς ὁδοὺς λείας. » Καὶ ἐν ἑτέρῳ δὲ ψαλμῷ ὁ μακάριος [88] ἔφη Δαβίδ· « Παρὰ Κυρίου τὰ διαβήματα ἀνθρώπου κατευθύνεται, καὶ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ θελήσει σφόδρα. » Ταπεινοφροσύνης δὲ μεστὰ τῆς κληρονομούσης τὰ ῥήματα. Οὐ γὰρ αἰτεῖ διὰ τὴν ἑαυτῆς δικαιοσύνην κατευθυνθῆναι αὐτῇ [87] τὴν ὁδὸν, ἀλλὰ διὰ τοὺς ἐχθροὺς τοὺς δυσσεβείᾳ συζῶντας [88], τοὺς ἀδίκως αὐτῇ [89] πολεμοῦντας. Εἶτα αὐτῶν καὶ κατὰ μέρος διδάσκει τὰ τῆς πονηρίας ἐπιτηδεύματα.

VERS. 10. « Non est in ore ipsorum veritas. » Mendacio, inquit, continue linguam maculant. « Cor eorum vanum est. » Eorum verbis et cogitationes conveniunt, et cum ore mens consentit.

ι'. « Ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν ἀλήθεια. » Τῷ ψεύδει, φησὶ, διηνεκῶς τὴν γλῶτταν μολύνουσιν. « Ἡ καρδία αὐτῶν ματαία. » Τοῖς λόγοις αὐτῶν καὶ οἱ λογισμοὶ συμβαίνουσι, καὶ συνομο-
B λογεῖ τῷ στόματι ἡ διάνοια.

VERS. 11. « Sepulcrum patens est guttur eorum. » Clausa sepulcra tetrum odorem occultum habent; reserata vero, illum copiose emittunt foras. Talia et hi, inquit, eructant verba, omnem impietatem ac fetorem redolentia. Per hæc autem verba innuit blasphemias, quæ contra Deum jactantur, et sermones libidinis et impudicitiæ plenos. « Linguis suis dolose agebant : judica illos, Deus. » Occulta verba graviora sunt, quam illa quæ palam proferuntur : dolo enim utentes, infinita contra proximum moliuntur.

ια'. « Τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ [90] αὐτῶν. » Οἱ κεκλεισμένοι τάφοι κεκρυμμένην ἔχουσι τὴν δυσοσμίαν [91], οἱ δὲ ἀνεῳγμένοι πολλὴν ἀποπέμπουσι τὴν δυσωδίαν· τοιαῦτα καὶ οὗτοι, φησὶν [92], ἐρυγγάνουσι ῥήματα πάσης ἀσεβείας καὶ δυσοσμίας μεστά. Διὰ τούτων δὲ τῶν λόγων τὰς κατὰ τοῦ [93] Θεοῦ βλασφημίας αἰνίττεται, καὶ τῆς ἀκολασίας καὶ τῆς ἀσελγείας τὰ ῥήματα. « Ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν· κρῖνον αὐτοὺς ὁ Θεός [94]. » Χαλεπώτερα τῶν προφερομένων [95] ῥημάτων τὰ κεκρυμμένα· δόλῳ γὰρ κεχρημένοι μυρία τινὰ κατὰ τῶν πέλας τυρεύουσιν [96].

VERS. 12. « Decidant a **639** cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos. » ' Adducantur igitur in judicium tuum, o Domine, et aberrent ab iis, quæ contra nos machinantur, et experientia discant, quod araneæ telam contexant, et pœnam suis ausibus dignam luant. « Quoniam irritaverunt te, Domine. » Contra te enim bellum moverunt, dum adversus illos, qui tibi addicti sunt aciem instruxerunt.

« Ἀποπεσάτωσαν ἀπὸ τῶν διαβουλιῶν αὐτῶν, κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀσεβειῶν αὐτῶν ἔξωσον αὐτούς. » Ἀχθήτωσαν τοίνυν ὑπὸ τὴν σὴν κρίσιν, ὦ Δέσποτα,
C καὶ διαμάρτωσιν ὧν καττύουσι [97] καθ' ἡμῶν, καὶ μαθέτωσαν διὰ τῆς πείρας, ὡς ἱστὸν ἀράχνης ὑφαίνουσι, καὶ δότωσαν ποινὴν τῶν τολμημάτων ἀξίαν. « Ὅτι παρεπίκρανάν σε, Κύριε. » Κατὰ σοῦ γὰρ τὸν πόλεμον κεκινήκασι, πρὸς τοὺς ἀνακειμένους σοι κινήσαντες [98] τὴν παράταξιν.

VERS. 12. « Et lætentur omnes, qui sperant in te : in sæculum exsultabunt, et habitabis in eis. » Hoc autem eos, qui crediderunt in te, implebit lætitia, et præbebit ipsis voluptatem sempiternam. Non illorum mors, sed tua providentia. Credunt enim, quod in ipsis habites et ambules, ipsosque sacratum templum efficias.

ιβ'. « Καὶ εὐφρανθήτωσαν [99] πάντες οἱ ἐλπίζοντες ἐπὶ σέ· εἰς αἰῶνα ἀγαλλιάσονται, καὶ κατασκηνώσεις ἐν αὐτοῖς. » Τοῦτο δὲ τοὺς εἰς σὲ πεπιστευκότας [1] εὐφροσύνης ἐμπλήσει, καὶ παρέξει αὐτοῖς θυμηδίαν αἰώνιον· οὐχ ὁ ἐκείνων ὄλεθρος, ἀλλ' ἡ σὴ προμήθεια. Πείθονται γὰρ ὡς ἐνοικεῖς ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατεῖς, καὶ οἶκον αὐτοὺς ἀφιερωμένον
D ἀποφαίνεις [2].

« Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum.

[VERS. 13.] Quoniam tu benedices justo, Domine. » Nam cum tua benedictio et providentia tuis cultoribus abunde suppeditetur, illi qui con-

« Καὶ καυχήσονται ἐν σοὶ οἱ [3] ἀγαπῶντες τὸ ὄνομά σου [4]. [ιγ'.] Ὅτι σὺ εὐλογήσεις δίκαιον, Κύριε [5]. » Τῆς γὰρ σῆς εὐλογίας τε καὶ προνοίας τοῖς σοῖς χορηγουμένης θεραπευταῖς, οἱ σφᾶς αὐτοὺς ἐραστὰς τοῦ σοῦ ὀνόματος καταστήσαντες, ἐπὶ τῇ σῇ κηδε-

[e] Psal. XXXVI, 23.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[86] *Ὁ μακάριος*. Abest a cod. 2. [87] *Αὐτῇ* cod. 1 αὐτῆς. [88] *Συζῶντας*. cod. 2 ζῶντας. [89] cod. 2. αὐτῷ. [90] *Λάρυγξ*. codex quidam Bibl. Laur. Med habet φάρυγξ. Ex eodem codice Florent. plures ad hunc et sequentes psalmos afferentur lectiones, quas debemus favori Cel. Bandinii, cujus vid. Catal. p. 87 seqq. [91] cod. 1 δυσωδίαν. [92] *Φησίν*. Abest a cod. 1. [93] *Τοῦ*. Des. in cod. 2. [94] *Κρῖνον—Θεός*. Hæc pertinent ad vers. sequentem. [95] Cod. *Flor*. προσφερομένων. [96] *Δόλῳ — τυρεύουσιν*. codex Florent. habet λόγῳ γὰρ κεχρημένοι μυρία δεινὰ — σωρεύουσιν. [97] *Καττύουσι*. cod. 2 τίουσι. [98] *Κινήσ*. cod. 2 ἀνακινήσαντες. Cord. p. 88, habet κεκινήκασι. [99] cod. 2 εὐφρανθείησαν. [1] cod. 2 πιστεύοντας. [2] *Καὶ — ἀποφαίνεις*. Des. apud. Cord. l. c. [3] *Οἱ*. cod. 2 præm. πάντες. [4] *Σου*. Abest a cod. 1. [5] *Κύριε*. Abest a cod. 1, 2.

A μονίᾳ μεγαλοφρονήσουσι, τὴν σὴν διηγούμενοι δύναμιν. Οὕτω καὶ ὁ μακάριος [6] λέγει Παῦλος· « Ὁ καυχώμενος ἐν Κυρίῳ καυχάσθω. » — « Ὡς ὅπλῳ εὐδοκίας ἐστεφάνωσας ἡμᾶς. » Εὐδοκίαν ἡ θεία Γραφὴ καλεῖ τὸ ἀγαθὸν τοῦ Θεοῦ θέλημα. Τοιοῦτόν ἐστι τὸ, « Ηὐδόκησας, Κύριε, τὴν γῆν σου, » ἀντὶ τοῦ, Ἀγαθὰ ἠθέλησας τῇ γῇ σου. » Καὶ παρὰ τῷ μακαρίῳ Παύλῳ, « Κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ, » τουτέστι, κατὰ τὸ ἀγαθὸν αὐτοῦ θέλημα. Καὶ ἐνταῦθα τοίνυν τοῦτο λέγει, ὅτι Τὸ ἀγαθόν σου θέλημα, καὶ ἡ πολλή σου περὶ ἡμᾶς φιλοστοργία [7] τε καὶ ἀγάπη, καὶ ὅπλον ἡμῖν γέγονε νίκης πρόξενον, καὶ στέφανος ἐπινίκιος.

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ Ϛ' ΨΑΛΜΟΥ.

B α'. « Εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις [8] ὑπὲρ τῆς ὀγδόης, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ. » Ὀγδόην [9] τὴν μέλλουσαν κατάστασιν ὁ προφητικὸς λόγος καλεῖ· ἐπειδὴ γὰρ ὁ παρὼν βίος διὰ τῶν ἑπτὰ τῆς ἑβδομάδος ἡμερῶν ἀνακυκλεῖται· ἀπὸ [10] γὰρ τῆς πρώτης ὁ χρόνος [11] ἀρχόμενος, καὶ λήγων εἰς τὴν ἑβδόμην, πάλιν εἰς [12] τὴν πρώτην ἐπάνεισι, καὶ οὕτως εἰς τὴν ἑβδόμην χωρεῖ· εἰκότως τὸν ἔξω τοῦ ἑβδοματικοῦ ἀριθμοῦ αἰῶνα ὀγδόην ὁ θεῖος προσηγόρευσε λόγος. Μέμνηται δὲ θανάτου καὶ κρίσεως ἐν τῷδε τῷ ψαλμῷ· διὸ καὶ ταύτην τέθεικε τὴν ἐπιγραφήν. Λέγει [13] γάρ· « Οὐκ ἔστιν ἐν τῷ θανάτῳ ὁ μνημονεύων σου, ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι; » ἀντὶ τοῦ, Ἀποκέκλεισται τοῖς ἐντεῦθεν ἐξιοῦσι τῆς μετανοίας ἡ θύρα, καὶ οὐχ οἷόν τε τοὺς μὴ [14] κατὰ τὸν παρόντα βίον C τοῖς τῆς μετανοίας χρησαμένους φαρμάκοις, ἐκεῖ τὴν ὑπὲρ τῆς ἁμαρτίας ἐξομολόγησιν προσενεγκεῖν τῷ Θεῷ. Μαρτυρεῖ δὲ τούτοις τοῖς λόγοις, καὶ ἡ τῶν παρθένων παραβολή. Καὶ γὰρ δι' ἐκείνης μεμαθήκαμεν, ὡς αἱ μωραὶ παρθένοι σβεσθεισῶν τῶν λαμπάδων ἔμειναν ἔξω τῶν τοῦ νυμφῶνος θυρῶν, παίουσαι μὲν τὰς θύρας, ἀποπεμπόμεναι δὲ, καὶ τῆς παστάδος ἀποστερούμεναι. Ἔφη γὰρ πρὸς αὐτάς· « Ὑπάγετε, οὐκ οἶδα ὑμᾶς. » Διά τοι τοῦτο ὁ μακάριος [15] Δαβὶδ, μετὰ τὴν διπλῆν ἐκείνην ἁμαρτίαν, ταύτην τῷ Θεῷ προσφέρει τὴν ἱκετείαν, ἰατρευθῆναι παρακαλῶν, ὡς μήκετι χώραν ἐχόντων ἐν ἐκείνῳ τῷ βίῳ τῶν τῆς μετανοίας φαρμάκων [16].

D β'. « Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με. » Οὐ παρακαλεῖ μὴ ἐλεγχθῆναι, ἀλλὰ μὴ θυμῷ ἐλεγχθῆναι, οὐδὲ ἱκετεύει μὴ παιδευθῆναι, ἀλλὰ μὴ [17] μετ' ὀργῆς τοῦτο παθεῖν. Πατρικῶς [18] με, φησὶ, παίδευσον, μὴ δικαστικῶς· ἰατρικῶς, μὴ κολαστικῶς [19]. Μὴ μετρήσῃς τῇ ἁμαρτίᾳ τὴν τιμωρίαν, ἀλλὰ τῇ φιλανθρωπίᾳ τὸ δίκαιον κέρασον.

A stituerunt se ipsos tui nominis amatores, gloriabuntur propter tuam sollicitudinem, tuam narrantes potentiam. Sic etiam beatus ait Paulus [f]: « Qui gloriatur, in Domino glorietur. » — « Ut scuto bonæ voluntatis tuæ, coronasti nos. » Bonam Dei voluntatem sacræ litteræ nuncupant εὐδοκίαν. Ejusmodi est illud: « Delectatus es, Domine, terra tua [g], » hoc est, bene cupivisti tuæ terræ. Et apud beatum Paulum [h]: « Secundum beneplacitum voluntatis ipsius, » videlicet secundum bonam ejus voluntatem. Sicque igitur hoc loco **640** dicit, tua bona voluntas, tuusque maximus amor et dilectio in nos, fuit nobis et scutum victoriam parans, et corona triumphalis.

INTERP. PSALMI VI.

B Vers. 1. « In finem, in hymnis, pro octava, psalmus Davidi. » *Octavam* futurum statum propheticus sermo appellat. Cum enim præsens vita per septem dies hebdomadis revolvatur (tempus enim a primo die incipiens, et desinens in septimum, rursus in primum recurrit, et sic in septimum progreditur): merito sæculum, quod extra septenarium numerum est, octavam divinus sermo nuncupat. Meminit autem in hoc psalmo mortis et judicii. Quamobrem hunc posuit titulum. Ait enim: « Non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi? » Id est, Clausa est pœnitendi janua iis, qui hinc demigrarunt: nec fieri potest, ut qui in præsenti vita pœnitentiæ re- C mediis uti noluerunt, ibi offerant Deo confessionem pro peccato. Suffragatur autem hisce etiam virginum parabola. Etenim per illam didicimus, fatuas virgines, restinctis lampadibus, mansisse extra januas cubiculi Sponsi: quæ pulsarunt quidem januas, sed rejectæ et thalamo exclusæ sunt. Ait enim ipsis: « Discedite, non novi vos [i]. » Propterea beatus **641** David post duplex illud peccatum has offert Deo preces, rogans ut sanetur, quod medicamenta pœnitentiæ non habeant amplius locum in illa vita.

D Vers. 2. « Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. » Non precatur ut non reprehendatur: neque petit, ut non castigetur, sed ne cum ira hoc patiatur. Paterne me, inquit, corripias, non judicis instar; medici more, non terroris. Ne metiaris vindictam peccato, sed benignitate justitiam tempera.

[f] I Cor. I, 31. [g] Psal. LXXXIV, 1. [h] Ephes. I, 9. [i] Matth. XXV, 12.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[6] *Ὁ μακάριος*. Abest a cod. 2. [7] *Φιλοστοργία*. cod. 2 φιλανθρωπία. [8] *Ἐν ὕμνοις*. Abest a cod. 2. [9] *Ὀγδόην — φαρμάκων*. Horum Epitomen vid. apud Cord. p. 107. [10] *Ἀπὸ — χωρεῖ*. Hæc des. apud Cord. l. c. [11] *Ὁ χρόνος*. Abest a cod. 2. [12] *Εἰς*. Abest a cod. 2. [13] *Λέγει — μακάριος Δαβίδ*. Des. apud Cord. l. c. [14] *Μή*. In cod. 1 præm. voci χρησαμένους. [15] *Μακάριος*. Abest a cod. 2. [16] In cod. Flor. hæc præmittuntur: Ἐξομολογεῖται τῷ Θεῷ ὁ μακάριος Δαβὶδ περὶ τῆς ἰδίας ἁμαρτίας, ἣν εἰργάσατο συγκαθευδήσας τῇ Βηρσαβεέ. Λέγει δὲ ταῦτα ἐν συμφοραῖς ὢν, ἐν αἷς καὶ ἐξητάζετο διὰ τὴν ἁμαρτίαν. [17] *Θυμῷ — ἀλλὰ μή*. Des. apud. Cord. p. 107. [18] *Πατρικῶς — κέρασον*. Des. ibid. [19] *Μὴ κολαστικῶς*. Abest a cod. 2.

VERS. 3. « Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum. » Hujusmodi vox peccatoribus convenit. Nam infirmitate præcedente, peccatum vincit. Si enim ratio in nobis non infirma fuerit, perturbationes nequaquam tumultuabuntur. Si enim auriga validus fuerit, et equos scienter flexerit et moderatus fuerit, insultus non habebunt locum.

VERS. 4. « Sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea, et anima mea turbata est valde. » Ossa in hoc loco ratiocinationes appellat. Quoniam enim ossa densiorem habent naturam, et ipsa corpus ferunt; tropice ratiocinationes, per quas animal dirigitur, ossa nuncupavit. Ait igitur, horum conturbatio concussit et commovit me. Quare precor ut tua benignitate perfruar, ut per hanc convalescam.

* « Et tu, Domine, usquequo? [VERS. 5.] Convertere, Domine, eripe animam meam, salvum me fac propter misericordiam tuam. » Non dicit *usquequo*, velut increpans, **642** sed cum in dolore sit, obsecrat, ut opem propere ferat. Concinne autem apposuit, « Propter misericordiam tuam. » Non enim, inquit, mihi ipsi confido, neque meæ justitiæ tuum auxilium ascribo; sed ob tuam misericordiam deprecor, ut illius compos fiam. Hoc autem, « convertere, Domine, » pro, attende ad me, posuit, et ne avertas faciem tuam a me: metaphora sumat ab his qui excandescunt, et aversantur eosque qui deliquerint intueri nolunt.

VERS. 6. « Quoniam non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi? » Idcirco precor ut in præsenti curatione fruar, quoniam novi eos, qui ab hac vita decesserunt cum vulneribus, nullam deinceps medicinam consecuturos, cum nullus amplius sit pœnitentiæ locus. [Hoc etiam egregie divinus David philosophatus est: neque enim in morte est, sed in vita, qui Dei meminit. Sic descendentibus in infernum neque confessio est, neque correctio. Hic enim Deus vitam et actionem conclusit, illic vero factorum examen: et hoc octavæ proprium, jam non amplius tempus ad comparationem bonorum et malorum dari hominibus in ea exsistentibus. Sed quorum semina quis per opera jecerit, horum erunt percipiendi manipuli: cujus gratia hic pœnitentiam agere jubet, quippe cum in sepulcro ejusmodi studium iners sit. Ait enim, quoniam diuturnum mihi pœnitentiæ tempus factum est, metuo ne misericordiam tuam præveniat mors, in **643** qua confessionis nihil est; quare misericordiam accelerari peto. Deinde auditorem docet, nostra debere cum Dei humani-

A γ'. « Ἐλέησόν με, Κύριε, ὅτι ἀσθενής εἰμι. » Ἁρμόττουσα τοῖς ἡμαρτηκόσιν ἡ τοιαύτη φωνή. Ἀσθενείας γὰρ ἡγουμένης, ἡ ἁμαρτία νικᾷ. Εἰ γὰρ μὴ ἀσθενήσει [20] τὸ ἐν ἡμῖν λογικὸν, οὐ στασιάσει [21] τὰ πάθη· ἐῤῥωμένου γὰρ τοῦ ἡνιόχου, καὶ μετ' ἐπιστήμης τοὺς ἵππους καὶ στρέφοντος καὶ ἰθύνοντος, οὐκ ἔχει τὰ σκιρτήματα χώραν [22].

δ'. « Ἴασαί με, Κύριε, ὅτι ἐταράχθη τὰ ὀστᾶ μου· καὶ ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα. » Ὀστᾶ ἐνταῦθα τοὺς λογισμοὺς ὀνομάζει· ἐπειδὴ γὰρ τὰ ὀστᾶ στεγανωτέραν ἔχει τὴν φύσιν, καὶ αὐτὰ φέρει τὸ σῶμα, τροπικῶς τοὺς λογισμοὺς, δι' ὧν τὸ ζῶον ἰθύνεται, ὀστᾶ προσηγόρευσεν. Ἡ τούτων, φησὶ, ταραχὴ ἐκλόνησέ με, καὶ διέσεισε. Διόπερ τῆς σῆς [23] φιλανθρωπίας ἀπολαῦσαι παρακαλῶ, ἵνα διὰ B ταύτης τὴν ἴασιν δέξωμαι.

« Καὶ σὺ Κύριε ἕως πότε; [ε'.] Ἐπίστρεψον Κύριε, ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου, σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου. » Τὸ, *ἕως πότε*, οὐχ ὡς ἐγκαλῶν λέγει, ἀλλ' ὡς ἐν ὀδύναις ὢν, ἐπιταχῦναι παρακαλεῖ τὴν βοήθειαν [24]. Ἁρμοδίως [25] δὲ προσέθηκε τὸ, « Ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου. » Οὐδὲ γὰρ ἐμαυτῷ, φησὶ, θαῤῥῶ, οὐδὲ τῇ ἐμαυτοῦ δικαιοσύνῃ τὴν σὴν [26] ἐπιγράφω [27] βοήθειαν, ἀλλὰ διὰ τὸν σὸν ἔλεον ταύτης ἱκετεύω τυχεῖν. Τὸ δὲ, « ἐπίστρεψον, Κύριε, » ἀντὶ τοῦ, « πρόσχες μοι, » καὶ μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ· ἐκ μεταφορᾶς τῶν ὀργιζομένων, καὶ ἀποστρεφομένων, καὶ τοὺς ἐπταικότας οὐκ ἐθελόντων ὁρᾷν [28].

C

ς'. « Ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ θανάτῳ ὁ μνημονεύων σου· ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι; » Διὰ [29] τοῦτο τῆς θεραπείας ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀπολαῦσαι παρακαλῶ, ἐπειδὴ οἶδα, ὅτι τοῖς τόνδε τὸν βίον ἐξιοῦσι μετὰ τραυμάτων, οὐδεμία λοιπὸν θεραπεία δοθήσεται, οὐκέτι χώραν τῆς μετανοίας ἐχούσης. [Καὶ κάλλιστα τῷ θείῳ Δαβὶδ τοῦτο πεφιλοσόφηται· οὐ γὰρ ἐν θανάτῳ, ἀλλ' ἐν ζωῇ ἐστιν ὁ τοῦ Θεοῦ μεμνημένος. Οὕτως οὐκ ἔστιν ἐν ᾅδῃ τοῖς ἀπελθοῦσιν ἐξομολόγησις καὶ διόρθωσις. Συνέκλεισε γὰρ ὁ Θεὸς ἐνταῦθα μὲν βίον καὶ πρᾶξιν, ἐκεῖ δὲ τὴν τῶν πεπραγμένων ἐξέτασιν· καίγε ἴδιον τοῦτο τῆς ὀγδόης, τὸ μηκέτι καιρὸν εἰς παρασκευὴν ἀγαθῶν, ἢ κακῶν D διδόναι τοῖς ἐν αὐτῇ γινομένοις. Ἀλλ' ὧν ἄν τις ἑαυτῷ καταβάληται διὰ τῶν ἔργων τὰ σπέρματα, τούτων ἀντιπαρέχειν τὰ δράγματα· οὗ χάριν ἐνταῦθα ἐνεργεῖν νομοθετεῖ τὴν μετάνοιαν, ὡς ἐν τῷ ᾅδῃ τῆς τοιαύτης σπουδῆς ἀπρακτούσης. Φησὶ γάρ· Ἐπειδὴ μακρός μοι γέγονεν ὁ τῆς μετανοίας καιρὸς, δέδοικα μὴ φθάσῃ τὸν παρὰ σοῦ ἔλεον ὁ θάνατος, ἐν ᾧ τὰ τῆς ἐξομολογήσεως οὐκ ἔστι· τούτου

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[20] cod. 1 ἀσθενήσοι. cod. 2 ἀσθενεῖ. [21] cod. 1 στασιάζοι. cod. 2 στασιάζει. [22] Ἐῤῥωμένου — χώραν. Des. apud Cord. p. 108. [23] Σῆς. Abest a cod. 1. [24] Τὸ — τὴν βοήθειαν. Des. apud Cord. p. 108. [25] Ἁρμοδίως — ἀπ' ἐμοῦ. Mutato ordine verborum hæc leguntur apud Cord. l. c. [26] Τὴν σήν. Abest a cod. 2. [27] Ἐπιγράφω. cod. uterque et Cord. ἐπαγγέλλω. [28] Ἐκ — ὁρᾷν. Des. apud Cord. l. c. [29] Διὰ — ἐχούσης. Hæc fere eadem sunt cum iis quæ Cord. exhibet l. c.

A χάριν ἐπιταχῦναι τὸν ἔλεον αἰτῶ· εἶτα παιδεύει τὸν ἀκροατὴν, ὅτι μετὰ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας δεῖ καὶ τὰ ἡμέτερα ἕπεσθαι. Ἄν τε γὰρ τὴν ἀσθένειαν προβαλώμεθα, ἄν τε τὴν ταραχὴν, ἄν τε τοῦ Θεοῦ τὴν ἀγαθότητα, τὰ δὲ παρ' ἡμῶν μὴ προστεθῇ, οὐδὲν ὄφελος ἡμῖν [30].

ζ'. « Ἐκοπίασα ἐν τῷ στεναγμῷ μου, λούσω καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου, ἐν δάκρυσί μου τὴν στρωμνήν μου βρέξω. » Οἶδα μὲν μεγάλα καὶ χαλεπὰ πλημμελήσας, ἀλλ' ὅμως δακρύων [31] διηνεκῶς διατελῶ, καὶ [32] τὰ ὑπ' ἐμοῦ τετολμημένα θρηνῶν. Καὶ μέντοι καὶ τὴν μιανθεῖσαν ὑπὸ τῆς παρανομίας κλίνην ἀεὶ δάκρυσιν ἀπολούσω [33], ἐκκαθῆραι [34] ταύτην διὰ τούτων πειρώμενος· κἂν τύχω δὲ τῆς ἀφέσεως, οὐ παύσομαι τοῦτο ποιῶν. Τοῦτο [35] γὰρ σημαίνει, B « Λούσω καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου, καὶ βρέξω [36]. »

η'. « Ἐταράχθη ἀπὸ θυμοῦ [37] ὁ ὀφθαλμός μου. » Αὐτό μου τὸ ὀπτικὸν τῆς διανοίας τετάρακται διὰ τὴν σὴν ἀγανάκτησιν, Δέσποτα. *Ὀφθαλμὸν* γὰρ ἐνταῦθα τὸν νοῦν προσηγόρευσε, διὸ καὶ ἑνὸς ἐμνημόνευσεν [38]. « Ἐπαλαιώθην ἐν πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς μου. » Πάντων μοι, φησὶ, χαλεπώτερα τῶν ἐχθρῶν [39] τὰ ὀνείδη· ταῦτα γάρ με δαπανᾷ, καὶ κατατήκει, καὶ γῆρας ἄωρον ἐπιφέρει.

θ', ι'. « Ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, ὅτι εἰσήκουσε Κύριος τῆς φωνῆς τῆς [40] τοῦ κλαυθμοῦ μου· ἤκουσε Κύριος τῆς δεήσεώς μου. Κύριος τὴν προσευχήν μου προσεδέξατο. » Μηκέτι, φησὶν, ἐπιτωθαζέτωσάν μοι [41] οἱ τὰς οἰκείας C μὲν [42] οὐχ ὁρῶντες παρανομίας, τὰ δ' ἐμὰ πλημμελήματα κωμῳδοῦντες. Τῆς θείας γὰρ ἔτυχον εὐμενείας, καὶ πέπεικα [43] δι' ὧν ἠντιβόλησα παριδεῖν μὲν τὰ πλημμελήματα, μεταδοῦναι δὲ συγγνώμης.

ια'. « Αἰσχυνθείησαν, καὶ ταραχθείησαν πάντες οἱ ἐχθροί μου· ἀποστραφείησαν εἰς τὰ ὀπίσω [44], καὶ καταισχυνθείησαν [45] σφόδρα διὰ τάχους. » Ταῦτα τοίνυν εἰδότες, παύσασθε μὲν ἐμοὶ ὀνείδη [46] προσφέροντες, τὰς δὲ οἰκείας εἰς νοῦν λαβόντες [47] παρανομίας, αἰσχύνης καὶ θορύβου καὶ ταραχῆς ἀναπλήσθητε. Δίκαιον γὰρ καὶ φόβου μεστὸν τὸ θεῖον κριτήριον.

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ Ζ' ΨΑΛΜΟΥ.

α'. « Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, ὃν ᾖσε τῷ Κυρίῳ ὑπὲρ D τῶν λόγων Χουσὶ υἱοῦ Ἰεμενεί. » Ἀποδιδράσκων ὁ μακάριος Δαβὶδ τὸν ἀλάστορα καὶ πατραλοίαν υἱόν [48], εὗρε βοηθὸν τὸν Χουσὶ, ὃς πέπεικε [49] τὸν Ἀβεσσαλὼμ μὴ κατὰ τὴν εἰσήγησιν τοῦ Ἀχιτόφελ [50] παραυτίκα διῶξαι τὸν πατέρα, ἀλλὰ τὸν λαὸν ἅπαντα

late sequi. Sive enim infirmitatem obtendimus, sive perturbationem, sive Dei bonitatem: ea vero quæ in nostra potestate sunt, non accesserint, nihil nobis prodest.

Vers. 7. « Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo. » Non me latet, magna et gravia me commisisse peccata: verumtamen continenter lacrymor, et ea quæ a me audacter commissa sunt deploro. Quin etiam cubile meum iniquitate contaminatum semper lacrymis abluam, per has illud purgare studens: et donec remissionem consequar, hoc facere non desinam. Id enim significat: « Lavabo per singulas noctes lectum meum, et rigabo. »

Vers. 8. « Turbatus est a furore oculus meus. » Ipse oculus mentis meæ turbatus est ob tuam indignationem, Domine. *Oculum* namque hic mentem appellavit, ideoque unius tantum oculi mentionem fecit. « Inveteravi inter omnes inimicos meos. » Omnibus malis graviora mihi sunt inimicorum opprobria: hæc enim me consumunt, et tabefaciunt, et præmaturam senectutem adducunt.

Vers. 9, 10. « Discedite a me, omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudivit Dominus vocem deprecationis meæ. Dominus orationem meam suscepit. » * Non amplius, inquit, subsannent me, qui proprias iniquitates non 644 vident, sed peccata irrident. Etenim divino favore potitus sum, et persuasum mihi est per ea, quæ precatus sum, fore ut non respiciat ad delicta mea, meque veniæ participem faciat.

Vers. 11. « Erubescant, et conturbentur omnes inimici mei: convertantur, et erubescant celerrime. » Cum igitur hæc sciatis, desinite inferre mihi opprobria: vestrasque iniquitates in memoriam revocantes, pudore, tumultu, et perturbatione impleamini. Justum est enim, et terroris plenum divinum judicium.

INTERP. PSALMI VII.

Vers. 1. « Psalmus Davidi, quem cecinit Domino pro verbis Chusi filii Jemini. » Fugiens beatus David nefarium et parricidam filium, adjutorem invenit Chusi, qui Absalomo persuasit ne secundum Achitophelis consilium statim patrem insequeretur, sed ut cogeret prius omnem populum, et deinde contra

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[30] Garner. Auct. p. 8, e cod. Vatic. hæc supplevit. [31] *Δακρύων*. Abest a cod. 2. [32] *Καί*. Des. ibid. [33] cod. 1, 2 ἀπολούω. [34] cod. uterque ἐκκαθάραι. [35] *Τοῦτο — βρέξω*. Des. apud Cord. p. 108. [36] *Καὶ βρέξω*. Des. in cod. 2. [37] *Ἀπὸ θυμοῦ*. cod. 1 ἐν θυμῷ. [38] *Ὀφθαλμὸν ἐμνημόνευσεν* Des. apud Cord. p. 109. [39] *Τῶν ἐχθρῶν*. Des. in cod. 2. [40] *Τῆς*. Abest ab utroque cod. [41] cod. 1 ἐπιτωθάζετέ με. [42] *Μέν*. Abest a cod. 2. [43] *Πέπεικα*. cod. 2 πέποιθα. [44] *Εἰς τὰ ὀπίσω*. Des. in cod. 1. [45] *Καταισχ*. cod. 2 καταχθείησαν. [46] *Ὀνείδη*. cod. uterque præm. τά. [47] *Λαβόντες*. cod. 2 præm. οὐ. [48] *Υἱόν*. Abest a cod. 1, in cod. 2 sequitur αὐτοῦ, τὸν Ἀβεσαλώμ. [49] *Εὗρε — πέπεικε*. cod. 1 τὸν Χουσὶ πέπομφεν ὥστε διασκεδάσαι τοῦ Ἀχιτόφελ τὰς συμβουλάς. Καὶ δὴ τοῦτο δέδρακεν ὁ Χουσὶ, καὶ πέπεικε. Ita fere legit Cord. p. 123; sed cod. 2 habet πέπομφε τὸν Χουσὶ, ὡς διασκεδάσαι — πέπεικε. [50] *Τοῦ Ἀχιτ*. cod. 1 τὴν ἐκείνου. A cod. 2 abest. τήν.

genitorem bellum moveret. Mœrore igitur affectus, et admodum conturbatus Achitophel, eo quod consilium Chusi præstantius visum fuit, factus sui ipsius homicida, suspendio vitam finiit. Divinus autem David, cum ex invasionis dilatione occasionem fugiendi arripuisset, salutis compos fuit. Hunc igitur psalmum, veluti quemdam hymnum deprecationemque, Deo salvatori offert. Doctrinam autem etiam addit, **645** eos adhortans, qui a quibusdam injuria sunt affecti, ut spem in Deo collocent, et illinc opem exspectent : eos autem qui injuriam inferunt, facta judicii divini mentione deterrens.

VERS. 2, 3. « Domine Deus mi, in te speravi, libera me ab omnibus persequentibus me, et eripe me. Ne rapiat ut leo animam meam, dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat. » Nullo, inquit, humano auxilio fretus, sed tuam solam spem in me ipso circumferens, precor ut tua fruar providentia. Timeo enim ne more agrestis feræ, ii qui bello me * persequuntur irrumpant, meque tua custodia destitutum invenientes, penitus perdant.

VERS. 4. « Domine Deus mi, si feci istud. » Deinde manifestius docet quod dicit : « Si est iniquitas in manibus meis. » Et demonstrans, quam speciem injustitiæ hic dicat, illico subjungit.

VERS. 5, 6. « Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus animam meam, et comprehendat, et conculcet in terra vitam meam, et gloriam meam in pulverem deducat. » Multæ sunt partes virtutis. Non solum enim temperantia et prudentia, verum etiam fortitudo et justitia. Hic igitur non eximiam virtutem sibi ascribit, sed quod, cum hosce suos hostes minime offenderit, injustum propter ipsos sustineat exsilium. Non solum enim, inquit, prior injuriam non intuli, sed neque illos, qui mihi nocuerunt, unquam ulcisci volui. Nam cum sæpius Saulem captivum haberem, justi odii pœnas non exegi. **646** Quapropter te, Domine, obsecro, qui omnia scis, ut juste me judices, et si quid tale unquam commiserim, me tua cura prives (hoc enim dicit : « Decidam ab inimicis meis inanis »), me autem inimicis meis subjicias, sic ut non solum gloria et regno a te mihi dato me privent, sed ridiculæ morti me tradant. Nam id significavit dicens : « Gloriam meam in pulverem deducat. »

VERS. 7. « Exsurge, Domine, in ira tua, et exaltare in finibus inimicorum meorum. » Symmachus

A συναγεῖραι, καὶ τηνικαῦτα κατὰ τοῦ γεγεννηκότος στρατεῦσαι. Ἀχθεσθεὶς τοίνυν καὶ λίαν ἀδημονήσας ὁ Ἀχιτόφελ, ὡς αἱρετωτέρας ὀφθείσης τῆς τοῦ Χουσὶ συμβουλῆς, αὐτόχειρ αὐτὸς[51] γενόμενος, τὴν δι' ἀγχόνης ἐδέξατο τελευτήν. Ὁ δέ γε θεῖος Δαβὶδ τῆς ἐφόδου τὴν ἀναβολὴν καιρὸν εἰς φυγὴν λαβὼν, τῆς σωτηρίας ἔτυχε· τοῦτον τοιγαροῦν τὸν ψαλμὸν, οἷόν τινα ὕμνον καὶ προσευχὴν, τῷ σωτῆρι προσφέρει Θεῷ· προστίθησι δὲ καὶ διδασκαλίαν, τοὺς μὲν ὑπό τινων ἀδικουμένους εἰς τὸν Θεὸν ἔχειν τὰς ἐλπίδας προτρέπων, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἀναμένειν ῥοπὴν, τοὺς δὲ ἀδικοῦντας δεδιττόμενος τῆς[52] τοῦ Θεοῦ δικαίας κρίσεως μνήμῃ.

β', γ'. « Κύριε, ὁ Θεός μου, ἐπὶ σοὶ ἤλπισα, σῶσόν με ἐκ πάντων τῶν διωκόντων με, καὶ ῥῦσαί B με. Μήποτε ἁρπάσῃ ὡς λέων τὴν ψυχήν μου, μὴ ὄντος λυτρουμένου, μηδὲ σώζοντος. » Οὐδεμιᾷ[53], φησὶν, ἀνθρωπίνῃ βοηθείᾳ θαῤῥῶν[54], τὴν δὲ σὴν ἐλπίδα μόνην ἐν[55] ἐμαυτῷ περιφέρων, ἱκετεύω[56] τῆς σῆς προμηθείας τυχεῖν. Δέδια[57] γὰρ μὴ δίκην ἀγρίου θηρὸς ἐπελθόντες οἱ πολεμοῦντες[58], καὶ ἔρημόν με τῆς σῆς προνοίας εὑρόντες, παντελῶς διαφθείρωσιν.

δ'. « Κύριε ὁ Θεός μου, εἰ ἐποίησα τοῦτο. » Εἶτα διδάσκει σαφέστερον ὃ λέγει· « Εἰ ἔστιν ἀδικία ἐν χερσί μου. » Καὶ δεικνὺς ποῖον εἶδος ἀδικίας ἐνταῦθά[59] φησιν, εὐθὺς ἐπάγει·

ε', ς'. « Εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι κακὰ, ἀποπέσοιμι ἄρα ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν μου κενός. C Καταδιώξαι ἄρα ὁ ἐχθρὸς τὴν ψυχήν μου, καὶ καταλάβοι, καὶ καταπατήσαι εἰς γῆν τὴν ζωήν μου, καὶ τὴν δόξαν μου εἰς χοῦν κατασκηνώσαι. » Τῆς ἀρετῆς πολλὰ μόρια. Οὐ γὰρ μόνον σωφροσύνη καὶ φρόνησις, ἀλλὰ καὶ ἀνδρεία καὶ δικαιοσύνη. Ἐνταῦθα τοίνυν οὐ τὴν ἄκραν ἀρετὴν ἑαυτῷ μαρτυρεῖ· ἀλλ' ὅτι τούτους ἥκιστα τοὺς πολεμίους ἠδικηκὼς, τὴν ἄδικον δι' αὐτοὺς ὑπομένει φυγήν. Οὐ μόνον γὰρ, φησὶν, ἀδικίας οὐκ ἦρξα, ἀλλ' οὐδὲ τοὺς ἠδικηκότας ἠνεσχόμην ἀμύνασθαι πώποτε. Πολλάκις γὰρ τὸν Σαοὺλ ὑποχείριον λαβὼν, τῆς ἀδίκου δυσμενείας δίκας οὐκ εἰσεπραξάμην[60]. Οὗ δὴ χάριν σε, Δέσποτα, παρακαλῶ, τὸν πάντα σαφῶς ἐπιστάμενον, δικάσαι μοι δικαίως· καὶ εἴ τι τοιοῦτο δέδρακα πώποτε, τῆς μὲν σῆς κηδεμονίας γυμνῶσαι· τοῦτο γὰρ λέγει, « Ἀποπέσοιμι D ἄρα ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν μου κενός· » ὑποχείριον δὲ τοῖς δυσμενέσιν ἐκδοῦναι· ὡς ἂν μὴ μόνον τῆς παρὰ σοῦ με δόξης καὶ βασιλείας γυμνώσαιεν, ἀλλὰ καὶ καταγελάστῳ παραδοῖεν θανάτῳ. Τοῦτο γὰρ ἐσήμανεν εἰρηκὼς, « Τὴν δόξαν μου εἰς χοῦν κατασκηνώσαι. »

ζ'. « Ἀνάστηθι, Κύριε, ἐν ὀργῇ σου· ὑψώθητι ἐν τοῖς πέρασι[61] τῶν ἐχθρῶν μου[62]. » Ὁ μὲν οὖν[63] Σύμ-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ

[51] *Αὐτός*. cod. uterque αὐτοῦ. [52] *Τῆς*. cod. uterque præm. τῇ. [53] cod. noster uterque habet οὐδὲ μιᾷ. Ita quoque leg. in cod. Florent. supra commemorato. [54] cod. Flor. θαῤῥῶ. [55] *Ἐν*. Abest a cod. 2. [56] *Περιφέρων*, *ἱκετεύω*. cod. Flor. παραφέρω, ἱκετεύων. [57] cod. Flor. δέδοικα. [58] *Οἱ πολεμοῦντες*. Des. in cod. Flor. [59] *Ἐνταῦθα*. Abest a cod. 2. [60] *Εἰσεπρ.* codex uterque et Cord. p. 124, ἐπραξάμην. [61] *Ἐν τοῖς πέρασι*. Propius ad Hebr. veritatem h. l. accesserunt Symm. et Theodotio, cujus versiones deinde a Nostro recensentur. [62] *Μου*. cod. 2 habet σου, et sic quoque leg. in edit. Ald. et Compl. [63] *Οὖν*. Abest ab utroque cod.

μαχος, ἐν χόλῳ, ὁ δὲ Θεοδοτίων, ἐν θυμῷ, ὁ δέ γε Ἀκύλας, ἐν ἀνυπερθεσίᾳ ἡρμήνευσε. Παρακαλεῖ τοίνυν τὸν δίκαιον κριτὴν μηκέτι μακροθυμίᾳ, ἀλλὰ δικαίᾳ χρησάμενον ψήφῳ, τὴν τιμωρίαν ἐπιθεῖναι τοῖς ἀδικοῦσι. Τὸ γὰρ, *ἀνάστηθι*, ἀντὶ τοῦ, μηκέτι μακροθυμήσῃς, τέθεικε· τοιοῦτόν ἐστι τὸ, «Ἐξεγέρθητι, ἵνα τί ὑπνοῖς, Κύριε,» καὶ γὰρ ἐκεῖ ὕπνον τὴν μακροθυμίαν ἐκάλεσε. Καὶ, «Ἀνάστα, Κύριε, βοήθησον ἡμῖν.» Ὁ καιρὸς γὰρ οὐ [64] φιλανθρωπίας, ἀλλὰ δικαίας ὀργῆς. Ἐπίθες τοίνυν τοῖς ἐχθροῖς μου τὸ πέρας, τὴν ἄδικον αὐτῶν ἔφοδον καταπαύσας.

η'. «Καὶ ἐξεγέρθητι, Κύριε ὁ Θεός μου, ἐν προστάγματι ᾧ ἐνετείλω.» Σὺ γὰρ ἐνομοθέτησας τοῖς ἀδικουμένοις ἀμύνειν. Ὃ τοίνυν τοῖς ἄλλοις ἐνετείλω ποιεῖν, δρᾶσον, ὦ Δέσποτα, καὶ τῆς σῆς μοι μετάδος ῥοπῆς. «Καὶ συναγωγὴ λαῶν κυκλώσει σε. Καὶ ὑπὲρ ταύτης εἰς ὕψος ἐπίστρεψον.» Ταύτης γάρ σου τῆς προνοίας δειχθείσης, ἅπαντές σοι τοὺς ὕμνους προσοίσουσι, καὶ Θεὸν ὕψιστον ἀποκαλέσουσιν [65], ἅ τε δὴ πάντα ἐφορῶντα, καὶ τὴν ἀξίαν δίκην τοῖς ἀδικοῦσιν ἐπιτιθέντα. Τὸ γὰρ, «εἰς ὕψος ἐπίστρεψον,» ἀντὶ τοῦ, ὕψιστος ὢν φύσει, παρὰ δὲ τοῖς πολλοῖς ἀγνοούμενος, δείχθητι ὅπερ ὑπάρχεις διὰ τῆς περὶ τοὺς ἀδικουμένους κηδεμονίας. Εἶτα προφητικῶς·

θ'. «Κύριος κρινεῖ λαούς.» Οὐ γὰρ μόνον τὴν ἐμὴν δίκην δικάσει, ἀλλὰ καὶ πάσῃ τῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει. «Κρῖνόν με [66], Κύριε, κατὰ τὴν δικαιοσύνην μου, καὶ κατὰ τὴν ἀκακίαν μου ἐπ' ἐμοί.» Οὐ δικαιοσύνην ἑαυτῷ διὰ τούτων τῶν λόγων μεμαρτύρηκεν ὁ θεῖος [67] Δαβίδ· τἀναντία γὰρ αὐτοῦ βοῶντος ἀκούομεν, «Ὅτι τὴν ἀνομίαν μου ἐγὼ γινώσκω, καὶ ἡ ἁμαρτία μου ἐνώπιόν μού ἐστι διὰ παντός·» καί· «Εἶπα, Ἐξαγορεύσω κατ' ἐμοῦ τὴν ἀνομίαν μου τῷ Κυρίῳ [68]·» ἀλλὰ δικαιοσύνην τὴν ἐν τῷ προκειμένῳ πράγματι λέγει· Οὔτε γὰρ, φησὶ [69], τὸν Ἀβεσσαλὼμ ἠδίκηκά τι, οὔτε τὸν Ἀχιτόφελ, οὔτε τοὺς μετὰ τούτων κατ' ἐμοῦ στρατεύοντας. Κατὰ ταύτην τοίνυν τὴν δικαιοσύνην, καὶ τὴν ἀκακίαν [70], κριθῆναι παρακαλῶ, καὶ μὴ κατὰ τὰς ἤδη παρ' ἐμοῦ γεγενημένας πλημμελείας. Αὐτὴν [71] κατ' αὐτὴν κριθῆναι τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν ἱκετεύω, καὶ μὴ ἑτέρων νῦν [72] δοῦναι δίκας ἁμαρτημάτων.

ι'. «Συντελεσθήτω δὴ πονηρία ἁμαρτωλῶν, καὶ κατευθυνεῖς δίκαιον.» Ἀντὶ τοῦ, *συντελεσθήτω*, *ἀπαρτισθήτω* ὁ Σύμμαχος τέθεικεν. Εἰ ματαία, φησὶ, δειχθείη τῶν κακίᾳ συζώντων ἡ πονηρία, σπουδαιότερον οἱ τῆς ἀρετῆς τρόφιμοι τὴν προκειμένην αὐτῆς [73] πορείαν ποιήσονται.

«Ἐτάζων καρδίας καὶ νεφροὺς ὁ Θεός.» [ια'.]

A quidem *in bile*, Theodotion *in furore*, Aquila vero *in celeritate* interpretati sunt. Obsecrat igitur justum judicem, ne amplius longanimitate, sed justa sententia utens, iis qui injuriam inferunt pœnam irroget. *Exsurge* enim, pro Ne amplius sis longanimis, posuit. Tale est illud etiam: «Exsurge, quare obdormis, Domine [j]?» Nam ibi somnum longanimitatem appellavit. Et: «Exsurge, Domine, adjuva nos [k].» Tempus enim non benignitatis est, sed justæ iræ. Impone igitur inimicis meis finem, injustum eorum impetum compescens:

VERS. 8. «Et exsurge, Domine Deus mi, in præcepto quod mandasti.» Tu enim jussisti ut eos tueamur qui injuria afficiuntur. Quod igitur aliis B fieri præcepisti, fac nunc, o Domine, tuamque opem mihi impertias. «Et synagoga populorum circumdabit te. Et propter hanc in altum regredere.» Etenim cum hanc tuam providentiam ostenderis, omnes hymnos offerent tibi, Deumque altissimum te nuncupabunt, ut **647** omnia prospicientem, dignamque pœnam delinquentibus irrogantem. Nam «regredere in altum,» idem est quod, cum natura altissimus sis, apud multos vero incognitus, ostende quod es, per sollicitudinem, quam circa injuria affectos habes. Deinde vaticinantis more subjungit:

VERS. 9. «Dominus judicabit populos.» Non solum meam causam judicabit, verum etiam universæ hominum naturæ. C «Judica me, Domine, secundum justitiam meam, et secundum innocentiam meam super me.» Per hæc verba divinus David non suam ostentat justitiam: contraria enim ipsum dicentem audimus: «Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, et peccatum meum contra me est semper [l].» Et: «Dixi, confitebor adversus me iniquitatem meam Domino [m].» Verum justitiam dicit, quæ in re præsenti elucet. Non enim, inquit, Absalomum offendi, nec Achitophelem, nec illos, qui una cum ipsis bellum gerunt contra me. Secundum hanc ergo justitiam atque innocentiam, ut me judices precor, et non secundum peccata, quæ a me antea commissa fuerunt: sed ipsam per se rem præsentem ut judices oro, neque aliorum D flagitiorum a me nunc pœnam exigas.

VERS. 10. «Consummetur nequitia peccatorum, et diriges justum.» Pro *consummetur*, Symmachus posuit *perficiatur*. Si irrita fuerit reddita, inquit, nequitia eorum, qui malitia assuevere, virtutis alumni studiosius ejus propositum iter facient.

VERS. 11. «Scrutans corda et renes Deus.»

[j] Psal. XLIII, 23. [k] Psal. III, 7. [l] Psal. L, 3. [m] Psal. XXXI, 5.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[64] *Ὁ — οὐ*. cod. uterque, οὐ καιρὸς γάρ. Ita quoque cod. Flor. et Cord. l. c. [65] *Ἀποκαλέσουσιν*. cod. 2 ἐπικαλέσουσιν. [66] *Με*. cod. 2 μοι, ut habet cod. Alex. [67] *Θεῖος*. Abest a cod. 2. [68] *Τἀναντία — τῷ Κυρίῳ*. Des. apud Cord. p. 125. [69] *Φησί*. Abest a cod. 2. [70] *Ἀκακίαν*. cod. 1 κακίαν. [71] *Αὐτὴν — ἁμαρτ*. Des. apud Cord. l. c. [72] *Νῦν*. Abest a cod. 2. [73] *Αὐτῆς*. Præstat lectio utriusque cod. αὐτοῖς. Ita quoque apud Cord. p. 126.

Justum **648** adjutorium meum a Domino, qui A salvos facit rectos corde. » *Renes* hic cogitationes appellat. Quoniam enim in partibus abdomini subjectis appetitus excitant renes, et hinc deinceps concupiscentiæ cogitationes moventur, renes * tropice cogitationes nuncupavit. Qui igitur occultas humanæ mentis cogitationes novit, justam mihi opem afferet, tanquam solitus hoc facere. Injuria enim affectis semper est vindex. Hinc posthac et iniquos exterret, justam vindictam ostendens, Achitophelisque interitum prædicit.

β'. « Εἰσάκουσόν, Κύριε[27], τῆς φωνῆς τῆς δεήσεώς B μου, ἐν τῷ δέεσθαί[28] πρὸς σὲ, ἐν τῷ αἴρειν με χεῖράς μου πρὸς ναὸν ἅγιόν σου. » Οὐδέπω μὲν ὁ ναὸς ᾠκοδόμητο· τὴν δὲ σκηνὴν ὀνομάζει ναὸν, ἐν ᾗ προσηύχετο, πόῤῥω μὲν ὢν κατὰ τὸ σῶμα, τὸν δὲ νοῦν ἐκεῖ παραπέμπων. Οὕτω[29] καὶ ὁ μακάριος[30] Δανιὴλ ἐν Βαβυλῶνι προσευχόμενος, πρὸς[31] τὴν Ἱερουσαλὴμ τετραμμένας ἀνεῴγνυ φωταγωγοὺς, οὐκ ἐκεῖ περιγεγράφθαι τὸ Θεῖον ὑποπτεύων, ἀλλ' ἐκεῖ τὴν θείαν ἐπιφάνειαν γεγενῆσθαι μεμαθηκώς.

Vers. 2. « Exaudi, Domine, vocem deprecationis meæ, dum oro ad te, dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum. » Nondum quidem templum ædificatum erat, sed tabernaculum nominat templum, in quo precabatur, procul quidem constitutus quod ad corpus pertinet, verum mentem illuc intendebat. Sic etiam beatus Daniel [g], cum precaretur Babylone, fenestras ad Hierosolymam expositas aperiebat, non quod ibi Deum circumscriptum esse arbitraretur, sed quod ibi Deum apparuisse didicisset.

γ'. « Μὴ συνελκύσῃς με[32] μετὰ ἁμαρτωλῶν, καὶ μετὰ ἐργαζομένων τὴν[33] ἀδικίαν μὴ συναπολέσῃς με, τῶν λαλούντων εἰρήνην μετὰ τῶν πλησίον αὐτῶν· κακὰ δὲ ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν. » Μηδεμίαν ἔχειν κοινωνίαν μετὰ τῶν διπλόῃ κεχρημένων ὁ μακάριος[34] ἱκετεύει Δαβίδ. Βδελυροὺς γὰρ εἶναί φησι C τοὺς ἕτερα μὲν φθεγγομένους, ἕτερα δὲ βουλευομένους[35]. Οὗ δὴ χάριν καὶ πρόσφορα τοῖς ἐπιτηδεύμασι βούλεται αὐτοὺς τρυγῆσαι τὰ ἐπίχειρα. Φησὶ γάρ[36]·

Vers. 3. « Ne simul trahas me cum peccatoribus, et cum operantibus iniquitatem ne perdas me: qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. » Beatus quidem David precatur, ut nihil commune habeat cum iis qui fraudibus utuntur. Exsecrabiles enim ait esse eos, qui alia loquuntur, alia vero cogitant. Quapropter vult ut ipsi præmia suis studiis consentanea recipiant. Ait enim:

δ'. Δός[37] αὐτοῖς[38], Κύριε[39], κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν, καὶ κατὰ τὴν πονηρίαν τῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτῶν. Καὶ τὰ[40] ἔργα τῶν χειρῶν αὐτῶν δὸς αὐτοῖς· ἀπόδος τὸ ἀνταπόδομα αὐτῶν αὐτοῖς. » Μηδεὶς δὲ τὸν δίκαιον ἐπαρᾶσθαι τοῖς ἐχθροῖς νομιζέτω· οὐ γάρ ἐστιν ἀρᾶς τὰ εἰρημένα, ἀλλὰ ψήφου δικαίας. « Ἀπόδος γὰρ, φησὶ, τὸ ἀνταπόδομα αὐτῶν αὐτοῖς· » ταῖς οἰκείαις, φησὶν[41], ἐπιβουλαῖς περιπέσοιεν, αἷς κατ' D ἀλλήλων[42] καττύουσι[43]· τοῦτο[44] καὶ ἐν τῷ ἑβδόμῳ ψαλμῷ, « Ἐπιστρέψει ὁ πόνος αὐτοῦ εἰς κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ κορυφὴν αὐτοῦ ἡ ἀδικία αὐτοῦ καταβήσεται. » Εἶτα τὴν αἰτίαν τῆς τιμωρίας διδάσκει[45].

Vers. 4. « Da illis, Domine, secundum opera eorum, et secundum pravitatem eorum quibus student: secundum opera manuum eorum tribue illis, redde retributionem eorum ipsis. » Nemo autem existimet virum justum suis inimicis **776** dira imprecari. Non enim ad imprecationem spectant quæ dicta sunt, sed ad justam sententiam. « Redde enim, ait, retributionem eorum ipsis. » In suas proprias, inquit, insidias incidant, quas contra se invicem struunt. Hoc etiam in septimo psalmo dixit: « Convertetur dolor ejus in caput ejus, et in verticem ipsius iniquitas ejus descendet [h]. » Deinde causam supplicii docet.

[g] Dan. VI, 10. [h] Psal. VII, 16.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[20] *Ἦν*. Abest a cod. 1, 2. [21] cod. 2 Ζηφαῖοι. [22] cod. 1, 2 μὲν δή. [23] *Μακαρίῳ*. cod. 2 θείῳ. [24] cod. 2 βουλευόμενον. [25] *Μέ*. In cod. 1, 2 ponitur post τῆς σῆς. [26] cod. 2 τοῦτο. [27] *Κύριε*. Additur h. l. in edd. Ald. et Compl. [28] *Δέεσθαι*. In vers. τῶν Ο' sequitur μέ. [29] *Οὕτω*, κ. λ. Des. apud Cord. p. 476. [30] *Μακάριος*. cod. 2 θεῖος. [31] *Πρός*. cod. 1, 2 præm. τάς. [32] *Μέ*. Abest a cod. 2. [33] *Τήν*. Abest a cod. 1, 2. [34] *Μακάριος*. cod. 2 θεῖος. [35] cod. 2 βουλομένους. [36] *Φησὶ γάρ*. Des. in cod. 1 2. [37] *Δός*. cod. 1 addit γάρ. [38] *Αὐτοῖς*. cod. 1 addit φησί. [39] *Κύριε*. Additur in ed. Ald. et Compl. [40] *Καὶ τά*. cod. 2 κατὰ τὰ, quæ est rec. lectio h. l. [41] *Φησίν*. Des. in cod. 1. [42] *Ἀλλήλων*. cod. 1 ἄλλων. [43] *Καττύουσι*. cod. 2 μαρτυροῦσι. [44] *Τοῦτο — καταβήσεται*. Des. apud Cord. p. 477. [45] Huc pertinent quæ in cod. Flor. leguntur, de quibus tamen, quia ἄλλως δὲ præcedit, dubitandum est, num ad Nostrum pertineant.

VERS. 5. « Quoniam non intellexerunt opera Domini, et opera manuum ipsius. » Hæc autem, inquit, fecerunt, cum neque sermonem, neque opus divinum discere voluerint. « Propterea jam destrues illos, et non ædificabis eos. » Utilis enim est malis architectis pravi ædificii eversio. Et hinc quoque manifestum est eum ista quæ paulo ante dicta sunt, prophetæ more dixisse, non ipsis imprecantem, sed futura prædicentem. Non enim ait *destrue*, sed, *destrues et non ædificabis*. Postea rursus divina revelatione potitus, et a longinquo futurum auxilium conspicatus, ad hymnorum cantilenam linguam admovit.

VERS. 6, 7. « Benedictus Dominus, quoniam exaudivit vocem deprecationis meæ. Dominus adjutor meus est, et protector meus. » Et ostendens causam repentini auxilii subjunxit : **777** « In ipso speravit cor meum, et adjutus sum, et refloruit caro mea. » Spes enim, quam in ipso collocavi, fuit mihi hujus providentiæ conciliatrix. Quamobrem liberatus ab ærumna, quam propter fugam perpessus sum, revirui, et florui, atque bonam corporis habitudinem ex lætitia recepi. « Et ex voluntate mea confitebor ei. » Hoc est, non invitus, sed mea sponte ipsi offero hymnum. Sic et alibi ait : « Voluntarie sacrificabo tibi [i]; » et rursus : « Voluntaria oris mei tibi, quæso, placeant, Domine [j]. »

VERS. 8. « Dominus est fortitudo populi sui, et protector salvationum Christi sui est. » Canto autem ipsum, ut bonum Dominum, qui suppeditat et regi, et populo, copiose fortitudinem, et robur, et salutem. Christum enim seipsum ut regem nuncupat : hoc namque nomen commune erat, et regum, et prophetarum, et sacerdotum.

VERS. 9. « Salvum fac populum tuum, Domine, et benedic hæreditati tuæ, et pasce eos, et extolle illos usque in æternum. » Hanc igitur, inquit, benedictionem et salutem cum tuo populo communica, dirigens, et pascens, et superiores * hostibus efficiens. Et certe regi convenientes sunt preces pro populo. Sed dignum quoque est admiratione, quod magnus David facit, qui, cum eum etiam populus persequeretur (subditi enim cum Saule ipsum oppugnabant), pro illo apud Deum precabatur. Siquidem prævidebat futuram eorum conversionem : neque respexit ad injustitiam illorum, sed tantum ad futuram servitutem.

[i] Psal. LIII, 6. [j] Psal. CXVIII, 108.

A ε'. « Ὅτι οὐ συνῆκαν εἰς τὰ ἔργα Κυρίου, καὶ εἰς τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ. » Ταῦτα δὲ, φησὶ, δεδράκασιν, οὔτε λόγον, οὔτε ἔργον θεῖον μαθεῖν ἐθελήσαντες. « Διὸ δὴ [46] καθελεῖς αὐτοὺς, καὶ οὐ μὴ οἰκοδομήσεις [47] αὐτούς. » Λυσιτελὴς γὰρ τοῖς κακοῖς οἰκοδόμοις ἡ τῆς πονηρᾶς οἰκοδομίας κατάλυσις· καὶ ἐντεῦθεν μέντοι δῆλον, ὡς καὶ τὰ προειρημένα προαγορευτικῶς εἶπεν, οὐκ αὐτοῖς [48] ἐπαρώμενος, ἀλλὰ τὰ ἐσόμενα προθεσπίζων· οὐ γὰρ εἶπε *κάθελε*, ἀλλὰ, *καθελεῖς, καὶ οὐ μὴ οἰκοδομήσεις* [49]. Εἶτα πάλιν τῆς θείας ἀποκαλύψεως ἀπολαύσας, καὶ πόῤῥωθεν τὴν ἐσομένην βοήθειαν θεωρήσας, εἰς ὑμνῳδίαν τὴν γλῶτταν ἐκίνησεν.

ς', ζ'. « Εὐλογητὸς Κύριος, ὅτι εἰσήκουσε τῆς B φωνῆς τῆς δεήσεώς μου. Κύριος βοηθός μου, καὶ ὑπερασπιστής μου. » Καὶ δεικνὺς τὴν αἰτίαν τῆς ταχείας ἐπικουρίας, ἐπήγαγεν· « Ὅτι [50] ἐπ' αὐτῷ ἤλπισεν ἡ καρδία μου, καὶ ἐβοηθήθην, καὶ ἀνέθαλεν ἡ σάρξ μου. » Ἡ γὰρ εἰς αὐτὸν ἐλπὶς πρόξενός μοι τῆς προμηθείας ταύτης ἐγένετο. Διὸ δὴ [51] τῆς διὰ τὴν φυγὴν κακουχίας ἀπαλλαγεὶς, ἀνέθηλά τε καὶ ἤνθησα, καὶ τὴν ἐκ τῆς εὐθυμίας εὐεξίαν ἀπέλαβον. « Καὶ ἐκ θελήματός μου ἐξομολογήσομαι αὐτῷ. » Ἀντὶ τοῦ, Οὐ βίαιον, ἀλλ' ἐθελούσιον αὐτῷ προσφέρω τὸν ὕμνον· οὕτω καὶ ἀλλαχοῦ φησιν, « Ἑκουσίως θύσω σοι, » καὶ πάλιν, « Τὰ ἑκούσια τοῦ στόματός μου εὐδόκησον δὴ, Κύριε. »

η'. « Κύριος κραταίωμα τοῦ λαοῦ αὐτοῦ ἐστιν [52], καὶ ὑπερασπιστὴς τῶν σωτηρίων τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ C ἐστιν. » Ὑμνῶ δὲ αὐτὸν ὡς ἀγαθὸν Δεσπότην, ἰσχὺν, καὶ ῥώμην, καὶ σωτηρίαν, καὶ βασιλεῖ, καὶ λαῷ φιλοτίμως παρέχοντα· Χριστὸν γὰρ ἑαυτὸν ὡς βασιλέα καλεῖ. Κοινὸν γὰρ τοῦτο τὸ ὄνομα καὶ βασιλέων, καὶ προφητῶν, καὶ ἱερέων ὑπῆρχε.

θ'. « Σῶσον τὸν λαόν σου, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου, καὶ ποίμανον αὐτοὺς, καὶ ἔπαρον αὐτοὺς, ἕως τοῦ αἰῶνος. » Ταύτης τοίνυν, φησὶ, τῆς εὐλογίας καὶ σωτηρίας τῷ σῷ μετάδος λαῷ ἰθύνων [53] καὶ ποιμαίνων, καὶ ὑπερτέρους ἀποφαίνων τῶν πολεμίων. Καὶ βασιλεῖ [54] δὲ πρέπουσα ἡ ὑπὲρ τοῦ λαοῦ προσευχή· ἀξιάγαστον δὲ καὶ τοῦτο τοῦ μεγάλου Δαβὶδ, ὅτι καὶ διωκόμενος ὑπὸ τοῦ λαοῦ [55]· συνεπολέμουν γὰρ τῷ Σαούλ· τὴν ὑπὲρ αὐτῶν ἱκετείαν προσέφερε τῷ Θεῷ· προεώρα γὰρ αὐτῶν τὴν [56] D ἐσομένην μεταβολὴν, καὶ οὐχ ἑώρα τὴν ἀδικίαν, ἀλλὰ τὴν ἐσομένην δουλείαν.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

Haud magnopere differunt ab iis quæ Cord. p. 480, in Comment. ad h. l. attulit. Ἔργα μὲν αὐτῶν τὰ κατὰ διάθεσιν· *ἔργα δὲ χειρῶν αὐτῶν* τὰ τῶν ἐνεργητικῶν δυνάμεων, καθ' ἃ πρόεισιν εἰς ἔργον τὰ συστάντα τῇ γνώμῃ· τῶν δὲ ἔργων Κυρίου τὰ μὲν ὁρατὰ, τὰ δὲ ἀόρατα· ἃ δὴ συνέντες ἑαυτοὺς τιμωρίαις ὑπέβαλον. Opera *quidem eorum vocat, quæ animo proposita habent*, opera *autem* manuum eorum *ea quæ virtutibus effectricibus præstantur, quibus ea quæ mente concepta sunt, efficiunt. Operum autem Dei alia sunt visibilia, alia invisibilia, quæ cum intellexerint, suppliciorum se reos fecerunt.* [46] *Διὸ δή*. Abest a vers. τῶν Ο'. [47] *Οἰκοδομήσεις*. cod. 1 addit αὐτούς. cod. 2 οἰκοδομήσῃς. [48] cod. 2 αὐτός. [49] cod. 2 οἰκοδομήσῃς. [50] *Ὅτι*. Abest a vers. τῶν Ο'. [51] *Διὸ δή*. Des. apud Cord. p. 476. [52] *Ἐστιν*. Abest a cod. 1, 2, et a vers. τῶν Ο'. [53] *Ἰθύνων*. cod. 1, 2 præm. αὐτός. [54] *Καὶ βασιλεῖ*, κ. λ. Des. apud Cord. p. 478. [55] *Ὑπὸ τοῦ λαοῦ*. Des. in cod. 2. [56] *Τήν*. Abest a cod. 2.

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΚΗ' ΨΑΛΜΟΥ.

A

α'. « Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ· ἐξόδου [57] σκηνῆς. » Οὐδὲ [58] ταύτην εὗρον ἐν τῷ Ἑξαπλῷ τὴν ἐπιγραφὴν, ἀλλ' ἔν τισιν ἀντιγράφοις· ἐντεῦθέν τινες τῶν συγγραφέων ὁρμώμενοι ᾠήθησαν τὸν μακάριον [59] Δαβὶδ τοῦτον εἰρηκέναι τὸν ψαλμὸν, ἡνίκα τὴν κιβωτὸν ἐπανήγαγεν. Οὐδεμίαν δὲ τοιαύτην διάνοιαν ἔχει τοῦ ψαλμοῦ τὰ ῥήματα· ἕτερα γὰρ ὁ ψαλμὸς προθεσπίζει. Διπλῆν δὲ [60] ὅμως ἔχει τὴν προφητείαν· τὴν μὲν ἁρμόττουσαν Ἐζεκίᾳ τῷ βασιλεῖ, τὴν [61] δὲ τῷ πάντων ἡμῶν βασιλεῖ, ὃς τῶν εἰδώλων καταλύσας τὴν πλάνην, ταῖς ἀκτῖσι τῆς θεογνωσίας [62] τὴν οἰκουμένην ἐφώτισεν· ἐγὼ δὲ τὴν μὲν εἰς τὸν Ἐζεκίαν προφητείαν συντόμως ἐρῶ, διὰ πλειόνων δὲ τὴν ἡμετέραν, ὡς μᾶλλον ἡμῖν προσήκουσαν. Ὁ B θαυμάσιος Ἐζεκίας τῶν Ἀσσυρίων περιγινόμενος [63], καὶ τῷ παραδόξῳ τῆς νίκης ἐπαγαλλόμενος, παρακελεύεται τῷ λαῷ θυσίαις ἀμείβεσθαι τὸν Θεὸν, καὶ ὕμνους αὐτῷ καὶ δοξολογίαν προσφέρειν, καὶ ἐν τῇ αὐλῇ αὐτοῦ τῇ ἁγίᾳ τὴν νενομισμένην λατρείαν ἐπιτελεῖν. Ἐπειδήπερ ὁ ναὸς ἄβατος ἦν τοῖς πολλοῖς, μόνοις [64] δὲ εἰσιτητὸς ἦν [65] τοῖς ἱερεῦσιν ἐκεῖ [66]. Εἶτα τούτων [67] τὴν αἰτίαν διδάσκει, τὴν θεήλατον πληγὴν [68] τῶν Ἀσσυρίων ἐπιδεικνὺς, φωνῆς ὁμοῦ καὶ βροντῆς μεμνημένος· καὶ τροπικῶς *πλῆθος ὑδάτων* τῶν πολεμίων ὀνομάζων τὸ πλῆθος· εἶτα πάλιν *κέδρους* αὐτοὺς ἀποκαλεῖ, τὸ ὑψηλὸν καὶ πυκνὸν ἐντεῦθεν παραδηλῶν· καὶ λέγει ταύτας μὲν συντριβῆναι, τὸν δὲ ἠγαπημένον λαὸν υἱῷ μονοκερώτων ἀπεικασθῆναι· ἅτε δὴ ἕνα προσκυνοῦντα Θεὸν, καὶ C διὰ τούτου καταλύσαντα τῶν ἐπελθόντων δυσμενῶν τὰς πολλὰς μυριάδας. Ἀλλὰ μὴν, φησὶ, καὶ δίκην φλογὸς αὐτοὺς διέκοψε καὶ διεσκέδασε, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ ἔρημον συνέσεισε φάλαγγα, καὶ τὸν δρυμὸν [69] μιμούμενον χῶρον διὰ τὴν τῶν ἐν αὐτῷ [70] στρατοπεδευσαμένων [71] πυκνότητα, τῶν ἐκεῖ καταλυσάντων ἐγύμνωσεν· ἡμᾶς δὲ τοὺς ἐλάφων δεξαμένους δειλίαν κατήρτισε, καὶ μένειν ἀντὶ τοῦ φεύγειν πεποίηκε. Τούτου δῆτα χάριν καὶ [72] συντρέχειν ἅπαντας ἐν τῷ ναῷ [73] δίκαιον, καὶ τῶν ὕμνων αὐτῷ προσφέρειν τὰς ἀντιδόσεις. Τούτων γὰρ ἡμᾶς ἐλευθερώσας, παρασκευάσει καὶ τὰ τῶν περιβόλων ἔξω, τὰ ὑπὸ τῶν πολεμίων διαφθαρέντα, καὶ οἱονεὶ κατακλυ-

778 INTERP. PSALMI XXVIII.

VERS. 1. « Psalmus Davidi : exitus tabernaculi. » Neque hunc titulum in Hexaplo inveni, sed in aliquibus exemplaribus. Hinc nonnulli scriptores adducti, arbitrati sunt beatum Davidem hunc edidisse psalmum, cum arcam reduceret. Cæterum psalmi verba nullam hujusmodi sententiam habent, quandoquidem alia psalmus prædicit. Duplicem autem continet prophetiam : alteram quidem Ezechiæ regi, alteram vero nostro omnium regi congruentem, qui quidem idolorum errore sublato, divinæ cognitionis radiis orbem illustravit. Ego autem prædictionem ad Ezechiam pertinentem paucis expediam, pluribus vero prophetiam nostram, ut quæ ad nos magis attinet. Admirabilis Ezechias, cum Assyrios debellasset, et victoriæ novitate exsultaret; jubet populum et victimis, et hymnis, et gloria Deo gratias agere, et in aula sancta ipsius solitum cultum celebrare : **779** siquidem templum erat multitudini invium, solis autem sacerdotibus aditus ibi patebat. Deinde harum rerum causam aperit, ostendens Assyriorum plagam a Deo inflictam, vociferationis simul, et tonitru mentionem faciens, vocansque figurate hostium numerum *multitudinem aquarum*. Postea rursus *cedros* ipsos nominat, nimirum altitudinem et frequentiam hinc ostendens : et asserit has quidem contritas esse, populum autem dilectum filio unicornium assimilatum esse, quippe qui unum duntaxat Deum colat, et ejus ingruentium hostium infinitas copias profligaverit. Præterea, inquit, more ignis eos discidit et dissipavit, et phalangem Deo destitutam concussit. ' ac locum illum, qui propter eorum qui in eo castra metati erant frequentiam, nemori similis erat, suis habitatoribus spoliavit : nobis autem, qui cervorum timiditatem conceperamus, animum reddidit, fecitque ut pro fuga pedem sisteremus. Quocirca par est ut omnes ad sacram ædem concurramus, atque hymnos pro remuneratione Deo offeramus. Etenim cum ab his malis nos liberarit, faciet ut ædificia, quæ extra mœnia ab hostibus vastata sunt, et veluti alluvie deleta, rursus reparemus et incolamus. Facile enim omnia nobis ex

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[57] Rec. lectio est ἐξοδίου. [58] *Οὐδὲ — ἀντιγράφοις*. Idem est scholion apud Montf. in Hexaplis ad h. l. [59] *Μακάριον*. cod. 2 θεῖον. [60] *Διπλῆν δὲ — ἱερεῦσιν ἐκεῖ*. Hæc apud Garn. Auct. p. 11, e cod. Vatic. ita exhibentur : Ὁ εἰκοστὸς ὄγδοος ψαλμὸς διπλῆν ἔχει τὴν προφητείαν, τὴν μὲν ἁρμόττουσαν Ἐζεκίᾳ τῷ βασιλεῖ, τὴν δὲ τῷ πάντων ἡμῶν βασιλεῖ, ὃς τῶν εἰδώλων καταλύσας τὴν πλάνην, ταῖς ἀκτῖσι τῆς θεογνωσίας τὴν οἰκουμένην ἐφώτισε. Καὶ ὁ μὲν θαυμάσιος Ἐζεκίας τῶν Ἀσσυρίων παραδόξως περιγενόμενος, παρακελεύεται τῷ λαῷ θυσίαις ἀμείβεσθαι τὸν Θεὸν, καὶ ὕμνους αὐτῷ καὶ δοξολογίας προσφέρειν, καὶ τὴν λατρείαν ἐν τῇ αὐλῇ ἐπιτελεῖν· εἰς γὰρ τὸν ναὸν μόνοις ἐξῆν εἰσιέναι τοῖς ἱερεῦσιν· *Vicesimus octavus Psalmus duplex continet vaticinium, unum conveniens Ezechiæ regi, alterum omnium nostrum regi, qui idolorum falso cultu sublato radiis divinæ cognitionis terrarum orbem collustravit. Et egregius quidem Ezechias Assyriis mirabili modo devictis imperat populo sacrificiis Deo gratias referre, ac hymnis laudibusque eum prosequi, et cultum in aula exhibere; nam in templum solis sacerdotibus ingredi licebat.* [61] *Τὴν — βασιλεῖ*. Des. in cod. 2. [62] *Θεογνωσίας*. cod. 1 θεότητος, ascripta tamen lectione altera. [63] cod. 2 παραγενόμενος. [64] *Μόνοις δὲ*. cod. 1 καὶ μόνοις. [65] *Ἦν*. Abest a cod. 2. [66] *Ἐκεῖ*. Abest a cod. 2. [67] *Εἶτα τούτων — ἑρμηνεία δεδήλωκεν*. Hæc des. apud Garn. l. c. [68] *Πληγήν*. cod. 2 ὀργήν. [69] *Δρυμόν*. cod. 1 δρυμῶνα. [70] *Τῶν ἐν αὐτῷ*. cod. 2 ἐνταῦθα τῶν. [71] cod. 1 στρατευσαμένων. [72] *Καί*. Abest a cod. 1. [73] cod. 1 νεῷ.

voto succedent, cum regem habeamus sempiternum, qui et victoriæ nostræ auctor fuit, et pacem largitus est. Præsentem igitur psalmum beato Ezechiæ convenire, hactenus nostra expositio declaravit. Quoniam vero **780** figura novi testamenti vetus est, age, umbræ corpus applicemus, et similitudinem ostendamus. Illic rex pius, et hic Christus pietatis magister. Illic populus illi obediens, et hic populus ab hoc servatus. Illic Assyriorum et bellum, et cædes, et hic dæmonum incursus et eversio Jubet ergo Spiritus sancti gratia, ut sacri Apostoli salutem gentibus prædicent, et credentes Deo offerant. *Filios* enim *Dei* apostolos **781** appellat, tanquam Christi fratres nominatos [k]: Dicite enim ait, fratribus meis, quod præcedam vos in Galilæam : *Filios* vero *arietum*, eos qui ex gentibus fideles exstitere nuncupat, ut qui a patribus ratione carentibus progeniti sunt.

A σθέντα[74] αὖθις ἀνοικοδομῆσαι καὶ κατοικῆσαι. Ῥᾳδίως γὰρ ἅπαντα κατορθώσομεν τὸν αἰώνιον[75] ἔχοντες βασιλέα, ὃς καὶ τὸ κρατεῖν ἡμῖν δέδωκε, καὶ τὴν εἰρήνην δεδώρηται. Ὅτι μὲν οὖν εἰς τὸν μακάριον[76] Ἐζεκίαν εἴρηται ὁ προκείμενος ψαλμὸς, ἡ ἑρμηνεία δεδήλωκεν. Ἐπειδὴ[77] δὲ τύπος[78] τῆς νέας ἡ παλαιὰ, φέρε τῇ σκιᾷ παραθέντες τὸ σῶμα, τὴν ὁμοιότητα δείξωμεν. Ἐκεῖ βασιλεὺς εὐσεβὴς, καὶ ἐνταῦθα Χριστὸς ὁ τῆς εὐσεβείας διδάσκαλος· ἐκεῖ λαὸς ἐκείνῳ πειθόμενος, καὶ ἐνταῦθα λαὸς ὑπὸ τούτου σωζόμενος· ἐκεῖ Ἀσσυρίων πόλεμός τε καὶ ὄλεθρος, καὶ ἐνταῦθα δαιμόνων ἐπανάστασις καὶ κατάλυσις. Παρακελεύεται τοίνυν ἡ χάρις τοῦ Πνεύματος[79] τοῖς ἱεροῖς ἀποστόλοις τοῖς ἔθνεσι κηρύξαι τὴν σωτηρίαν, καὶ τοὺς πειθομένους προσ- B ενεγκεῖν τῷ Θεῷ. [80] *Υἱοὺς* μὲν γὰρ *Θεοῦ* τοὺς ἀποστόλους καλεῖ, ὡς ἀδελφοὺς τοῦ Χριστοῦ χρηματίσαντας· Εἴπατε γὰρ, φησὶν, τοῖς ἀδελφοῖς μου, ὅτι[81] προάγω ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν· *υἱοὺς δὲ κριῶν*, τοὺς ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκότας, ἅτε δὴ φύντας ἐξ ἀλόγων πατέρων.

« Afferte Domino, filii Dei, afferte Domino filios arietum. [Vers. 2.] Afferte Domino gloriam et honorem, afferte Domino gloriam nomini ejus, adorate Dominum in aula sancta ejus. » Vos, inquit, quibus divina prædicatio commissa est, et qui filii Dei vocati estis, cum omni alacritate divinam prædicationem ad omnes mundi partes transferte, atque eos, qui sine ratione nutriti sunt, rationis compotes reddite, et hos primos Deo afferte : deinde per hos cultum et hymnos adhibete, in divinis ædibus beneficii auctorem celebrantes. Similia hæc sunt illis, quæ a Salvatore sacris apostolis dicta fuere : « Euntes docete omnes gentes, baptizantes illas, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti [l]. »

« Ἐνέγκατε[82] τῷ Κυρίῳ, υἱοὶ Θεοῦ, ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ υἱοὺς κριῶν. [β'] Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ δόξαν καὶ τιμήν· ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ δόξαν ὀνόματι αὐτοῦ· προσκυνήσατε τῷ Κυρίῳ ἐν αὐλῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ. » Ὑμεῖς, φησὶν, οἱ τὸ θεῖον κήρυγμα πιστευθέντες, καὶ υἱοὶ κληθέντες, Θεοῦ, μετὰ πάσης προθυμίας τὸ θεῖον | πανταχοῦ διαπορθμεύσατε κήρυγμα, καὶ τοὺς ἐν ἀλογίᾳ[83] τρεφομένους λογικοὺς ἀποφήνατε, καὶ τούτους[84] πρώτους τῷ Θεῷ προσενέγκατε· εἶτα διὰ τούτων τὸ σέβας καὶ τοὺς ὕμνους προσοίσατε, ἐν[85] τοῖς θείοις οἴκοις τὸν εὐεργέτην C γεραίροντες. Ἔοικε ταῦτα καὶ τοῖς ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος εἰρημένοις πρὸς τοὺς ἱεροὺς ἀποστόλους· « Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτί-

[k] Matth. XXVIII, 10. [l] ibid. 20.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[74] cod. 1 καταχαυθέντα. [75] *Αἰώνιον*. cod. 2 οὐράνιον. [76] *Μακάριον*. cod. 2 θεῖον. [77] Cod. 1 ἐπεί. [78] *Τύπος*. cod. 1 addit ἦν. [79] *Πνεύματος*. cod. 2 præm. παναγίου. cod. Vatic. apud Garn. ἁγίου. [80] Apud Garn. p. 11 sq. hæc sequuntur, quæ hoc loco ponenda esse duximus, tum quia cum illis quæ in textu Sirmond. proxima sunt, minus bene cohærent, tum quia prima verba ad Athanasium pertinent, teste Cord. p. 495 : Ἄδεται γὰρ ὁ παρὼν ψαλμὸς ἐκβαλλομένων μὲν τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, ἀντεισαγομένων δὲ τῶν ἐθνῶν. Τοῦτο δὲ καὶ ἡ ἐπιγραφὴ δηλοῖ λέγουσα, *Ἐξοδίου σκηνῆς*, σαφῶς τὴν ἔξοδον αὐτῶν ἡμῖν κατασημαίνουσα. Πρὸς μὲν τὴν ἱστορίαν, ἐξοδεύουσι τοῖς ἱερεῦσιν ἀπὸ τῆς σκηνῆς ὁ λόγος διαμαρτύρεται, ἅτινα χρὴ ἑτοιμάσαντας πρὸς τὴν ἑξῆς ἀπαντῆσαι, ὅτι υἱοὺς κριῶν, ὅτι δόξαν καὶ τιμήν. Πρὸς δὲ νοῦν, ἐκεῖνο ἡμῖν ὑποπίπτει, ὡς οὔτε κριὸς τὸ ἄῤῥεν ἐν τοῖς προβάτοις νοεῖται, οὔτε σκηνὴ τὸ ἐκ τῆς ἀψύχου ταύτης ὕλης συμπηγνύμενον οἴκημα, οὔτε *ἔξοδος σκηνῆς* ἡ ἀπὸ τοῦ ναοῦ ἀναχώρησις· ἀλλὰ *σκηνὴ* μὲν ἡμῖν τὸ σῶμα τοῦτο, ὡς ὁ Ἀπόστολος ἡμᾶς ἐδίδαξε λέγων· « Οἱ ὄντες ἐν τῷ σκήνει τούτῳ στενάζομεν. » *Ἐξόδιον* δὲ *σκηνῆς* ἡ ἀπὸ τοῦ βίου τούτου ἀναχώρησις· πρὸς ἣν παρασκευάζεσθαι ἡμᾶς ὁ λόγος παρεγγυᾷ, τάδε τινὰ καὶ τάδε κομίζοντας τῷ Κυρίῳ. Ἐπείπερ ἡ ἐνταῦθα ἐργασία ἐφόδιόν ἐστι πρὸς τὸ μέλλον· καὶ ὁ ἐνταῦθα διὰ τῶν ἀγαθῶν ἔργων δόξαν φέρων καὶ τιμὴν τῷ Κυρίῳ, οὗτος δόξαν καὶ τιμὴν ἑαυτῷ κατὰ τὴν δικαίαν τοῦ κριτοῦ ἀνταπόδοσιν θησαυρίζει· *Canitur enim hic psalmus Israelitis expulsis et gentilibus eorum loco introductis. Id vero ipsa quoque docet inscriptio*, Exitus tabernaculi, *manifeste exitum illorum nobis significans. Ad historiam quidem quod attinet, sacerdotibus e tabernaculo egredientibus commonstrat oratio, quæ ab iis comparari oporteat, et quid postero die facere debeant, quod scilicet filios arietum, gloriam et honorem afferre debeant. Quoad interiorem autem sensum hoc nobis succurrit, quod neque aries, masculus de grege, intelligatur, neque tabernaculum quod incolimus, e materia quæ vitæ expers est compactum, nec per* exitum tabernaculi *discessus e templo significetur; sed* tabernaculum *nobis est corpus hoc, uti Apostolus nos edocuit, dicens : « Qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus » (II Cor. v, 4.)* Egressus *vero* e tabernaculo *est discessus ex hac vita, ad quem ut parati simus, hæc verba admonent, et modo hæc modo illa Domino afferri jubent. Siquidem quæ in hac vita geruntur, quasi viaticum sunt ad futuram vitam; nam qui per bona opera gloriam et honorem Domino affert, is sibi ipse gloriam et honorem pro justa Judicis retributione instar thesauri reponit.* [81] *Ὅτι*. Abest a codd. 1, 2. [82] *Ἐνέγκατε — κριῶν*. Duæ diversæ interpretationes h. l. coaluerunt, quarum prior in versione τῶν Ο', obelo notata fuit, teste Eusebio ad h. l. [83] cod 2 ἀλογίαις. [84] *Τούτους*. cod. 2 τούς. [85] *Ἐν*. Abest a cod. 1.

ζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· καὶ ὁ ψαλμὸς γάρ[86], μετὰ τὰ εἰρημένα, εὐθὺς τῶν ἱερῶν ὑδάτων ἀνέμνησε.

γʹ. « Φωνὴ Κυρίου ἐπὶ τῶν ὑδάτων· ὁ Θεὸς τῆς δόξης ἐβρόντησε. » Προλέγει δὲ ὁ λόγος τὴν οὐρανόθεν ἐνεχθεῖσαν παρὰ τὸν Ἰορδάνην φωνήν[87]· « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα[88]. » *Βροντὴν* δὲ αὐτὴν προσηγόρευσεν, ὡς εἰς ἅπασαν διὰ τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων δραμοῦσαν τὴν οἰκουμένην· οὕτως[89] υἱοὺς βροντῆς τὴν ξυνωρίδα τῶν ἀποστόλων ἐκάλεσε, διὰ τὴν ὑπερφυᾶ καὶ θείαν τῆς θεολογίας φωνήν. « Κύριος ἐπὶ ὑδάτων πολλῶν. » Οὐ γὰρ μόνος ὁ Ἰορδάνης ἐκείνην τὴν χάριν ἐδέξατο, ἀλλ' ἐν ἁπάσῃ γῇ[90] καὶ θαλάσσῃ τὸ τοῦ βαπτίσματος ἐπιτελεῖται μυστήριον, τῆς θείας ἐπικλήσεως ἁγιαζούσης τῶν ὑδάτων τὴν φύσιν. Ἐντεῦθεν τὴν χορηγηθεῖσαν δύναμιν τοῖς ἀποστόλοις προαγορεύει.

δʹ. « Φωνὴ Κυρίου ἐν ἰσχύϊ· φωνὴ Κυρίου ἐν μεγαλοπρεπείᾳ. » Σύμφωνα τούτοις ἡμᾶς καὶ τῶν[91] Πράξεων ἡ ἱστορία διδάσκει. Μανθάνομεν γὰρ ἐκεῖθεν, ὅπως ἀναλαμβανόμενος ὁ Δεσπότης[92] Χριστὸς τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς παρηγγύησε λέγων· « Προσμείνατε[93] ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, ἕως ἂν ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους. » Καὶ μετὰ δέκα ἡμέρας[94], ἐν τῇ τῆς Πεντηκοστῆς ἑορτῇ, « Ἐγένετο[95] φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ὥσπερ φερομένης πνοῆς βιαίας, καὶ ἐπλήρωσε τὸν οἶκον, οὗ ἦσαν καθήμενοι· καὶ ἐγένετο ἐν αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρὸς, ἐκάθισέ τε ἐφ' ἕνα ἕκαστον αὐτῶν. » *Φωνὴν* δὲ λέγει τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος, τὴν ἰσχύος καὶ δυνάμεως τοὺς ἀποστόλους ἐμπλήσασαν, καὶ μεγαλοπρεπεῖς τοὺς εὐτελεῖς ἀποφήνασαν[96]. Εἶτα δείκνυσιν, ὁποῖα[97] κατώρθωσαν τῇδε τῇ φωνῇ κρατυνθέντες.

εʹ. « Φωνὴ Κυρίου συντρίβοντος κέδρους, καὶ συντρίψει Κύριος τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου. » Σημαίνει δὲ διὰ τούτων τῶν λόγων τὴν τῶν εἰδώλων κατάλυσιν. Ἐπειδὴ γὰρ ὑψηλὰ ἦν πάλαι τὰ τῶν εἰδώλων τεμένη, καρπὸν οὐδένα τοῖς σεβομένοις ὀρέγοντα, « ταῖς τοῦ Λιβάνου κέδροις » ἀπείκασε ταῦτα, αἳ ὑψηλαὶ μέν εἰσιν, ἐδώδιμον δὲ καρπὸν οὐ πεφύκασι φέρειν.

ϛʹ. « Καὶ λεπτυνεῖ[98] αὐτὰς, ὡς τὸν μόσχον τοῦ Λιβάνου[99]. » Λίβανον δὲ καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ὀνομάζει πολλάκις· « Διάνοιξον γὰρ, φησὶν, ὁ Λίβανος, τὰς θύρας σου, καὶ καταφαγέτω πῦρ τὰς κέδρους σου. » *Μόσχος* δὲ *Λιβάνου* ὁ ὑπ' αὐτῶν γενόμενος[1]

A * Etenim psalmus, post ea quæ dicta sunt, statim de sacris aquis mentionem facit.

Vers. 3. « Vox Domini super aquas : Deus majestatis intonuit. » Prædicit autem sermo vocem e cœlo delatam apud Jordanem : « Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui [m]. » Ipsam autem vocem *tonitru* appellavit, tanquam totum orbem terrarum per sacra Evangelia penetrantem. Similiter filios tonitru apostolorum bigam nuncupavit, ob admirabilem **782** divinamque theologiæ vocem. « Dominus super aquas multas. » Non enim Jordanes solus illam gratiam accepit, verum in omni terra et mari baptismatis mysterium
B perficitur, divina invocatione aquarum naturam sanctam efficiente. Hinc apostolis suppeditatam potentiam prædicit.

Vers. 4. « Vox Domini in virtute ; vox Domini in magnificentia. » Congruentia his Actuum historia nos edocet. Nam inde discimus quomodo, cum assumeretur Dominus Christus, suos sanctos apostolos adhortatus sit, dicens : « Manete in civitate hac, donec induamini virtute ex alto [n]. » Et post dies decem, festo Pentecostes ; « Facta est vox de cœlo tanquam advenientis spiritus vehementis, et replevit domum ubi erant sedentes : et erant in illis divisæ linguæ, tanquam ignis, seditque supra singulos
C eorum [o]. » Cæterum *vocem* dicit Spiritus sancti gratiam, quæ apostolos robore potentiaque implevit, atque viles magnificos reddidit. Deinde ostendit quas res effecerint hac voce corroborati.

Vers. 5. « Vox Domini confringentis cedros, et confringet Dominus cedros Libani. » Porro per hæc verba significat idolorum eversionem. Quoniam enim idolorum delubra quondam alta erant, quæ nihil fructus colentibus afferebant, « cedris Libani » hæc assimilavit, quæ proceræ quidem sunt, esculentum vero fructum ferre minime **783** solent.

Vers. 6. « Et comminuet eas tanquam vitulum
D Libani. » *Libanum* autem Hierosolymam sæpius nuncupat. « Aperi enim, ait, Libane, januas tuas, et devoret ignis cedros tuas [p]. » *Vitulus* autem *Libani* est ille qui ab * illis factus fuit in monte Horeb.

[m] Matth. III, 17. [n] Luc. XXIV, 49. [o] Act. II, 2, 3. [p] Zach. XI, 1.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[86] *Γάρ*. Abest a cod. 2. [87] *Φωνήν*. Des. in cod. 2. [88] cod. 1, 2 εὐδόκησα. [89] *Οὕτως — φωνήν*. Des. in cod. 1, et apud Cord. p. 487. [90] *Ἁπάσῃ γῇ*· cod. 1 πάσῃ πηγῇ. [91] *Τῶν — διδάσκει*. cod. 1 ἡ τῶν πράξεων διδάσκει ἱστορία. [92] *Δεσπότης*. Abest a cod. 2. [93] *Προσμείνατε — ὕψους*. Alia est lectio l. c. [94] cod. 1, 2 δεκάτην ἡμέραν. [95] *Ἐγένετο — ἕκαστον αὐτῶν*. Des. in cod. 3. [96] cod. 2 ἀπεργάσασαν. [97] *Δείκνυσιν ὁποῖα*. Des. in cod. 2. [98] *Λεπτυνεῖ*. Rectius a Symmacho expr. καὶ ὀρχεῖσθαι ἐποίησεν, et in edit. quinta σκιρτοποιήσει, seu, ut Aquila habet, σκιρτώσει. [99] cod. 1, 2 τὸν Λίβανον, quæ est rec. lectio τῶν Οʹ. [1] *Γενόμενος*. cod. 1 addit μόσχος.

« Fecerunt enim, ait, vitulum in Horeb, et adoraverunt sculptile [q]. » Sed illum Moses legislator confregit, et comminuit. Instar illius igitur dicit omnia orbis idola conterenda esse, atque vana fore : « Et dilectus quemadmodum filius unicornium. » Populus autem qui Deo credidit, et ab illo errore liberatus fuit, et propterea dilectus vocatus est, invictus et inexpugnabilis erit, tanquam a multorum deorum cultu liber, et unicam divinitatem honorans.

Vers. 7. « Vox Domini dirimentis flammam ignis. » Cum enim sacrorum apostolorum chorus ignis speciem referentem Spiritus sancti gratiam accepisset, illustrabatur quidem, sed non comburebatur. In futura autem vita gemina ignis vis divisa, virtutis quidem athletas illuminabit, peccato vero deditos exuret. Propterea et *ignis* nominatur, et *obscuritas* vocatur impiorum pœna, eo quod
784 illa vis ignis, quæ illustrat, ibi non exsistat.

Vers. 8. « Vox Domini concutientis desertum, et commovebit Dominus desertum Cades. » Symmachus non *concutientis*, sed *parere facientis* dixit : Aquila etiam *parturientis*. De hoc autem deserto et Isaias prædicit : « Lætare, desertum sitiens, exsultet desertum, et florescat ut lilium [r]. » *Desertum* vero nominat gentes, tanquam Deo quondam destitutas. De his enim divinus Isaias prædixit futurum ut florescant : beatus vero David dicit futurum ut parturiant et pariant. Tale etiam est illud, quod alibi exstat apud Isaiam : « Lætare, sterilis, quæ non paris : erumpe, et clama, quæ non parturis : quia plures erunt filii desertæ, quam ejus quæ habet virum [s]. » Hoc desertum Dominus concutiens (significat autem *concussio* Dei adventum), faciet ut salutem pariat, secundum prophetiam quæ dicit : « Ob tuum timorem, Domine, in utero concepimus, et parturivimus, et peperimus spiritum salutis tuæ, quem fecisti super terram [t]. » Propterea et Cades ipsum nominat, id est *sanctum*. Hoc enim Cades sonat.

Vers. 9. « Vox Domini præparantis cervos, et revelabit silvas. » Natura cervis insitum est, reptilia animalia despicere. Hanc autem potestatem et sacris apostolis Dominus dedit : « Dedi enim, ait, vobis potestatem * calcandi super serpentes et scor-

A ἐν Χωρήϐ. « Ἐποίησαν [1] γὰρ, φησὶ, μόσχον ἐν Χωρήϐ, καὶ προσεκύνησαν τῷ γλυπτῷ. » Ἀλλ' ἐκεῖνον Μωσῆς ὁ νομοθέτης συνέτριψε καὶ ἐλέπτυνεν. Ἐκείνῳ τοίνυν λέγει παραπλησίως καὶ πάντα τῆς οἰκουμένης τὰ εἴδωλα λεπτυνθήσεσθαι καὶ φροῦδα γενήσεσθαι· « Καὶ ὁ ἠγαπημένος [2], ὡς υἱὸς μονοκερώτων. » Ὁ δὲ πεπιστευκὼς λαὸς, καὶ τῆς πλάνης ἐκείνης ἀπαλλαγεὶς, καὶ ἀγαπητὸς τούτου χάριν καλούμενος, ἀήττητος ἔσται καὶ ἄμαχος, ἅτε δὴ τῆς πολυθεΐας ἀπηλλαγμένος, καὶ τὴν μίαν πρεσβεύων Θεότητα [4].

ζ'. « Φωνὴ Κυρίου διακόπτοντος φλόγα πυρός. » Πυροειδῆ γὰρ τοῦ παναγίου Πνεύματος τὴν χάριν ὑποδεξάμενος ὁ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων χορὸς, ἐφωτίζετο μὲν, οὐκ ἐκαίετο δέ. Κἂν [5] τῷ μέλλοντι δὲ βίῳ
B ἡ διπλῆ τοῦ πυρὸς ἐνέργεια μεριζομένη, φωτίσει μὲν τοὺς τῆς ἀρετῆς ἀθλητὰς, ἐμπρήσει δὲ τῆς κακίας τοὺς ἐραστάς· οὗ δὴ χάριν καὶ *πῦρ* ὀνομάζει [6], καὶ *σκότος* καλεῖται τῶν παρανόμων ἡ κόλασις, ὡς τῆς φωτιστικῆς ἐνεργείας οὐ [7] φαινομένης ἐκεῖ.

η'. « Φωνὴ Κυρίου συσσείοντος ἔρημον, καὶ συσσείσει Κύριος τὴν ἔρημον Κάδης. » Ὁ δὲ Σύμμαχος οὐ *συσσείοντος*, ἀλλ' *ἐκτοκίζοντος* εἴρηκεν· καὶ μέντοι καὶ ὁ Ἀκύλας, *ὠδίνοντος*. Περὶ δὲ ταύτης τῆς ἐρήμου καὶ Ἡσαΐας προαγορεύει [8]· « Εὐφράνθητι, λέγων [9], ἔρημος διψῶσα· εὐφρανθήτω [10] ἡ ἔρημος, καὶ ἀνθήτω ὡς κρίνον. » *Ἔρημον* δὲ ὀνομάζει τὰ ἔθνη, ὡς ἔρημα πάλαι γεγενημένα Θεοῦ [11]. Ταῦτα δὲ ὁ μὲν θεσπέσιος [12] Ἡσαΐας ἀνθήσειν, ὁ δὲ μακάριος [13] Δαϐὶδ ὠδινήσειν ἔφη καὶ τέξεσθαι. Τοιοῦτο
C δέ ἐστι καὶ τὸ παρὰ τῷ Ἡσαΐᾳ κείμενον ἀλλαχοῦ· « Εὐφράνθητι, στεῖρα, ἡ οὐ τίκτουσα· ῥῆξον, καὶ βόησον, ἡ οὐκ ὠδίνουσα· ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου, ἢ [14] τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα. » Ταύτην τὴν ἔρημον ὁ Δεσπότης συσσείων· δηλοῖ δὲ τοῦ Θεοῦ τὴν ἐπιφάνειαν ὁ *συσσεισμός* [15]· τεκεῖν παρασκευάσει [16] τὴν σωτηρίαν, κατὰ τὴν προφητείαν τὴν λέγουσαν, « Διὰ τὸν φόϐον σου, Κύριε, ἐν γαστρὶ ἐλάϐομεν, καὶ ὠδινήσαμεν, καὶ ἐτέκομεν πνεῦμα σωτηρίας σου [17], ὃ ἐποίησας [18] ἐπὶ τῆς γῆς. » Τούτου χάριν καὶ Κάδης αὐτὴν ὀνομάζει, τουτέστιν *ἁγίαν* [19]. Τοῦτο γὰρ ἑρμηνεύεται τὸ Κάδης.

θ'. « Φωνὴ Κυρίου καταρτιζομένη [20] ἐλάφους, καὶ ἀποκαλύψει δρυμούς. » Φύσις ταῖς ἐλάφοις τῶν ἑρπυστικῶν θηρίων καταφρονεῖν· ταύτην δὲ
D τὴν ἐξουσίαν καὶ τοῖς ἱεροῖς ἀποστόλοις ὁ Δεσπότης [21] δέδωκε [22]· « Δέδωκα γὰρ, φησὶν, ὑμῖν ἐξουσίαν πα-

[q] Psal. cv, 19; coll. Exod. xxxii, 8. [r] Isa. xxxv, 1. [s] Isa. liv, 1. [t] Isa. xxvi, 18.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[1] *Ἐποίησαν — Χωρήϐ*. Des. in cod. 2. [2] *Ὁ ἠγαπημένος*. Reliqui interp. Græci habent Σαριών. [4] Ad marginem cod. 1 hæc ascripta sunt, quæ tamen ad sequentem versiculum pertinere videntur : Τὸ ἐπὶ τῆς βάθου (legendum βάτου)· τὴν γὰρ καυστικὴν δύναμιν χωρίσας τοῦ πυρὸς, τὴν φωτιστικὴν μόνην ἔδειξε τῷ Μωϋσῇ ὁ Θεός. Καὶ τοῦτό ἐστι ὃ λέγει, « Φωνὴ Κυρίου διακόπτοντος φλόγα πυρός. » *Scilicet in rubo. Vim enim comburendi cum ab igne separasset Deus, solam vim illuminandi ostendit Mosi. Et hoc est illud quod dicit, « Vox Dei dirimentis flammam ignis. »* [5] Κἂν. cod. 1 *καί*. [6] cod. 1, 2, et Cord. p. 498, ὀνομάζεται. [7] *Οὐ*. cod. 2 μή. [8] *Προαγ*. cod. 1 προλέγει, ascripta tamen lectione altera. [9] *Λέγων*. Abest a cod. 2. [10] *Εὐφρανθήτω*. cod. 1, 2 εὐφράνθητι. Rec. lectio l. c. est ἀγαλλιάσθω. [11] cod. 2 Θεῷ. [12] *Θεσπέσιος*. Abest a cod. 2. [13] *Μακάριος*. Abest a cod. 2. [14] *Ἤ*. cod. 1, 2 μᾶλλον ἤ, quæ est rec. lectio l. c. [15] cod. 1, 2 σεισμός. [16] cod. 1 παρασκευάζει. cod. 2 σκευάζει. [17] *Σου*. Abest a cod. 1. [18] cod. 1 ἐποιήσαμεν. [19] cod. 1 ἁγία. [20] Rec. lectio h. l. est καταρτιζομένου [21] *Δεσπότης*. cod. 2 Χριστός. [22] cod. 1, 2 ἔδωκε.

αὐτοῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν A δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. » Τούτῳ κρατυνθέντες τῷ λόγῳ, τοὺς ἀπατεῶνας τῆς οἰκουμένης ἐξήλασαν δαίμονας, καὶ τῶν εἰδώλων ἐγύμνωσαν τὴν ἀσθένειαν· καὶ τοῦτο ὁ προφητικὸς προηγόρευσε λόγος· « Φωνὴ Κυρίου καταρτιζομένη ἐλάφους, καὶ ἀποκαλύψει δρυμούς. » Τοῦτο [23] γὰρ δὴ τὸ παράδοξον, ὅτι τῶν παντοδαπῶν θηρίων τὸ πλῆθος [24] δι' ἐλάφων ἐκράτησε, καὶ τῶν φιλοσόφων τὴν ἀκαρπίαν δι' ἀγραμμάτων διήλεγξε, καὶ τοῦ διαβόλου τὴν τυραννίδα διὰ [25] ἁλιέων κατέλυσε. *Δρυμοὺς* δὲ προσηγόρευσε τὰ τῶν εἰδώλων τεμένη, ὡς ἄκαρπα παντελῶς· τοιοῦτοι γὰρ οἱ δρυμῶνες, ἢ οἱ [26] δρυμοὶ, οὓς ἐκκόπτειν εἰωθότες [27] οἱ ἄριστοι γηπόνοι, καὶ τὴν ὑπ' αὐτῶν νεμομένην γυμνοῦντες γῆν, τὰ κάρπιμα φυτεύουσι δένδρα, καὶ τὰ ἐδώδιμα καταβάλλουσι σπέρματα. B Τοῦτο δεδράκασι καὶ οἱ τῆς οἰκουμένης γεωργοί· πρόῤῥιζα γὰρ ἀνασπάσαντες τὰ τῶν εἰδώλων τεμένη, τὰς θείας ἀντ' ἐκείνων Ἐκκλησίας ἐφύτευσαν. « Διὰ τοῦτο [28] ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ πᾶς τις λέγει δόξαν. » Ὑπὸ τῆς παραδόξου ταύτης μεγαλουργίας εἰς ὑμνῳδίαν διεγειρόμενος.

ι'. « Κύριος τὸν κατακ υσμὸν κατοικιεῖ [29], καὶ καθιεῖται Κύριος βασιλεὺς εἰς τὸν αἰῶνα. » Τὴν γὰρ τῷ χειμάῤῥῳ τῆς ἀνομίας [30] καταποντισθεῖσαν οἰκουμένην οἰκοδομήσει, καὶ νεουργήσει, καὶ νέαν κτίσιν ἐργάσεται. Διὸ καὶ ὁ μακάριος [31] Παῦλος βοᾷ, « Εἴτις ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις. » Τοῦτο δὲ, φησὶ, ποιήσας, οὐκ ἐάσει λοιπὸν χώραν λαβεῖν τὴν ἀσέβειαν, ἀλλ' εἰς αἰῶνα βασιλεύσει. C

ια'. « Κύριος ἰσχὺν τῷ λαῷ αὐτοῦ δώσει, Κύριος εὐλογήσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν εἰρήνῃ. » Διὰ τούτων δὲ προηγόρευσε καὶ τὰς τῶν ἀσεβῶν ἐπαναστάσεις, καὶ τῶν νικηφόρων μαρτύρων τὴν νίκην, καὶ τὴν μετὰ ταῦτα παρασχεθεῖσαν ταῖς ἐκκλησίαις εἰρήνην. Κύριος ἰσχὺν τῷ λαῷ αὐτοῦ δώσει, τουτέστιν ἐν τῷ τοῦ πολέμου καιρῷ· καὶ εὐλογήσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν εἰρήνῃ, τὸν μακρὸν [32] πόλεμον καταλύσας.

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΚΘ' ΨΑΛΜΟΥ.

α'. « Ψαλμὸς ᾠδῆς τοῦ ἐγκαινισμοῦ τοῦ οἴκου, εἰς τὸ τέλος [33], τῷ Δαβίδ. » Οὔτε τὸν θεῖον νεὼν [34] ὁ μακάριος [35] ἐδείματο Δαβὶδ, οὔτε τῷ δειμαμένῳ ἁρμόττει τοῦ ψαλμοῦ τὰ ῥητά [36]. *Ἐγκαινισμὸν* [37] τοίνυν *οἴκου* καλεῖ τὴν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως νεουργίαν [38]· ἣν ὁ Δεσπότης Χριστὸς ἐπετέλεσε, τὸν ὑπὲρ D ἡμῶν καταδεξάμενος θάνατον, καὶ καταλύσας τὸν θάνατον [39], καὶ τῆς ἀναστάσεως ἡμῖν δεδωκὼς τὰς ἐλπίδας. Εἴρηται δὲ καὶ εἰς τὸν μακάριον [40] Ἐζεκίαν οὗτος αὐτὸς ὁ Ψαλμός. Μετὰ γὰρ τῶν Ἀσσυ-

A pios, et super **785** omnem virtutem inimici [u]. » Hoc sermone corroborati, dæmones insidiatores orbe expulerunt, atque idolorum imbecillitatem patefecerunt. Et hoc propheticus sermo prædixit : « Vox Domini præparantis cervos, et revelabit silvas. » Nam hoc est admirandum, quod per cervos multitudinem omnis generis ferarum dissipaverit, et vanam philosophorum scientiam per illiteratos et idiotas homines redarguerit, atque diaboli tyrannidem per piscatores everterit. Porro *silvas* appellavit idolorum delubra, ut penitus sterilia. Hujusmodi enim sunt silvæ, quas optimi agricolæ excidere solent, et aperta terra quam illæ occupabant, fructuosas arbores conserere, atque esculenta semina jacere. Hoc fecerunt et orbis agricolæ : quandoquidem cum idolorum delubra funditus diruissent, sacras pro illis ecclesias fundarunt. « Et in templo ejus omnis dicit gloriam. » Scilicet ab hac inaudita magnificentia in hymnorum cantilenam excitatus.

Vers. 10. « Dominus diluvium inhabitare facit, et sedebit Dominus rex in æternum. » Nam a torrente iniquitatis terram inundatam ædificabit, atque renovabit, et novam creaturam efficiet. Propterea et beatus Paulus exclamat : « Si quis in Christo est nova creatura [v]. » Cæterum, ait, cum hoc effecerit, non sinet amplius impietatem locum habere, verum in æternum regnabit.

Vers. 11. « Dominus virtutem populo suo dabit, **786** Dominus benedicet populo suo in pace. » Per hæc autem, et impiorum insultus prædixit, et victorum martyrum victoriam, et pacem post hæc ecclesiis concessam. Dominus virtutem populo suo dabit, hoc est, tempore belli, et benedicet populo suo in pace, cum longum bellum finierit.

INTERP. PSALMI XXIX.

Vers. 1. « Psalmus cantici dedicationis domus, in finem, ipsi David. » Nec beatus David divinum templum construxit, nec ei qui construxit psalmi verba conveniunt. *Dedicationem* igitur *domus* vocat humanæ naturæ instaurationem, quam * Dominus Christus perfecit, dum pro nobis mortem oppetiit, et mortem evertit, et spem resurgendi nobis dedit. Dictus est autem hic ipse Psalmus in beatum Ezechiam. Nam post Assyriorum internecionem, et morbi liberationem, maximam, ut par est, celebri-

[u] Luc. x, 19. [v] II Cor. v, 17.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[23] *Τοῦτο* κ. λ. Des. apud Cord. [24] *Τὸ πλῆθος*. Abest a cod. 1, 2. [25] cod. 1, 2 δι'. [26] *Δρυμῶνες ἢ οἱ*. Des. in cod. 1, 2. [27] *Ἐκκόπτειν εἰωθότες*. cod. 2 ἐκκόπτοντες. [28] *Διὰ τοῦτο*. Rec. lectio h. l. est καί. [29] *Τὸν κατακλ. κατοικιεῖ*. Præstat interpretatio Aquilæ, εἰς κατακλυσμὸν ἐκάθισεν. Symm. ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐκάθισεν. [30] *Ἀνομίας*. cod. 2 ἀσεβείας. [31] *Μακάριος*. Abest a cod. 2. [32] cod. 2 μικρὸν, ex errore librarii, ut videtur. [33] *Εἰς τὸ τέλος*. Hæc juxta rec. lectionem præmittuntur voci Ψαλμὸς, et pro τῷ est τοῦ. [34] cod. 2 ναόν. [35] *Μακάριος*. Abest a cod. 2. [36] cod. 2 ῥήματα. [37] cod. 2 καινισμόν. [38] *Νεουργίαν*. cod. 2 καινουργίαν. [39] *Τὸν θάνατον*. cod. 2 αὐτόν. [40] *Μακάριον*. cod. 2 θεῖον.

tatem instituit, Deo gratias agens, quoniam et illis salutem donavit, et sanctum suum templum ab hostili igne liberavit. Quoniam igitur ea quæ fiebant dedicationis festo similia erant, jure et hanc recepit inscriptionem. Sciendum est autem hæc Ezechiæ per figuram congruere, secundum ipsam veritatem autem omni humanæ **787** naturæ. Nam quemadmodum ille cum magna superbia elatus esset (hoc enim Paralipomenon historia docuit [x]), mortis sententiam recepit, divina autem gratia vitam consecutus est; eodem modo Adam primus parens, cum se Deum fore crederet, et contra suum Conditorem arrogantia elatus esset, morte quidem multatus, divina tamen benignitate resurrectionem adeptus est.

VERS. 2. « Exaltabo te, Domine, quoniam suscepisti me, nec gaudio affecisti inimicos meos super me. » Cum enim Dominus nostras primitias accepisset, omnem naturam per ipsas salute dignam habuit, et ludibrio esse inimicis et hostibus dæmonibus non sivit.

VERS. 3, 4. « Domine Deus mi, clamavi ad te, et sanasti me. Domine, eduxisti ex inferno animam meam, salvasti me a descendentibus in lacum. » Hæc humana natura enarrante audimus. Hoc autem, « clamavi ad te, et sanasti me, » Ezechiæ quidem convenit, secundum proximum et litteralem sensum, humanæ vero naturæ non ita. Neque enim ipsa Deum deprecata est, nec ab interitu liberationem postulavit: luctu autem et ejulatu continuo utebatur, mortem quidem videns, resurrectionem vero minime exspectans. Lacrymas igitur et fletus, qui in ægrotantibus et morientibus fiunt, pro precibus posuit, inexplicabilem Dei benignitatem ostendens: quoniam, licet non vocatus, sed lamentationes tantum videns, misertus est eorum quæ fiebant, et mortem evertit. Nam et in hoc loco rursus **788** mortem *lacum* appellavit.

VERS. 5, 6. « Psallite Domino, sancti ejus, et confitemini memoriæ sanctitatis ejus. Quoniam ira in indignatione ejus, et vita in voluntate ejus. » Jure sanctis hymnum gratiarumque actionem attribuit. Quoniam enim omnibus hominibus resurgendi donum largitus est, verum non omnes hac gratia digni sunt, congruenter hoc beneficio dignos canendis hymnis consecrat. Porro quam optimam aliam divisionem fecit. Iram enim indignationi

A ρίων ἀναίρεσιν, καὶ τὴν τῆς ἀῤῥωστίας ἀπαλλαγὴν, ἑορτὴν ὡς εἰκὸς μεγίστην ἐπετέλεσε, τῷ Θεῷ [41] χάριν ὁμολογῶν, ὅτι καὶ αὐτοῖς ἐδωρήσατο σωτηρίαν, καὶ τὸν ἅγιον αὐτοῦ ναὸν τοῦ τῶν πολεμίων πυρὸς ἠλευθέρωσεν. Ἐπειδὴ τοίνυν ἐγκαινίων ἐῴκει τὰ τελούμενα πανηγύρει, εἰκότως καὶ ταύτην ἐδέξατο τὴν ἐπιγραφήν. Ἰστέον μέντοι, ὡς τῷ Ἐζεκίᾳ κατὰ [42] τύπον ἁρμόττει, πάσῃ δὲ τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων κατ' αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν. Ὥσπερ [43] γὰρ ἐκεῖνος ὑψηλὸν εἰσδεξάμενος [44] φρόνημα· τοῦτο γὰρ ἡ τῶν Παραλειπομένων ἐδίδαξεν ἱστορία· τοῦ θανάτου τὴν ψῆφον ἐδέξατο, χάριτι δὲ θείᾳ τετύχηκε τῆς ζωῆς· οὕτως Ἀδὰμ ὁ προπάτωρ, Θεὸς ἔσεσθαι προσδοκήσας, καὶ μέγα [45] κατὰ τοῦ πεποιηκότος φρονήσας, παρεδόθη μὲν θανάτῳ· τῇ δὲ θείᾳ φιλανθρωπίᾳ τῆς
B ἀναστάσεως ἔτυχεν.

β'. « Ὑψώσω σε, Κύριε, ὅτι ὑπέλαβές με· καὶ οὐκ εὔφρανας τοὺς ἐχθρούς μου ἐπ' ἐμέ. » Λαβὼν γὰρ τὴν ἡμετέραν ἀπαρχὴν ὁ Δεσπότης, πᾶσαν δι' αὐτῆς τὴν φύσιν τῆς σωτηρίας ἠξίωσε, καὶ ἐπίχαρτον γενέσθαι τοῖς ἐχθροῖς καὶ πολεμίοις οὐκ εἴασε δαίμοσιν.

γ', δ'. « Κύριε ὁ Θεός μου, ἐκέκραξα πρὸς σὲ, καὶ ἰάσω με. Κύριε, ἀνήγαγες ἐξ ᾅδου τὴν ψυχήν μου· ἔσωσάς με ἀπὸ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον. » Ταῦτα τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως διηγουμένης [46] ἀκούομεν· τὸ μέντοι, « Ἐκέκραξα πρὸς σὲ, καὶ ἰάσω με [47], τῷ μὲν Ἐζεκίᾳ ἁρμόττει κατὰ τὸν πρόχειρον νοῦν, τῇ δὲ ἀνθρωπείᾳ [48] φύσει οὐκ ἔτι. Οὔτε γὰρ
C αὕτη [49] τὸν Θεὸν ἱκέτευσε, καὶ τῆς φθορᾶς τὴν ἐλευθερίαν ἐζήτησεν [50]· ὀδυρμοῖς δὲ καὶ ὀλοφυρμοῖς [51] χρωμένη διετέλει, τὸν μὲν θάνατον ὁρῶσα, τὴν δὲ ἀνάστασιν οὐ προσμένουσα. Τὰ δάκρυα τοίνυν καὶ τοὺς ὀδυρμοὺς, τοὺς ἐπὶ τοῖς ἀῤῥωστοῦσι καὶ τελευτῶσι γιγνομένους, τέθεικεν ἀντὶ προσευχῆς, τὴν ἄφατον τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν δεικνὺς, ὅτι καίτοι μὴ καλούμενος, ἀλλ' ὁρῶν μόνον τοὺς θρήνους, ᾤκτειρε τὰ γινόμενα [52], καὶ τὸν θάνατον ἔλυσε. Κἀνταῦθα γὰρ πάλιν [53] *λάκκον* τὸν θάνατον προσηγόρευσε.

ε', ς'. « Ψάλατε τῷ Κυρίῳ οἱ ὅσιοι αὐτοῦ, καὶ ἐξομολογεῖσθε τῇ μνήμῃ [54] τῆς ἁγιωσύνης αὐτοῦ. Ὅτι ὀργὴ [55] ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ· καὶ ζωὴ ἐν τῷ θελήματι αὐτοῦ. » Εἰκότως [56] τοῖς ὁσίοις ἀπονέμει τὸν
D ὕμνον, καὶ τὴν ὁμολογίαν τῆς χάριτος· ἐπειδὴ γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις ἔδωκε τὸ τῆς ἀναστάσεως δῶρον, οὐ πάντες δὲ τῆς χάριτος ἄξιοι, ἁρμοδίως τοὺς ἀξίους εἰς τοὺς ὕμνους ἀφιεροῖ. Ἀρίστην δὲ κομιδῇ πεποίηται καὶ τὴν ἄλλην διαίρεσιν· τὴν γὰρ ὀργὴν

[x] II Paral. XXXII, 25.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[41] *Τῷ Θεῷ*. In cod. 2 ponitur post μεγίστην. [42] *Κατά*. cod. 1 præm. μέν. [43] *Ὥσπερ*. cod. 2. εἴπερ. [44] cod. 1 εἰσεδέξατο. [45] cod. 1 μεγάλα. [46] *Διηγουμένης*. Abest a cod. 1. [47] *Ἰάσω με*. cod. 1 ἰάσομαι. [48] cod. 1 ἀνθρωπίνη. [49] cod. 1, 2 αὐτή. [50] *Ἐζήτησεν*. cod. 1 ἐξήτησεν. [51] cod. 1, 2 ὀλοφύρσει. [52] cod. 2 γιγνόμενα. [53] *Πάλιν*. Abest a cod. 2. [54] cod 2 τὴν μνήμην. [55] *Ὀργή*. Ita fere omnes interpretes Græci vocem רָגַע transtulerunt, unde suspicio oritur, eos legisse רֹגֶז. Aptiorem sensum expressit Hieronymus, qui vertit, *ad momentum est ira tua*. · [56] *Εἰκότως — ἀφιεροῖ*. Des. apud Cord. p. 505.

ἀπένειμε τῷ θυμῷ· *ὀργὴν* γὰρ τὴν παιδείαν καλεῖ· A τὴν δὲ ζωὴν, τῷ θελήματι· τοῦτο γάρ τοι βούλεται, οὐχ ἐκεῖνο. Ἐκεῖνο γὰρ ἡμεῖς ἐπισπώμεθα. « Ὁ γὰρ Θεὸς, φησὶ, θάνατον οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ τέρπεται ἐπ' ἀπωλείᾳ ζώντων· ἔκτισε γὰρ εἰς τὸ εἶναι [57] τὰ πάντα, καὶ σωτήριοι αἱ γενέσεις [58] τοῦ κόσμου. » Ἀκούομεν δὲ καὶ αὐτοῦ λέγοντος διὰ Ἰεζεκιὴλ τοῦ προφήτου· « Μὴ [59] θελήσει θελήσω [60] τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι αὐτὸν [61] καὶ ζῆν [62]; » — « Τὸ ἑσπέρας αὐλισθήσεται κλαυθμός· καὶ εἰς τὸ πρωῒ ἀγαλλίασις. » Τοῦτο δὲ οὕτω συνέβη καὶ ἐπὶ τοῦ Ἐζεκίου, καὶ ἐπὶ τῆς κοινῆς σωτηρίας. Οἱ γὰρ Ἀσσύριοι ταῖς ἀπειλαῖς ἐκείναις χρησάμενοι, καὶ εἰς κλαυθμὸν τὴν πόλιν κινήσαντες, νύκτωρ ἐδέξαντο τὴν πληγὴν, καὶ ἕωθεν, οὓς δακρύειν ἠνάγκασαν, εὐθυμίας ἐνέπλησαν. Καὶ ὁ θεῖος Ἡσαΐας B τοῦ θανάτου τὴν ψῆφον ἑσπέρας τῷ Ἐζεκίᾳ κομίσας, ὑπὸ τὴν ἕω πάλιν ἤνεγκεν αὐτῷ τὰ τῆς ζωῆς εὐαγγέλια· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς κοινῆς ἐγένετο σωτηρίας. Τῶν γὰρ ἱερῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς πεπιστευκότων, ὀδυρομένων τοῦ Κυρίου τὸ πάθος, ἧκον αἱ γυναῖκες ὑπὸ τὴν ἕω [63], τῆς ἀναστάσεως τὴν εὐφροσύνην κομίζουσαι.

ζ'. « Ἐγὼ δὲ εἶπον [64] ἐν τῇ εὐθηνίᾳ [65] μου, Οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα. » Τοῦτο καὶ ὁ Ἀδὰμ ἤλπισε, τῷ παραδείσῳ πρὸ τῆς ἀπάτης ἐμπολιτευόμενος [66], καὶ ὁ Ἐζεκίας νενικηκὼς τὸν Ἀσσύριον· καὶ διδάσκει τοῦτο σαφῶς τῶν Παραλειπομένων ἡ βίβλος, λέγουσα ὑψωθῆναι [67] τὴν καρδίαν Ἐζεκίου τοῦ βασιλέως.

C η'. « Κύριε, ἐν τῷ θελήματί σου παρέσχου [68] τῷ κάλλει [69] μου δύναμιν· ἀπέστρεψας δὲ τὸ πρόσωπόν σου, καὶ ἐγενήθην τεταραγμένος. » Ὁμοίως ἁρμόττει καὶ ταῦτα καὶ [70] τῷ Ἐζεκίᾳ, καὶ πάσῃ τῶν ἀνθρώπων τῇ φύσει· καὶ γὰρ ἐκεῖνος δι' ἀρετὴν τῆς θείας προνοίας ἀπήλαυσε, καὶ τῶν Ἀσσυρίων ἐκράτησε· καὶ πάλιν τῆς θείας χάριτος γυμνωθεὶς, νόσῳ περιέπεσε, καὶ τὸ τῆς τελευτῆς ἐδέξατο δέος [71]· καὶ ὁ Ἀδὰμ δὲ ἐν τῷ [72] παραδείσῳ καὶ τῷ τῆς ἀρετῆς ἐνεκόσμητο κάλλει, καὶ κρείττων ἦν τῆς φθορᾶς· τῆς δὲ θείας προνοίας διὰ τὴν παράβασιν γυμνωθεὶς, τὴν [73] ἀπὸ τῆς βιοτῆς [74] ὑπέμεινε ζάλην. Τοῦτο δὲ σαφῶς λίαν ὁ Σύμμαχος τέθεικε· *Κύριε, ἐν τῇ εὐδοκίᾳ σου ἐστήσας* [75] *τῷ προπάτορί μου* [76] *κράτος*· ὡς εἶναι δῆλον, ὅτι ταῦτα τῆς ἀν- D θρωπείας φύσεως τὸ πρόσωπον φθέγγεται [77] πρὸς τὸν Δεσπότην Χριστὸν, τῆς ζωῆς αὐτῇ τὸ μέγα δωρησάμενον δῶρον [78].

A ascripsit (*iram* quippe castigationem vocat); vitam vero voluntati : hoc enim vult, non illud. Illud enim nobis ipsi nos asciscimus. Nam « Deus, inquit, mortem non fecit, neque delectatur interitu viventium : creavit enim ut sint omnia, et salutares generationes mundi [y]. » Audimus etiam ipsum per prophetam Ezechielem dicentem : « Nunquid voluntate velim mortem peccatoris, sicut convertat sese et vivat [z]? » — « Ad vesperam demorabitur fletus, et ad matutinum lætitia. » Hoc autem quoque sic accidit tempore Ezechiæ, et tempore communis salutis. Cum enim Assyrii illis comminationibus usi fuissent, et in luctum civitatem commovissent, nocte plagam receperunt, et mane quos lacrymari coegerant, lætitia impleverunt [a]. Et cum divinus Isaias B mortis sententiam Ezechiæ sub vespera attulisset, rursus diluculo faustum vitæ nuntium ipsi **789** attulit [b]. Idem tempore communis salutis accidit. Cum enim sacri apostoli, et illi qui cum eis crediderunt, passionem Domini lugerent, mane mulieres venerunt, resurrectionis lætitiam afferentes [c].

VERS. 7. « Ego autem dixi in abundantia mea, Non movebor in æternum. » Hoc et Adam speravit, in paradiso degens antequam deciperetur, et Ezechias, eum Assyrium vicisset. Atque hoc manifeste Paralipomenon liber docet, dicens, exaltatum esse cor Ezechiæ regis [d].

C VERS. 8. « Domine, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem. Avertisti autem faciem tuam a me, et factus sum conturbatus. » Similiter et hæc conveniunt, tum Ezechiæ, tum humanæ omni naturæ. Etenim ille ob virtutem divini auxilii compos factus fuit, et Assyrios superavit : et rursus, cum divina gratia destitutus esset, incidit in morbum, et mortis metu affectus est. Et Adam quoque in paradiso, et pulchritudine virtutis ornabatur, et interitu superior erat : cum autem ob transgressionem divina ope denudatus esset, vitæ mortalis turbinem sustinuit. Hoc autem valde manifesto Symmachus posuit, *Domine, in beneplacito tuo* **790** *primo meo parenti potentiam statuisti* : ut sit D manifestum humanæ naturæ personam ad Dominum Christum hæc loqui, qui magnum vitæ donum ei largitus est.

[y] Sap. I, 13, 14. [z] Ezech. XVIII, 23. [a] IV Reg. XIX, 35. [b] IV Reg. XX, 1 seqq. [c] Joan. XX, 1 seqq. [d] II Paral. XXXII, 25.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[57] *Τὸ εἶναι*. cod. 2 τὸν αἰῶνα. [58] *Αἱ γενέσεις*. cod. 2 αἰνέσεις. [59] *Μή*. cod. 2 οὐ. [60] cod. 1, 2 θέλω. [61] *Ἐπιστρέψαι αὐτόν*. Rec. lectio l. c. est ἀποστρέψαι αὐτὸν ἐκ τῆς ὁδοῦ τῆς πονηρᾶς. [62] *Αὐτὸν καὶ ζῆν*. cod. 1 καὶ ζῆσαι. [63] cod. 2 ὑπὸ τὴν ἕω αἱ γυναῖκες. [64] cod. 2 εἶπα, quæ est rec. lectio loc. cit. [65] *Εὐθηνίᾳ*. Præstat interpretatio Symm. ἠρεμίᾳ. [66] cod. 1, 2 πολιτευόμενος. [67] cod. 1, 2 ὑψωθῆναι λέγουσα. [68] cod. 2 παράσχου. [69] *Κάλλει*. Pro להררי οἱ Ο' legerunt להדרי, quam lectionem minus aptam Syrus quoque et Arabs secuti sunt. Rectius Aquila et editio vet. habent τῷ ὄρει. [70] *Καί*. Abest a cod. 1, 2. [71] *Δέος*. cod. 2 τέλος. [72] *Δὲ ἐν τῷ*. cod. 1 ἐν. cod. 2 ἐν τῷ. [73] *Τὴν — ζάλην*. Cord. p. 505. θανάτῳ κατεδικάσθη. [74] *Βιοτῆς*. cod. 1, 2 præm. θνητῆς, quam lectionem Carafa expressit. [75] *Ἔστησας*. cod. 2 ἀνέστησας. [76] *Προπάτορί μου*. Non spernenda est conjectura Montf. ad h. l. Symmachum legisse להורי. [77] *Φθέγγεται — Χριστόν*. cod. 2 πρὸς τὸν Χριστὸν φθέγγεται. [78] cod. 1 δῶρον δωρησάμενον.

VERS. 9, 10. « Ad te, Domine, clamabo, et ad Deum meum precabor. Quæ utilitas in sanguine meo, si descendo in corruptionem? Nunquid confitebitur tibi pulvis, aut annuntiabit veritatem tuam? » Et his quoque verbis beatus Ezechias usus est, ut quartus liber Regum nos docet, divinique Isaiæ prophetia : et humana item natura, licet non omnis clamavit, tamen per sanctos ad Deum clamavit, his utens sermonibus : Quoniam justum est te conditorem laudare, et gratis sermonibus gratias rependere. Hoc proprium est viventium. Qui enim in pulverem et in cinerem resoluti sunt, et humano opere destituti, quomodo tua beneficia decantare poterunt?

B τάφον αὐτοῦ λαθεῖν πεποίηκεν ὁ Θεός· πρὸς δὲ τοῦτο, καὶ τῆς νομοθεσίας ἠβουλήθη δεῖξαι τὸ πρόσκαιρον ἀπὸ τῶν αὐτῷ τῷ νομοθέτῃ συμβάντων. Εἰ γὰρ ὁ [59] νομοθέτης τῆς ἐπηγγελμένης οὐκ ἀπήλαυσε γῆς, συνιδεῖν ἐντεῦθεν ῥᾴδιον [60], ὡς οὐδὲ αὐτοὶ ταύτης ἀπολαύσωσιν ἐπὶ πλεῖστον τῆς προμηθείας. Οὕτω τὰ κατὰ τὴν ἔρημον διηγησάμενος, τὴν ἐν τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας γεγενημένην αὐτῶν ἐλέγχει [61] παρανομίαν.

λδ'-λς'. « Οὐκ ἐξωλόθρευσαν τὰ ἔθνη, ἃ εἶπε Κύριος αὐτοῖς. Καὶ ἐμίγησαν ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἔμαθον τὰ ἔργα αὐτῶν. Καὶ ἐδούλευσαν τοῖς γλυπτοῖς αὐτῶν, καὶ ἐγενήθη αὐτοῖς εἰς σκάνδαλον. » Τὴν γὰρ [62] ἐπιμιξίαν διὰ τὴν τῆς ἀσεβείας ἐκώλυσε κοινωνίαν, τῇ
C ἀρχῇ τὸ τέλος συναναιρῶν, καὶ σὺν τῇ ῥίζῃ τὸν καρπὸν ἀφανίζων, καὶ τῷ ἐλάττονι κακῷ τὸ χεῖρον προαναστέλλων. Ἀλλ' ὅμως οὗτοι καὶ ἐν τούτῳ τὸν θεῖον παραβαίνοντες νόμον, οὔτε τὰ δυσσεβῆ ἐξωλόθρευσαν ἔθνη, οὔτε τὴν πρὸς αὐτὰ ἔφυγον κοινωνίαν, ἀλλὰ [63] τὴν πονηρὰν αὐτῶν πολιτείαν ἐζήλωσαν.

λζ'-λθ'. « Καὶ ἔθυσαν τοὺς υἱοὺς αὐτῶν καὶ τὰς θυγατέρας αὐτῶν τοῖς δαιμονίοις. Καὶ ἐξέχεαν αἷμα ἀθῷον, αἷμα υἱῶν αὐτῶν καὶ θυγατέρων, ὧν ἔθυσαν τοῖς γλυπτοῖς Χαναάν· καὶ ἐφονοκτονήθη ἡ γῆ ἐν τοῖς αἵμασι. Καὶ ἐμιάνθη [64] ἐν τοῖς ἔργοις αὐτῶν. » Τὸν [65] κολοφῶνα τῆς ἀσεβείας τελευταῖον κατέλιπον· ποίαν [66] γὰρ δυσσεβείας ὑπερβολὴν καταλείπει τὸ αἵμασιν υἱῶν καὶ θυγατέρων μολῦναι τὴν γῆν, καὶ τοῖς αἱμοβόροις δαίμοσι τὰς τούτων θυσίας προσ-
D ενεγκεῖν; Τῷ Θεῷ μὲν γὰρ οὐδὲ τὰ νενομισμένα προσέφερον· τοῖς δὲ εἰδώλοις καὶ τὰς τῶν παίδων σφαγάς. « Καὶ ἐπόρνευσαν ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν. » *Πορνείαν* ἐνταῦθα οὐ τὴν ἀκολασίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν εἰδώλων λατρείαν καλεῖ. Ἐπειδὴ γὰρ τῷ Θεῷ συνημμένοι τὴν ἐκείνων θεραπείαν ἠγάπησαν, τὴν δεισιδαιμονίαν εἰκότως πορνείαν ἐκάλεσεν.

[p] Num. xx, 10.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[59] *Ὁ*. cod. 1 præm. αὐτός. [60] *Ῥᾴδιον*. cod. 1 add. ἦν. [61] cod. 1 διελέγχει. [62] *Τὴν γὰρ* κ. τ. λ. Pauca præmittuntur apud Cord. l. c. p. 156. [63] *Ἀλλὰ — ἐζήλωσαν*. Alia habet Cord. l. c. [64] *Καὶ ἐμιάνθη*. Hebr. *Et polluerunt sese*. [65] *Τὸν — κατέλιπον*. Des. apud Cord. l. c. p. 157. [66] *Ποίαν — σφαγάς*. Hæc apud Cord. l. c. ad vers. 35 apposita sunt.

μ'-μβ'. « Καὶ ὠργίσθη θυμῷ Κύριος ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ ἐβδελύξατο τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ. Καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς εἰς χεῖρας ἐχθρῶν [67], καὶ ἐκυρίευσαν αὐτῶν οἱ μισοῦντες αὐτούς. Καὶ ἔθλιψαν αὐτοὺς οἱ ἐχθροὶ αὐτῶν, καὶ ἐταπεινώθησαν ὑπὸ τὰς χεῖρας αὐτῶν. » Ταῦτα καὶ ἡ τῶν Κριτῶν ἱστορία διδάσκει, καὶ μέντοι καὶ ἡ τῶν Βασιλειῶν συγγραφή. Ποτὲ μὲν γὰρ Μωαβίταις, ποτὲ δὲ Ἀμμανίταις, ἄλλοτε δὲ Ἀμαλακίταις, καὶ Μαδιηναίοις, καὶ Ἀλλοφύλοις παρέδωκε, τῇ παιδείᾳ τὴν ὠφέλειαν καρπούμενος [68].

μγ'. « Πλεονάκις ἐῤῥύσατο αὐτούς· αὐτοὶ δὲ παρεπίκραναν αὐτὸν ἐν τῇ βουλῇ αὐτῶν, καὶ ἐταπεινώθησαν ἐν ταῖς ἀνομίαις αὐτῶν. » Ἐπάγων γὰρ τὴν παιδείαν πάλιν μετεδίδου φιλανθρωπίας· οἱ δὲ αὐτὸν τοῖς ἐναντίοις ἠμείβοντο.

μδ'. « Καὶ εἶδε Κύριος [69] ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτοὺς, ἐν τῷ αὐτὸν εἰσακοῦσαι τῆς δεήσεως αὐτῶν [70]. » Ταῦτα καὶ αἱ ἱστορίαι διδάσκουσι· καὶ ὅτι ἐδεήθησαν τοῦ Θεοῦ ἀπὸ [71] τῆς ἀνάγκης ὠθούμενοι· καὶ ὅτι δεηθέντες ἠκούσθησαν.

με'. « Καὶ ἐμνήσθη τῆς διαθήκης αὐτοῦ, καὶ μετεμελήθη κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέου [72] αὐτοῦ. » Διὰ γὰρ τὰς πρὸς τοὺς πατέρας ἐπαγγελίας τὸν ἔλεον ἐχορήγησε· *μεταμέλειαν* δὲ καλεῖ τῆς παιδείας τὴν παῦλαν. Ὁ γὰρ Θεὸς τῆς μεταμελείας οὐκ ἔχει τὸ πάθος, οὐδὲ νῦν μὲν τούτοις, νῦν δὲ ἐκείνοις ἀρέσκεται· ἀλλὰ σοφῶς ἅπαντα πρυτανεύων, καὶ παιδείας ἐπάγει, καὶ φιλανθρωπίαν ὀρέγει.

μς'. « Καὶ ἔδωκεν αὐτοὺς εἰς οἰκτιρμοὺς, ἐναντίον πάντων τῶν αἰχμαλωτευσάντων αὐτούς. » Οὕτω τὸν Κῦρον κατέθελξεν, καὶ εἰς ἔλεον ἔκαμψε, καὶ δοῦναι τοῖς δορυαλώτοις τὴν ἐλευθερίαν πεποίηκε.

μζ'. « Σῶσον ἡμᾶς, Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ ἐπισυνάγαγε ἡμᾶς ἐκ τῶν ἐθνῶν· τοῦ ἐξομολογήσασθαι τῷ ὀνόματί σου τῷ ἁγίῳ, τοῦ ἐγκαυχᾶσθαι ἐν τῇ αἰνέσει σου. » Καὶ ταῦτα δηλοῖ, ὡς ὁ προφητικὸς αὐτοὺς διδάσκει λόγος, πῶς δεῖ τὸν Θεὸν ἱλεώσασθαι, καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ κηδεμονίας τυχεῖν. Καὶ ὁ θεσπέσιος δὲ Ἀπόστολος τὴν ἐσομένην Ἰουδαίοις σωτηρίαν διὰ Ἠλιοῦ τοῦ Θεσβίτου προηγόρευσεν· « Ἥξει ἐκ Σιὼν [73], φησὶν, ὁ ῥυόμενος, καὶ ἀποστρέψει ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακώβ· καὶ αὕτη αὐτοῖς ἡ παρ' ἐμοῦ διαθήκη, ὅταν ἀφέλωμαι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. » Οὐ μὲν τὴν οἰκοδομίαν τῆς Ἱερουσαλὴμ προσμεῖναι δεῖ, κατὰ τοὺς μύθους τῶν ἀνοήτων, καὶ τὴν κατὰ νόμον λατρείαν, καὶ τὰς ἀλόγους θυσίας, καὶ περιτομὴν, καὶ σάββατον, καὶ σκιώδη περιῤῥαντήρια μετὰ τὸ πανάγιον βάπτισμα· ταῦτα γὰρ γραϊδίων μεθυόντων παραληρήματα [74]· ἀλλὰ κλῆσιν καὶ ἐπίγνωσιν ἀληθείας, καὶ πίστιν εἰς τὸν Δεσπότην Χριστὸν, καὶ τῆς καινῆς διαθήκης τὴν πολιτείαν.

VERS. 40-42. « Et iratus est furore Dominus in populum suum, et abominatus est hæreditatem suam. *Et tradidit eos in manus hostium, et dominati sunt iis, qui oderunt eos. Et tribulaverunt eos inimici eorum, et humiliati sunt sub manibus eorum. » Hæc et Judicum historia docet, atque etiam Regnorum libri. Nam modo quidem Moabitis, modo vero Ammanitis, alias autem Amalecitis, et Madianæis, et Allophylis eos tradidit, ut per castigationem commodis ipsorum consuleret.

VERS. 43. « Sæpe liberavit eos, ipsi autem exacerbaverunt eum consilio suo, et humiliati sunt in iniquitatibus suis. » Infligens enim pœnam, rursus benignitatem largitus est; ipsi autem contraria rependebant.

VERS. 44. « Et vidit Dominus cum tribularentur, cum audiret orationem eorum. » Hæc etiam historiæ docent, et ipsos Deum obsecrasse a necessitate impulsos, et cum preces fudissent, exauditos fuisse.

VERS. 45. « Et memor fuit fœderis sui, et pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ. » Nam propter promissiones patribus factas misericordiam exhibuit. *Pœnitentiam* **1364** vero nuncupat pœnæ cessationem. Siquidem pœnitentiæ affectus in Deum non cadit, neque modo his, modo illis delectatur : sed omnia sapienter moderans, et supplicia infligit, et benignitatem exhibet.

VERS. 46. « Et effecit, ut misericordiam consequerentur coram omnibus qui ceperant eos. » Sic Cyrum demulsit, et ad misericordiam inflexit, et ut captivis libertatem daret, effecit.

VERS. 47. « Salvos nos fac, Domine Deus noster, et congrega nos de nationibus : ut confiteamur nomini tuo sancto, et gloriemur in laude tua. » Et hæc ostendunt, prophetam ipsos docere, quomodo oporteat Deum placare, et providam ejus curam consequi. Et divinus Apostolus futuram Judæorum salutem per Eliam Thesbitam asserit. « Veniet, inquit, ex Sione qui eripiat, et avertat impietatem a Jacobo : et hoc illis a me testamentum, cum abstulero peccata eorum [q]. » Non igitur ædificationem Hierosolymæ exspectare oportet, secundum fabulas stultorum, et cultum *secundum legem, et sacrificia rationis expertia, et circumcisionem, et sabbatum, et umbratiles aspersiones post sanctum baptisma (hæc enim omnia ebriarum anicularum sunt deliramenta), sed vocationem, et veritatis cognitionem, et fidem in Dominum Christum, et novi testamenti constitutionem.

[q] Rom. XI, 26, 27; coll. Isa. LIX, 20.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[67] *Ἐχθρῶν*. Hebr. *gentium*. [68] *Καρπ.* cod. 1 πραγματευόμενος. [69] *Κύριος*. Abest a textu Hebr. [70] *Τῆς δεήσεως αὐτῶν*. Hebr. *Clamorem eorum*. [71] cod. 1 ὑπό. [72] cod. 1 ἐλέους. [73] *Ἐκ Σιών*. Abest a cod. 1. [74] *Παραλ.* cod. 1 τὰ ληρήματα. Post ἀλλὰ ibid. sequitur *καί*.

VERS. 48. « Benedictus Dominus Deus Israelis a A sæculo, et usque in sæculum, et dicet omnis populus : Fiat, fiat. » Laudabilis enim **1365** est in omnibus universorum Dominus, qui Israelis Deus vocatur, qui ob hominum salutem tanta subiit. Decet autem omnem populum laudantium voci *Amen* subjungere : quandoquidem *Fiat*, *fiat*, Hebræus *Amen et Amen* vocat. Unde etiam consuetudo in Ecclesiis permansit, ut doxologiæ sacerdotis populus per verbum *Amen* assentiatur, eamque quæ hinc proficiscitur communionem offerat, ac vicissim benedictionem recipiat.

μη'. « Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ ἀπὸ τοῦ αἰῶνος, καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος· καὶ ἐρεῖ πᾶς ὁ λαὸς, Γένοιτο, γένοιτο [75]. » Ὑμνητὸς γὰρ ἐπὶ πᾶσι τῶν ὅλων ὁ Κύριος, ὁ τοῦ Ἰσραὴλ χρηματίσας Θεὸς, ὁ τοσαῦτα τῆς τῶν ἀνθρώπων ἕνεκα πραγματευσάμενος [76] σωτηρίας. Προσήκει δὲ τὸν λαὸν ἅπαντα τὸ Ἀμὴν τῇ τῶν ὑμνούντων ἐπιφέρειν φωνῇ. Τὸ γὰρ *Γένοιτο, γένοιτο, Ἀμὴν καὶ ἀμὴν*, ὁ Ἑβραῖος καλεῖ. Ὅθεν καὶ τὸ ἔθος ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις μεμένηκε τὸ τῇ δοξολογίᾳ τοῦ ἱερέως διὰ τοῦ Ἀμὴν συντίθεσθαι τὸν λαὸν [78], καὶ τὴν ἐντεῦθεν κοινωνίαν προσφέρειν, καὶ τὴν εὐλογίαν λαμβάνειν.

INTERP. PSALMI CVI.

« Alleluia. » Sæpius ostendimus umbram novi testamenti esse vetus : nec minus ex hoc psalmo B facile id disci potest. Judæorum quippe libertatem psalmus præcinit, et omnium hominum salutem prædicit. Pulchre vero cohæret cum præcedentibus. Centesimus enim quartus promissiones a Deo patriarchis factas continet, et dona illorum posteris præbita. Qui proximus est, præter beneficia, Judæorum ingratum animum docuit, pœnasque istis propterea irrogatas. Hic autem servitutis libertatem per inexplicabilem Dei benignitatem ipsis concessam vaticinatur. Et quoniam in illis res nostræ adumbratæ sunt, cernimus autem hoc in psalmo nostræ salutis vaticinationes : magna ex parte nobis potius, quam illis, vaticinatio convenit.

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΡϚ' ΨΑΛΜΟΥ.

Ἀλληλούϊα. Πολλάκις ἀπεδείξαμεν, ὅτι σκιὰ τῆς καινῆς ἡ παλαιὰ διαθήκη· οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ ἐκ τοῦδε τοῦ ψαλμοῦ ῥᾴδιον τοῦτο καταμαθεῖν. Τήν τε γὰρ Ἰουδαίων ἐλευθερίαν θεσπίζει [79], καὶ τὴν πάντων ἀνθρώπων σωτηρίαν προαγορεύει. Ἔχει δὲ πολλὴν πρὸς τοὺς προτεταγμένους ἀκολουθίαν. Ὁ μὲν γὰρ τέταρτος καὶ ἑκατοστὸς διήγησιν ἔχει τῶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πρὸς τοὺς πατριάρχας γεγενημένων ἐπαγγελιῶν, καὶ τῶν τοῖς ἐκείνων ἐκγόνοις παρασχεθεισῶν δωρεῶν. Ὁ δὲ μετὰ ἐκεῖνον, πρὸς ταῖς εὐεργεσίαις, καὶ τὴν Ἰουδαίων ἀχαριστίαν ἐδίδαξε, καὶ τὰς δι' ἐκείνην ἐπενεχθείσας τιμωρίας αὐτοῖς. Οὗτος δὲ προαγορεύει τὴν τῆς αἰχμαλωσίας ἀπαλλαγὴν διὰ τὴν ἄῤῥητον τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν γεγενημένην. Ἐπειδὴ δὲ καὶ [80] ἐν ἐκείνοις ἐσκιογράφηται τὰ ἡμέτερα, ὁρῶμεν δὲ καὶ ἐν τῷδε τῷ ψαλμῷ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας τὰ θεσπίσματα· μᾶλλον ἡμῖν ἢ ἐκείνοις ἁρμόττει τῆς προφητείας τὸ πλεῖστον.

VERS. 1. « Confitemini Domino quoniam bonus, C **1366** quoniam in sæculum misericordia ejus. » Rursus sermo propheticus nos ut Deum beneficii auctorem laudemus hortatur : causam vero hujusmodi laudis benignitatem esse dicit.

VERS. 2. « Dicant qui redempti sunt a Domino, quos redemit e manu inimici. » Et Judæos a Babyloniorum servitute liberatos hymnos canere oportebat : et nos hoc semper facere decet, qui a diaboli tyrannide liberati sumus.

VERS. 3. « Et de regionibus congregavit eos, a solis ortu et occasu, ab aquilone et mari. » Hoc in Judæis quidem ad hunc modum factum non didicimus. Etenim per totum terrarum orbem dissipati vitam ducunt. Ecclesiam vero gentium in omnibus D orbis partibus, et orientalibus et occiduis, australibus et aquilonaribus, vocavit et conflavit : et hujusmodi conventus ubique terrarum et maris conspici possunt. In Judæis tamen obscure hoc factum fuit, cum nonnulli e Babylone reversi essent, pauci vero quidam per id temporis ex Ægypto, et finitimis gentibus, collecti fuissent.

α'. « Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ ὅτι χρηστὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. » Πάλιν ὑμνεῖν ὁ προφητικὸς παρακελεύεται λόγος τὸν εὐεργέτην Θεόν· αἰτίαν δὲ τῆς ὑμνῳδίας τὴν φιλανθρωπίαν εἶναί φησιν.

β'. « Εἰπάτωσαν οἱ λελυτρωμένοι ὑπὸ Κυρίου, οὓς ἐλυτρώσατο ἐκ χειρὸς ἐχθροῦ [81]. » Καὶ Ἰουδαίους ὑμνεῖν ἔδει τῆς Βαβυλωνίων ἐλευθερωθέντας δουλείας· καὶ ἡμᾶς ἀεὶ προσήκει τοῦτο ποιεῖν, τῆς τοῦ διαβόλου τυραννίδος ἀπαλλαγέντας.

γ'. « Καὶ ἐκ τῶν χωρῶν συνήγαγεν αὐτούς· ἀπὸ ἀνατολῶν, καὶ δυσμῶν, καὶ βοῤῥᾶ, καὶ θαλάσσης. » Τοῦτο ἐπὶ μὲν Ἰουδαίων οὕτω [82] γεγενημένον οὐ [83] μεμαθήκαμεν. Κατὰ πᾶσαν γὰρ τὴν οἰκουμένην ἐσκεδασμένοι διάγουσι [84]. Τὴν δὲ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν ἐν ἅπασι τῆς οἰκουμένης τοῖς τμήμασιν [85], ἑῴοις τε καὶ ἑσπερίοις, νοτίοις τε καὶ ἀρκτῴοις, ἐκάλεσε καὶ συνήθροισε· καὶ τοὺς τοιούτους συλλόγους πανταχοῦ γῆς καὶ θαλάττης ἔστιν ἰδεῖν. Ἐπὶ μέντοι Ἰουδαίων ἀμυδρῶς τοῦτο γεγένηται· τινῶν [86] μὲν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπανελθόντων [87], ὀλίγων δέ τινων κατ' ἐκεῖνον τοῦ καιροῦ συλλεγέντων ἐξ Αἰγύπτου, καὶ τῶν πλησιοχώρων ἐθνῶν.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[75] *Γένοιτο*. In textu Hebr. non repetitur אָמֵן. [76] cod. 1 πραγματευόμενος. [77] *Καί*. Abest a cod. 1. [78] *Τὸν λαόν*. Des. in cod. 1. [79] cod. 1 προθεσπίζει. [80] *Καί*. Abest a cod. 1. [81] cod. 1 ἐχθρῶν. [82] cod. 1 οὔπω. [83] *Οὐ*. Abest a cod. 1. [84] *Διάγουσι*. cod. 1 τυγχάνουσι, quod tamen alia manu scriptum esse videtur. [85] *Τμήμασιν*. cod. 1 add. θεωρουμένην, quod etiam aliam manum prodit. [86] *Τινῶν*. cod. 1 add. τῶν. [87] cod. 1 ἐλθόντων, ascripta tamen altera lectione.

δ'. « Ἐπλανήθησαν ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐν ἀνύδρῳ[88]. » A Καὶ Βαβυλὼν ἔρημος καὶ ἄνυδρος· ἔρημος γὰρ ὑπῆρχε τοῦ Θεοῦ· καὶ τῆς πνευματικῆς ἀρδείας, δουλεῦον ἐκείνῃ, ἐστέρητο τῶν Ἰουδαίων τὸ πλῆθος· καὶ οἱ ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκότες ὡσαύτως ἐν ἐρήμῳ καὶ ἀνύδρῳ διῆγον, ἐλπίδα μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι ὄντες, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος. « Ὁδὸν πόλεως κατοικητηρίου οὐχ εὗρον. » Οὔτε γὰρ Ἰουδαῖοι διαφυγεῖν τοὺς ἀνδραποδίσαντας ἴσχυον, καὶ τὴν οἰκείαν πατρίδα καταλαβεῖν· οὔτε οἱ ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκότες, πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐνανθρωπήσεως τὴν ἐπὶ τὴν θείαν πόλιν ἄγουσαν εὗρον ὁδόν. Πόλιν[88*] ἐνταῦθα νοητέον τὴν εὐσεβῆ πολιτείαν.

ε'. « Πεινῶντες καὶ διψῶντες, ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἐν αὐτοῖς ἐξέλιπεν. » Θείας διδασκαλίας λιμὸς καὶ τούτους B κἀκείνους ἐπίεζεν. Ἰουδαῖοι μὲν γὰρ ἐν Βαβυλῶνι δουλεύοντες, καὶ ἱερέων ἐστέρηντο, καὶ τὴν κατὰ νόμον λατρείαν πληροῦν οὐκ ἠδύναντο. Τὰ δὲ ἔθνη πάλιν οὔτε νόμον θεῖον ἐδέδεκτο, οὔτε πνευματικῆς διδασκαλίας ἀπήλαυε, δι' ὧν αἱ ψυχαὶ πεφύκασι τρέφεσθαι. Τοῦτον μέν τοι τὸν λιμὸν Ἰουδαίοις ἠπείλησεν ὁ Θεός· « Ἐπάξω γάρ, ἔφη, λιμὸν[89] ἐπὶ τὴν γῆν, οὐ λιμὸν ἄρτου, οὐδὲ δίψαν ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸν τοῦ ἀκοῦσαι λόγον Κυρίου. »

ς'. « Καὶ ἐκέκραξαν πρὸς Κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτούς, καὶ ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν ἐρρύσατο αὐτούς. » Τῶν[90] μὲν Ἰουδαίων οἱ εὐσεβέστεροι τῷ Θεῷ τὴν ἱκετείαν[91] προσήνεγκαν· καὶ τοῦτο ἡμᾶς καὶ[92] ἡ τοῦ Δανιὴλ προφητεία διδάσκει. Καὶ αὐτὸς C γάρ, καὶ Ἀνανίας, καὶ Ἀζαρίας, καὶ Μισαήλ, ὑπὲρ πάντων ποτνιώμενοι, τὸν θεῖον ἐζήτησαν ἔλεον. Τὰ δὲ ἔθνη ἔστενε μὲν ταῖς παντοδαπαῖς προσπαλαίοντα συμφοραῖς, καὶ οἰμωγαῖς, καὶ θρήνοις ἀπαραμυθήτοις ἐκέχρηντο, τῆς ἀναστάσεως οὐκ ἔχοντα τὴν ἐλπίδα, οὐ μὲν[93] τὴν λύσιν τῶν κατεχόντων δεινῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἐζήτησαν[94]. Εἶδε δὲ ὅμως στένοντας ὁ φιλάνθρωπος, καὶ τὸν ἔλεον ὤρεξεν[95].

ζ'. « Καὶ ὡδήγησεν αὐτοὺς εἰς ὁδὸν εὐθεῖαν, τοῦ πορευθῆναι εἰς πόλιν κατοικητηρίου. » Ἰουδαίοις μὲν γὰρ διὰ Κύρου τοῦ Πέρσου τὴν ἐπάνοδον ἐδωρήσατο· τὰ δὲ ἔθνη διὰ τῶν ἁγίων ἐποδήγησεν ἀποστόλων, καὶ τὴν ἄνω πόλιν ὑπέδειξε, τὴν ἐν ὄρεσιν ἁγίοις[96] τοὺς θεμελίους ἔχουσαν, ἧς τεχνίτης καὶ D δημιουργὸς ὁ Θεός.

η'. « Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ Κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. » Ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως· *Καὶ τὰ τεράστια αὐτοῦ τὰ εἰς τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων*. Τὸν μὲν

VERS. 4. « Erraverunt in deserto, ubi non erat aqua. » Et Babylon erat deserta et sine aqua : deserta enim erat a Deo, et populus Judæorum illi serviens spirituali irrigatione privatus erat. Et illi qui ex gentibus crediderunt, similiter in solitudine, et in terra sine aqua vitam degebant, cum spem minime haberent, et impii essent, ut ait divinus Apostolus [r]. « Viam civitatis habitaculi **1367** non invenerunt. » Nec enim Judæi eos, a quibus captivi facti sunt, declinare potuerunt, seque in patriam suam recipere : neque ii qui ex gentibus crediderunt, ante Salvatoris incarnationem, viam ad divinam civitatem ducentem invenerunt. Civitas hic intelligenda est pia conversatio.

VERS. 5. « Esurientes et sitientes, anima eorum in ipsis defecit. » Divinæ doctrinæ fames et hos et illos premebat. Judæi enim Babylone servientes, et sacerdotibus orbati erant, et cultum secundum legem perficere minime poterant. Cæterum gentes neque divinam acceperant legem, neque spirituali doctrina fruebantur, quibus animæ nutriri solent. Hanc igitur famem Judæis Deus minatus est. « Inducam enim, ait, famem super terram : non famem panis, neque sitim aquæ, sed famem audiendi verbum Dei [s]. »

VERS. 6. « Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur, et ex angustiis eorum eripuit eos. » Judæorum quidem religiosissimi quique Deo preces obtulerunt, et hoc Danielis quoque vaticinatio nos docet [t]. Etenim et ipse, et Ananias, et Azarias, et Misael pro omnibus precantes divinam efflagitabant misericordiam. At gentes, cum omnis generis calamitatibus colluctantes, ingemiscebant quidem, et ejulatibus fletibusque gravissimis utebantur, resurrectionis spem non habentes : depulsionem vero malorum, a quibus detinebantur, a Deo universorum non expetebant. Vidit tamen eos lugentes **1368** benignus Deus, et misericordem se exhibuit.

VERS. 7. « Et deduxit eos in viam rectam, ut irent in civitatem habitationis. » Judæis enim per Cyrum Persam reditum donavit : gentes vero per sanctissimos apostolos deduxit, supernamque civitatem iis ostendit, quæ fundamenta in montibus sanctis habet, cujus artifex et opifex est Deus.

VERS. 8. « Confiteantur in honorem Domini misericordiam ejus, et mirabilia ejus inter filios hominum. » Symmachus autem sic : *Et prodigia ejus erga filios hominum edita*. Hymnum sane gratiarum

[r] I Thess. IV, 12. [s] Amos VIII, 11. [t] Dan. II.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[88] *Ἐν ἀνύδρῳ*. Hebr. *In solitudine viæ* s. in qua non est via. Sed οἱ Ο' vocem דֶּרֶךְ ad sequentia retulerunt. [88*] *Πόλιν*. cod. 1 add. δέ. [89] *Λιμόν*. Abest a cod. 1. [90] *Τῶν — ἐζήτησαν ἔλεον*. Desunt apud Cord. t. III, p. 181. [91] cod. 1 ἱκετηρίαν. [92] *Καί*. Abest a cod. 1. [93] cod. 1 μὴν. [94] cod. 1 ἐξῄτησαν. [95] *Ἔλεον ὤρεξεν*. His quædam subjiciuntur apud Cord. l. c. [96] *Ἐν ὄρεσιν ἁγίοις*. Des. in cod. 1.

actionis non misericordia Deo offert, nec etiam mirabilia, sed ii qui tot bona perceperunt. Nam admirabilis quidem, et admiratione digna Judæorum libertas fuit : sed longe admirabilior, et omni admiratione dignior, orbis salus, et mutatio in melius, errorisque cessatio, et veritatis cognitio. Horum autem omnium divina misericordia conciliatrix fuit. « Non enim propter justitias nostras, quas fecimus, ut ait divinus Apostolus, sed secundum multam suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis, et renovationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde[u]. »

VERS. 9, 10. « Quoniam satiavit animam inanem, et animam esurientem implevit bonis. Sedentes in tenebris et umbra mortis, vinctos mendicitate et ferro. » Et Judæos servituti et ærumnæ addictos, et fame confectos, a malis **1369** quibus detinebantur liberavit, et totam hominum naturam divinis doctrinis aluit, et ab ignorantiæ caligine liberatam, lumine divinæ cognitionis illustravit, et incumbentem mortis umbram discussit, cum resurrectionis spem dedisset, et fortissima peccati vincula disrupit. « Unusquisque enim, inquit, suorum peccatorum catenis stringitur[v]. » Et : « Væ illis qui sua peccata veluti longo funiculo trahunt, et tanquam loro jugi juvencæ iniquitates suas[x]. »

VERS. 11, 12. « Quia exacerbaverunt eloquia Dei, et consilium Altissimi irritaverunt. Et humiliatum est laboribus cor eorum; infirmati sunt, nec fuit qui adjuvaret. » Harum autem omnium calamitatum Judæis, atque etiam omnibus hominibus, peccatum causa fuit. Nam et illi pœnas pendentes, Babyloniorum servituti traditi fuere : et omnes homines, post præcepti transgressionem, laborum miseriis obnoxii fuerunt. Post hæc enim audivit Adam : « Maledicta terra in operibus tuis, spinas et tribulos germinabit tibi. In doloribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ ; in sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec revertaris ad terram, de qua sumptus es, quoniam terra es, et in terram reverteris[y]. » Talibus calamitatibus cincti, solutionem nullam imminentium malorum invenerunt : sed ille, qui hisce malis hos addixit, ipse etiam liberationem ab his largitus est. Sic enim ait :

VERS. 13, 14. « Et **1370** clamaverunt ad Dominum cum tribularentur, et ex angustiis eorum liberavit eos. Et eduxit eos e tenebris et umbra mortis, et vincula eorum disrupit. » Miseratus enim et hos et illos, hos quidem ex impendentibus eri-

A τοι χαριστήριον ὕμνον οὐχ ὁ ἔλεος τῷ Θεῷ προσφέρει, οὔτε μὲν[97] τὰ θαυμάσια, ἀλλ' οἱ τῶν τοσούτων ἀγαθῶν ἀπολαύσαντες. Θαυμαστὴ μὲν γὰρ καὶ ἀξιάγαστος καὶ Ἰουδαίων ἐλευθερία· θαυμασιωτέρα[98] δὲ καὶ ἀξιαγαστοτέρα τῆς οἰκουμένης ἡ σωτηρία, καὶ ἡ ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολὴ, καὶ τῆς πλάνης ἡ παῦλα, καὶ τῆς ἀληθείας ἡ γνῶσις. Τούτων δὲ πάντων ὁ θεῖος πρόξενος ἔλεος. « Οὐ γὰρ διὰ τὰς δικαιοσύνας ἡμῶν, ἃς ἐποιήσαμεν[99], φησὶν[1] ὁ θεῖος Ἀπόστολος, ἀλλὰ κατὰ τὸ πολὺ ἔλεος αὐτοῦ ἔσωσεν ἡμᾶς διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας, καὶ ἀνακαινώσεως Πνεύματος ἁγίου, οὗ ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως. »

θ', ι'. « Ὅτι ἐχόρτασε ψυχὴν κενὴν[2], καὶ ψυχὴν[3] πεινῶσαν ἐνέπλησεν ἀγαθῶν. Καθημένους ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου, πεπεδημένους ἐν πτωχείᾳ καὶ σι-
B δήρῳ. » Καὶ Ἰουδαίους[4] δουλείᾳ καὶ κακουχίᾳ συνεζευγμένους, καὶ λιμῷ τηκομένους, τῶν κατεχόντων δεινῶν ἠλευθέρωσε· καὶ ἅπασαν ἀνθρώπων τὴν φύσιν ταῖς θείαις διδασκαλίαις διέθρεψε, καὶ τοῦ ζόφου τῆς ἀγνοίας ἐλευθερώσας, τῷ φωτὶ τῆς θεογνωσίας κατηύγασε, καὶ τὴν ἐπικειμένην τοῦ θανάτου σκιὰν ἀπεσκέδασε, τῆς ἀναστάσεως δεδωκὼς τὴν ἐλπίδα· καὶ διέῤῥηξε τὰ ἰσχυρὰ τῆς ἁμαρτίας δεσμά. « Σειραῖς γὰρ, φησὶ, τῶν ἑαυτοῦ ἁμαρτημάτων[5] ἕκαστος σφίγγεται. » Καί· « Οὐαὶ οἱ ἐπισπώμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν ὡς σχοινίῳ μακρῷ, καὶ ὡς ζυγοῦ ἱμάντι δαμάλεων τὰς ἀνομίας αὐτῶν. »

ια', ιβ'. « Ὅτι παρεπίκραναν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν βουλὴν τοῦ Ὑψίστου παρώξυναν. Καὶ ἐτα-
C πεινώθη[6] ἐν κόποις ἡ καρδία αὐτῶν· ἠσθένησαν, καὶ οὐκ ἦν ὁ βοηθῶν. » Τούτων δὲ πάντων αἴτιον[7] τῶν ἀλγεινῶν, καὶ Ἰουδαίοις, καὶ μέντοι καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις, ἡ ἁμαρτία· κἀκεῖνοι γὰρ δίκας τίνοντες ἐξεδόθησαν τῇ Βαβυλωνίων δουλείᾳ· καὶ πάντες ἄνθρωποι, μετὰ τὴν παράβασιν τῆς ἐντολῆς, ὑπεβλήθησαν τῇ τῶν πόνων ταλαιπωρίᾳ. Μετὰ ταῦτα γὰρ ἤκουσεν Ἀδὰμ, « Ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου, ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνατελεῖ σοι[8], ἐν λύπαις φάγῃ αὐτὴν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου· ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου σου φάγῃ τὸν ἄρτον σου, ἕως τοῦ ἀποστρέψαι σε εἰς τὴν γῆν ἐξ ἧς ἐλήφθης, ὅτι γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. » Τοσαύταις[9] περιστοιχιζόμενοι συμφοραῖς λύσιν οὐδεμίαν εὕροντο τῶν ἐπικειμένων κακῶν, ἀλλ' ὁ ταύταις αὐτοὺς συγκλη-
D ρώσας, αὐτὸς καὶ τὴν τούτων ἀπαλλαγὴν ἐδωρήσατο. Φησὶ γάρ[10]·

ιγ', ιδ'. « Καὶ ἐκέκραξαν πρὸς Κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτοὺς, καὶ ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν ἔσωσεν αὐτούς. Καὶ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐκ σκότους, καὶ σκιᾶς θανάτου, καὶ τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν διέῤῥηξεν. » Οἰκτείρας γὰρ καὶ τούτους κἀκείνους, τοὺς μὲν τῶν

[u] Tit. III, 5, 6. [v] Prov. V, 22. [x] Isa. V, 18. [y] Gen. III, 17-19.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[97] cod. 1 μήν. [98] cod. 1 θαυμαστοτέρα. [99] Ἃς ἐποιήσ. Des. in cod. 1. [1] Φησίν. cod. 1 præm. ἤ. [2] Κενήν. Hebr. *sitientem*. [3] Ψυχήν. Abest a cod. Vat. [4] Καὶ Ἰουδ. κ. τ. λ. Alia exstant apud. Cord. l. c. p. 183. [5] cod. 1 ἁμαρτιῶν. [6] Καὶ ἐταπ. Hebr. *Humiliavit itaque*. [7] cod. 1 αἰτία. [8] Σοι. cod. 1 add. ἡ γῆ. [9] Τοσαύταις. cod. 1 add. δέ. [10] Φησὶ γάρ. Des. in cod. 1

ἐπικειμένων ἀπήλλαξε συμφορῶν, τοὺς δὲ τοῦ τῆς ἀγνοίας ἠλευθέρωσε σκότους, καὶ τῆς δουλείας διέῤῥηξε τὰ δεσμά.

ιε', ις'. « Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ Κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. Ὅτι συνέτριψε πύλας χαλκᾶς, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συνέθλασεν [11]. » Πύλας χαλκᾶς, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς, τὸ ἄφυκτον ἐκάλεσε τῶν κακῶν· καθάπερ γὰρ τὸν εἴσω τοιούτων καθειργμένον θυρῶν τε καὶ μοχλῶν, διαφεύγειν [12] τῶν ἀδυνάτων· οὕτως ἀμήχανον ἦν καὶ Ἰουδαίους τὴν Βαβυλωνίων διαδρᾶναι δουλείαν, καὶ πάντας ἀνθρώπους τοῦ θανάτου τὴν δυναστείαν. Μόνος δὲ ὁ θεῖος ἔλεος ἤρκεσε κἀκείνων καὶ τούτου διαλῦσαι τὸ κράτος, καὶ τῶν ἀνιαρῶν τὴν λύσιν χαρίσασθαι.

B ιζ'. « Ἀντελάβετο αὐτῶν [13] ἐξ ὁδοῦ ἀνομίας αὐτῶν· διὰ γὰρ τὰς ἀνομίας αὐτῶν ἐταπεινώθησαν. » Οὔτε Ἰουδαῖοι, οὔτε πᾶσα τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις, ἀδίκως τοῖς ἀνιαροῖς περιέπεσεν· ἀλλὰ καὶ οὗτοι κἀκεῖνοι δίκας ὧν ἐπλημμέλησαν τίνουσιν. Ἀλλ' ὅμως, καὶ τούτους κἀκείνους τοσούτοις ἐγκαλινδουμένους κακοῖς σωτηρίας ἠξίωσεν.

ιη'. « Πᾶν βρῶμα ἐβδελύξατο ἡ ψυχὴ αὐτῶν· καὶ ἤγγισαν ἕως τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου. » Ἰουδαῖοι μὲν γὰρ, τῷ πλήθει συνεχόμενοι τῶν κακῶν, καὶ αὐτὴν ἀπεστρέφοντο τὴν τροφήν. Τοῦτο γὰρ καὶ ἐν ἑτέρῳ ψαλμῷ, ὡς ἐξ ἐκείνων εἴρηκεν ὁ προφήτης· « Ὅτι ἐπελαθόμην τοῦ φαγεῖν τὸν ἄρτον μου. » Τὰ δὲ ἔθνη οὐδὲ [14] ταῖς τῶν οἰκείων φιλοσόφων διδασκαλίαις προσέχειν ἐβούλετο. Οὗ δὴ χάριν, οἱ μὲν Σωκράτους κατεψηφίσαντο θάνατον· οἱ δὲ τὸν Ἀνάξαρχον ξένῃ παρέδοσαν τιμωρίᾳ [15]· οἱ δὲ [16] ἄλλοι τοῦ Πυθαγόρου διαδόχους πικρῶς αἰκισάμενοι, πρόωρον αὐτοῖς ἐπήγαγον θάνατον. Ἀλλ' ὅμως [17] καὶ τούτοις ὁ τῶν ὅλων Θεὸς παρεσκεύασε μεταδοθῆναι τῆς ἀθανάτου τροφῆς, καὶ μετὰ πάσης ταύτῃ προσδραμεῖν προθυμίας ἀνέπεισε, καὶ τῶν τοῦ θανάτου πυλῶν ἠλευθέρωσε.

ιθ'. « Καὶ ἐκέκραξαν πρὸς Κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτοὺς, καὶ ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν ἔσωσεν αὐτούς. » Εἶτα διδάσκει τῆς σωτηρίας τὸν τρόπον.

κ'. « Ἀπέστειλε τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ ἰάσατο αὐτοὺς, καὶ ἐῤῥύσατο αὐτοὺς ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν. » Ὁ γὰρ Θεὸς Λόγος ἐνανθρωπήσας, καὶ ἀποσταλεὶς, ὡς ἄνθρωπος (ὡς γὰρ Θεὸς, ἀπερίγραφος, καὶ πανταχοῦ πάρεστι, καὶ περιέχει τὰ σύμπαντα), τὰ παντοδαπὰ τῶν ψυχῶν ἰάσατο τραύματα, καὶ τοὺς διαφθαρέντας ἀνέῤῥωσε λογισμούς. Οὕτω [18] τὴν ἁμαρτωλὸν ἐκείνην ἰάσατο γυναῖκα, καὶ θαῤῥεῖν παρεγγύησεν· οὕτω τὸν παρειμένον ἔσφιγξεν εἰρηκὼς,

A puit calamitatibus, hos vero ab ignorantiæ tenebris liberavit, servitutisque vincula disrupit.

VERS. 15, 16. « Confiteantur in honorem Domini misericordiam ejus, et mirabilia ejus inter filios hominum. Quia contrivit portas æneas, et vectes ferreos confregit. » Portas æneas et vectes ferreos, malorum vim inevitabilem nuncupavit. Sicut enim non potest fieri, ut is, qui intra tales januas et vectes detentus est, effugiat : sic fieri minime poterat, ut Judæi Babyloniorum evaderent servitutem, vel omnes homines mortis imperium. Sola autem divina misericordia et illorum et hujus potentiam evertere potuit, solutionemque a rebus tristibus præstare.

VERS. 17. « Suscepit eos de via iniquitatis eorum : propter injustitias enim suas humiliati sunt. » Nec Judæi, nec tota hominum natura injuste in mala incidit : sed et isti et illi pœnas eorum luunt, quæ patrare ausi sunt. Verumtamen et hos et illos talibus malis implicatos salute dignatus est.

VERS. 18. « Omnem escam abominata est anima eorum, et appropinquaverunt usque ad portas mortis. » Nam Judæi quidem tantis miseriis pressi, ipsum etiam cibum aversabantur. Hoc enim et in alio **1371** psalmo, veluti ex illorum persona, propheta dixit : « Quoniam oblitus sum comedere panem meum [z]. » Gentes vero nec ad suorum philo-C sophorum doctrinas attendere volebant. Propterea hi quidem Socratem ad mortem condemnarunt; alii vero Anaxarchum inusitata morte multarunt; alii autem Pythagoræ successores acerbe cruciatos immatura morte affecerunt. Verumtamen et his universorum Deus immortalem cibum impertiit, et cum omni animi promptitudine ad hunc accurrere persuasit, et a mortis januis vindicavit.

VERS. 19. « Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur, et ex angustiis eorum liberavit eos. » Deinde salutis modum docet.

VERS. 20. « Misit verbum suum, et sanavit eos : et erupit eos e pernicie sua. » Nam cum Deus Verbum humanam naturam suscepisset, atque ut homo D missus esset (ut Deus enim, est incircumscriptus, et ubique adest, et omnia continet), universa animarum vulnera sanavit, mentesque corruptas curavit. Sic et mulierem illam peccatricem sanam fecit [a], et ut bono animo esset, præcepit. Sic paralyticum consolidavit, dicens : « Remittuntur tibi

[z] Psal. CI, 4. [a] Matth. IX, 22.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[11] *Συνέθλασεν.* cod. 1 συνέτριψεν.. [12] cod. 1 διαφυγεῖν. [13] *Ἀντελ. αὐτῶν.* Hebr. אולים *stulti.* Sed οἱ Ο' æque *ac Syrus* et *Arabs* legisse videntur חעילם ut felici conjectura statuit Cel. Dathe in Not. ad h. l. interpretationis *Syr.* [14] cod. 1 οὐ. [15] cod. 1 τιμωρίας ἰδέᾳ. [16] *Οἱ δέ.* Des. in cod. 1. [17] *Ἀλλ' ὅμως.* cod. 1 ἀλλά. [18] *Οὕτω,* κ. τ. λ. Hæc des. apud Cord. p. 187.

peccata tua [b]. » Sic latroni paradisum reseravit [c], A
sic publicanos præceptores orbis terrarum reddidit, sic ad sanctum baptisma accedentes renovat et expiat, atque a peccati vulneribus liberat.

Vers. 21, 22. « Confiteantur in honorem Domini misericordiam **1372** ejus, et mirabilia ejus inter filios hominum. Et sacrificent ei sacrificium laudis, et annuntient opera ejus cum exsultatione. » Pro hisce omnibus justum est, ait, laudibus prosequi benignum Deum, qui tali misericordia usus est, et admirandam salutem nobis est largitus. Oportet autem nos non solos divina miracula scire, sed ignorantes docere, et omnes ad canendas laudes accendere. Notandum est igitur, quod sacrificium
laudis Deo offerre hic etiam admonuerit, non autem B
hostias brutorum animalium. Quapropter hic quoque cultum qui est secundum legem rejicit. *Sacrificium* vero *laudis*, Aquila *sacrificium gratiarum actionis* appellavit.

Vers. 23, 24. « Qui descendunt in mare navibus, facientes opus in aquis multis. Ipsi viderunt opera Domini, et mirabilia ejus in profundo. » Per similitudinem propheta hæc posuit. Dicit autem hoc: Quemadmodum qui navigant, et magna secant maria, præ cæteris divina miracula cernunt, cum in graves tempestates incidunt, et præter omnem humanam spem salutem consequuntur: sic et Judæi, cum in calamitates illas incurrissent, et libertatem recepissent, divinam didicerunt potentiam. Atque
etiam omnes homines, novam rerum mutationem C
conspicientes, et pristini erroris cessationem, animarumque tranquillitatem, ac resurrectionis portum, horum largitorem laudibus celebrant.

1373 Vers. 25, 26. « Dixit, et stetit spiritus procellæ, et exaltati sunt fluctus ejus. Ascendunt usque ad cœlos, et descendunt usque ad abyssos. » His quoque verbis docuit, ipso annuente, et tristia fieri, et postea jucunda succedere.

« Anima eorum malis tabescebat. [Vers. 27.] Turbati sunt, et moti sunt sicut ebrius, et omnis sapientia eorum absorpta est. » Perstat in similitudine. Et videtur quidem de navigantibus loqui;
per hæc autem innuit varias ac multiplices animæ D
calamitates, quas nemo humanæ sapientiæ vi discutere potest. Nec enim navium gubernatores, huc et illuc ebriorum instar agitati, cum adest tempestas, omnem adhibentes artem, mala superare possunt.

Vers. 28-30. « Et clamaverunt ad Dominum cum

« Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου. » Οὕτως ἀνέῳξε τῷ λῃστῇ τὸν παράδεισον, οὕτω τοὺς τελώνας διδασκάλους τῆς οἰκουμένης ἀπέφηνεν, οὕτω τοὺς παναγίῳ [19] προσιόντας βαπτίσματι νεουργεῖ καὶ καθαίρει, καὶ τῶν τῆς ἁμαρτίας ἀπαλλάττει τραυμάτων.

κα', κβ'. « Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ Κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. Καὶ θυσάτωσαν αὐτῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἐξαγγειλάτωσαν τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν ἀγαλλιάσει. » Ὑπὲρ δὴ τούτων ἁπάντων ὑμνεῖν [20], φησὶ, δίκαιον, τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν [21], ἐλέῳ τοσούτῳ χρησάμενον, καὶ τὴν παράδοξον ἡμῖν δωρησάμενον σωτηρίαν. Χρὴ δὲ μὴ μόνους εἰδέναι τὰς θείας θαυματουργίας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀγνοοῦντας διδάσκειν, καὶ πάντας διεγείρειν εἰς ὑμνῳδίαν. Ἐπισημήνασθαι μέντοι δεῖ, ὡς αἰνέσεως θυσίαν καὶ ἐνταῦθα προσενεγκεῖν τῷ Θεῷ παρεγγύησε, καὶ οὐ τῶν ἀλόγων τὰ θύματα. Τοιγαροῦν ἐκβάλλει καὶ ἐνταῦθα τὴν κατὰ νόμον λατρείαν. Τὴν δὲ τῆς *αἰνέσεως θυσίαν* ὁ Ἀκύλας *θυσίαν εὐχαριστίας* προσηγόρευσεν.

κγ', κδ'. « Οἱ καταβαίνοντες εἰς θάλασσαν ἐν πλοίοις, ποιοῦντες [22] ἐργασίαν ἐν ὕδασι πολλοῖς. Αὐτοὶ εἶδον τὰ ἔργα Κυρίου, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ ἐν τῷ βυθῷ. » Παραβολικῶς ταῦτα τέθεικεν ὁ προφήτης. Λέγει δὲ τοῦτο, ὅτι καθάπερ οἱ ναυτιλλόμενοι, καὶ τὰ μεγάλα διαπερῶντες πελάγη, διαφερόντως τὰς θείας μεγαλουργίας ὁρῶσι, κλύδωσι μὲν χαλεποῖς περιπίπτοντες, παρὰ πᾶσαν δὲ ἀνθρωπίνην ἐλπίδα τῆς σωτηρίας ἀπολαύοντες· οὕτω καὶ Ἰουδαῖοι ταῖς συμφοραῖς ἐκείναις περιπεσόντες, καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἀπειληφότες [23], τὴν θείαν κατέμαθον δύναμιν. Καὶ μὲν δὴ καὶ πάντες ἄνθρωποι τὴν ξένην τῶν πραγμάτων ὁρῶντες μεταβολὴν, καὶ τῆς προτέρας ἀπάτης τὴν παῦλαν, καὶ τῶν ψυχῶν τὴν γαλήνην, καὶ τῆς ἀναστάσεως τὸν λιμένα, τὸν τούτων θαυμάζουσι χορηγόν.

κε', κς'. « Εἶπε, καὶ ἔστη [24] πνεῦμα καταιγίδος, καὶ ὑψώθη τὰ κύματα αὐτῆς. Ἀναβαίνουσιν ἕως τῶν οὐρανῶν, καὶ καταβαίνουσιν ἕως τῶν ἀβύσσων. » Καὶ διὰ τούτων ἐδίδαξεν, ὡς αὐτοῦ νεύοντος, καὶ τὰ λυπηρὰ γίγνεται, καὶ τὰ θυμήρη προσγίνεται.

« Ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἐν κακοῖς ἐτήκετο. [κζ'.] Ἐταράχθησαν, καὶ [25] ἐσαλεύθησαν, ὡς ὁ μεθύων· καὶ πᾶσα ἡ σοφία αὐτῶν κατεπόθη. » Ἐπέμεινε τῇ τροπῇ· καὶ δοκεῖ μὲν περὶ τῶν ναυτιλλομένων λέγειν· αἰνίττεται δὲ διὰ τούτων τὰς παντοδαπὰς τῆς ψυχῆς συμφοράς· ἃς οὐδεὶς ἀνθρωπίνῃ σοφίᾳ χρώμενος ἱκανὸς διαλῦσαι. Οὐδὲ γὰρ οἱ κυβερνῆται, τῇδε κἀκεῖσε μεθυόντων δίκην περιφερόμενοι, ὅτ' ἂν ὑπάρχῃ τὸ κλυδώνιον, πᾶσαν εἰσφέροντες τὴν τέχνην, περιγενέσθαι δύνανται τῶν δεινῶν.

κη', λ'. « Καὶ ἐκέκραξαν πρὸς Κύριον ἐν τῷ θλί-

[b] Luc. v, 20. [c] Luc. xxiii, 43.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[19] *Παναγ*. cod. 1 præm. τῷ. [20] cod. 1 ἀνυμνεῖν. [21] *Θεόν*. Abest a cod. 1. [22] *Ποιοῦντες*. Repetitum in cod. 1 ex errore Librarii, ut videtur. [23] cod. 1 εἰληφότες. [24] *Καὶ ἔστη*. Hebr. *et stare fecit*, s. excitavit. [25] *Καί*. Abest a cod. 1 et a textu τῶν Ο'.

δεσθαι αὐτούς, καὶ ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν ἐξήγαγεν αὐτούς. Καὶ[26] ἐπέταξε τῇ καταιγίδι, καὶ ἔστη εἰς αὔραν, καὶ ἐσίγησαν τὰ κύματα αὐτῆς. Καὶ εὐφράνθησαν, ὅτι ἡσύχασαν. » Κἀκείνοις δὲ τοῖς πλέουσιν ἐπικαλουμένοις τὴν οἰκείαν ῥοπὴν ὀρέγει, καὶ νεύει· καὶ παραχρῆμα εἰς αὔραν πραεῖαν ἡ καταιγὶς μεταβάλλεται, καὶ τῆς ζάλης τὸ πέλαγος ἀπαλλάττεται, καὶ οἱ λυπηροῖς τισι προσπαλαίοντες διὰ τῆς αὐτοῦ χάριτος μεταβολὴν εὑρίσκουσι τῶν κακῶν. Οὕτως[27] Ἰουδαῖοι τῆς πικρᾶς δουλείας ἐκείνης ἠλευθερώθησαν. « Καὶ ὡδήγησεν αὐτοὺς ἐπὶ λιμένα θελήματος αὐτοῦ[28]. » Ἅμα γὰρ ἠθέλησε, καὶ λύσις ἐγένετο τῶν κακῶν, καὶ ἀντὶ τοῦ κλύδωνος ὁ λιμὴν ἀνεφάνη· καὶ τοῦτο δὲ μᾶλλον ἡμῖν, ἢ ἐκείνοις ἁρμόδιον. Ἡμᾶς γὰρ εἰς τὸν τοῦ θελήματος αὐτοῦ[29] λιμένα καθώρμισεν, τὴν θείαν αὐτοῦ δωρησάμενος γνῶσιν.

λα', λβ'. « Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ Κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. Ὑψωσάτωσαν αὐτὸν ἐν ἐκκλησίᾳ λαοῦ, καὶ ἐν καθέδρᾳ[30] πρεσβυτέρων αἰνεσάτωσαν αὐτόν. » Καὶ τοῦτο παρὰ τῶν πεπιστευκότων ἐθνῶν διηνεκῶς γινόμενον ἔστιν ἰδεῖν. Ἐν πάσαις γὰρ ταῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην Ἐκκλησίαις, τοῦ ἱεροῦ καθηγουμένου[31] συλλόγου, ἅπας ὁ λαὸς τὸν εὐεργέτην ὑμνεῖ, τῆς θείας φιλανθρωπίας τὰς θαυματουργίας διεξιών.

λγ', λδ'. « Ἔθετο ποταμοὺς εἰς ἔρημον, καὶ διεξόδους ὑδάτων εἰς δίψαν. Γῆν καρποφόρον εἰς ἅλμην ἀπὸ κακίας τῶν κατοικούντων ἐν αὐτῇ. » Ὑμνοῦσι δὲ αὐτὸν οἱ τῆς σωτηρίας τετυχηκότες, τὴν ξένην ὁρῶντες μεταβολήν. Οἱ γὰρ πάλαι πολλοῖς ἀρδόμενοι προφητικοῖς ποταμοῖς, καὶ καρπὸν ὥριμον προσφέροντες τῷ Θεῷ, νῦν οὐδὲ νοτίδος μικρᾶς ἀπολαύουσιν, ἀλλ' ἔρημοι πάμπαν διὰ τὴν οἰκείαν πονηρίαν τῆς προτέρας ἀρδείας γεγένηνται.

λε'. « Ἔθετο ἔρημον εἰς λίμνας ὑδάτων, καὶ[32] γῆν ἄνυδρον εἰς διεξόδους ὑδάτων. » Τὰ δὲ πάλαι ἔρημα ἔθνη, καὶ οὐδὲ βραχεῖαν ἐσχηκότα λιβάδα, τοῖς τῆς διδασκαλίας ὕδασι περικλύζεται, ὑπὲρ τὴν χρείαν τὰ λογικὰ δεχόμενα ῥεύματα.

λς'. « Καὶ κατῴκισεν ἐκεῖ πεινῶντας, καὶ συνεστήσαντο πόλεις κατοικεσίας. » Τοὺς γὰρ πάλαι λιμῷ τηκομένους, καὶ τῆς πνευματικῆς τροφῆς ἐνδεεῖς, ἐν ἐκείνοις κατῴκισε τοῖς ποταμοῖς, καὶ τὴν εὐσεβῆ συνεστήσατο πολιτείαν.

λζ'. « Καὶ ἔσπειραν ἀγροὺς, καὶ ἐφύτευσαν ἀμπελῶνας, καὶ ἐποίησαν καρπὸν γεννήματος. » Καὶ ταῦτα ἅπαντα τροπικῶς εἴρηκεν ὁ προφήτης. Καὶ ὁ Κύριος[33] παραβολαῖς τοιαύταις ἐχρήσατο· καὶ ποτὲ μὲν τοὺς ἀποστόλους ἐκάλεσε θεριστὰς, ποτὲ

A tribularentur, et ex angustiis eorum eduxit eos.' Et præcepit procellæ ejus, et constitit aura, et siluerunt fluctus ejus. Et lætati sunt, quia siluerunt. » Porro et illis qui navigant ipsum invocantibus opem suam confert, et annuit, statimque in tranquillam auram procella convertitur, et pelagus a fluctibus liberatur, et qui cum tristibus rebus colluctabantur, per ejus gratiam malorum mutationem nanciscuntur. Sic Judæi ab acerba illa servitute liberati fuere. « Et deduxit eos in portum voluntatis suæ. » Simul ac enim voluit, mala quoque depulsa sunt, et pro tempestate portus apparuit. Et hoc nobis potius quam illis congruens est. In

1374 voluntatis enim suæ portum nos deduxit,

B divinam suam cognitionem largitus.

VERS. 31, 32. « Confiteantur in honorem Domini misericordiam ejus, et mirabilia ejus inter filios hominum. Et exaltent eum in conventu populi, et in cathedra seniorum laudent eum. » Et hoc a gentibus, quæ crediderunt, continue fieri videre licet. In cunctis enim orbis terrarum Ecclesiis, sacro præeunte cœtu, omnis populus beneficii auctorem laudat, divinæ benignitatis miracula commemorans.

VERS. 33, 34. « Fecit ut flumina fierent desertum, et exitus aquarum, sitis. Ut terra fructifera fieret salsugo ob malitiam habitantium in ea. » Illi

C autem, qui salutem consecuti sunt, ipsum celebrant, novam et inusitatam intuentes mutationem. Qui enim multis olim sacrorum prophetarum fluminibus irrigati erant, tempestivumque fructum Deo afferebant, nunc ne perexiguo quidem humore perfruuntur, sed ob propriam pravitatem pristina irrigatione penitus destituti sunt.

VERS. 35. « Fecit ut desertum mutaretur in stagna aquarum, et terra aqua carens in exitus aquarum. » Gentes vero, quæ olim desertæ erant, quæque ne exiguam quidem stillam habebant, doctrinæ aquis irrigantur, utpote quæ spiritualia fluenta supra quam necesse sit, recipiunt.

VERS. 36. « Et collocavit ibi esurientes, et constituerunt civitates habitationis. » Eos enim, qui

D olim fame conficiebantur, et spirituali pabulo carebant, in * illis fluminibus habitare fecit, et piam

1375 vitæ rationem constituit.

VERS. 37. « Et seminaverunt agros, et plantaverunt vineas, et fecerunt fructum proventus. » Et hæc omnia propheta per translationem dixit. Ipse quoque Dominus hujusmodi comparationibus usus est. Aliquando enim apostolos messores vocavit,

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[26] *Καὶ — αὔραν*. Hebr. Stare *fecit turbinem in silentium. Theodot.* Καὶ ἔστησε τὴν καταιγίδα αὐτῶν εἰς αὔραν. Symm. Στήσαντος αὐτοῦ τὴν καταιγίδα εἰς γαλήνην. [27] cod. 1 οὕτω *καί*. [28] cod. Vatic. αὐτῶν. [29] *Αὐτοῦ*. Abest a cod. 1. [30] *Καθέδρᾳ*. Hebr. *In consessu*. [31] cod. 1 καθημένου. [32] *Καὶ ὑδάτων*. cod. 1 καὶ διεξόδους ὑδάτων εἰς δίψαν· γῆν καρποφόρον εἰς ἅλμην ἀπὸ κακιῶν κατοικούντων ἐν αὐτῇ. Hæc ex vers. 33 et 34 per errorem librarii irrepsisse videntur. [33] *Κύριος*. cod. 1 add. δέ.

aliquando vero seipsum satorem et agricolam, et terram bonam eos, qui facile verbi semina admittunt [d]. Apostolus autem inquit: « Ego plantavi, Apollo rigavit, Deus autem incrementum dedit [e]. » Et rursus: « Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis [f]. » Seminarunt igitur apostoli salutaria præconia, hortosque rationis compotes Deo conseverunt, et maturum justitiæ fructum Deo attulerunt, et omnes quibus post illos docendi munus commissum est, hoc idem facere non prætermittunt.

VERS. 38. « Et benedixit eis, et valde multiplicati sunt, et jumenta eorum non minuit. » Qui enim seminat cum benedictionibus, metet etiam cum benedictionibus, secundum divinum Apostolum [g]. *Jumenta* autem vocat eos, qui ab illis pascuntur, quos ipse auxit, cum virtutem edendi miracula eis suppeditasset. Et testis est beatus Lucas in Actibus dicens: « Dominus autem augebat quotidie qui salvi fierent in Ecclesia [h]. » Et ipse Dominus oves nuncupat eos qui crediderunt: « Oves enim, inquit, meæ vocem meam audiunt, et ego cognosco eas, et sequuntur me, et ego vitam æternam do eis [i]. » Hic rursus mala, quæ Judæis eventura erant, vaticinatur.

VERS. 39. « Et **1376** pauci facti sunt, et vexati sunt tribulatione malorum, et dolore. » Hoc igitur ait: Qui olim solitudinem incolebant, et terram inaquosam, tantam ubertatem ac benedictionem credendo consecuti sunt. Judæi vero, qui prophetica irrigatione olim fruebantur, ob pravam eorum mentem hac privati, et penitus deserti ac steriles permanentes, in omnis generis calamitates inciderunt, et per totum terrarum orbem disjecti sunt, ut eorum metropolis hominum numero frequens a paucissimis habitata sit.

VERS. 40. « Effusus est contemptus super principes eorum. » Eventus sane prædictioni testimonium dicit. Etenim qui videbantur * eorum principes, et doctores, nullius momenti facti sunt: sed qui olim illustres et clari erant, penitus ignobiles sunt, et ab illis ipsis despiciuntur. « Et errare fecit eos in invio, et non in via. » Symmachus autem sic: *Et errare faciet eos in vanitate mentis.* Deus nequaquam errorem immittit, sed errorem vetat: eos autem, qui minime obtemperantes sunt, gubernaculo carere permittit, isti vero sine gubernaculo huc et illuc vagantes errant. Hoc et Judæi perpessi sunt: nam divina derelicta via, suas sequuntur cogitationes.

A δὲ αὐτὸν σπορέα καὶ γεωργὸν, καὶ γῆν καλὴν τοὺς εὐπειθῶς δεχομένους τοῦ λόγου τὰ σπέρματα. Καὶ ὁ Ἀπόστολος δέ φησιν· « Ἐγὼ ἐφύτευσα, Ἀπολλὼς ἐπότισεν, ὁ δὲ Θεὸς ηὔξανεν. » Καὶ πάλιν· « Θεοῦ γεώργιόν ἐστε, Θεοῦ οἰκοδομή ἐστε. » Καὶ ἔσπειραν τοίνυν οἱ ἀπόστολοι [34] τὰ σωτήρια [35] κηρύγματα, καὶ τοὺς λογικοὺς τῷ Θεῷ κατεφύτευσαν παραδείσους, καὶ τὸν ὥριμον τῆς δικαιοσύνης καρπὸν τῷ Θεῷ προσεκόμισαν· καὶ ἅπαντες δὲ οἱ μετ' ἐκείνους τὴν διδασκαλίαν πεπιστευμένοι, ταυτὸ τοῦτο δρῶντες διατελοῦσιν.

λη'. « Καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς, καὶ ἐπληθύνθησαν σφόδρα, καὶ τὰ κτήνη αὐτῶν οὐκ ἐσμίκρυνεν. » Ὁ γὰρ [36] σπείρων ἐπ' εὐλογίαις, ἐπ' εὐλογίαις καὶ θερίσει, κατὰ τὸν θεῖον [37] Ἀπόστολον. *Κτήνη* δὲ B καλεῖ τοὺς ὑπ' αὐτῶν νεμομένους, οὓς αὐτὸς ηὔξησεν τῆς θαυματουργίας χορηγήσας τὴν δύναμιν. Καὶ μάρτυς ὁ μακάριος Λουκᾶς ἐν ταῖς Πράξεσι λέγων· « Ὁ δὲ Κύριος προσετίθει τοὺς σωζομένους καθ' ἡμέραν τῇ Ἐκκλησίᾳ. » Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος πρόβατα καλεῖ τοὺς πιστεύοντας [38]· « Τὰ πρόβατα γὰρ, φησὶ, τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούει, κἀγὼ γινώσκω αὐτὰ, καὶ ἀκολουθοῦσί μοι, κἀγὼ ζωὴν αἰώνιον δίδωμι αὐτοῖς. » Ἐνταῦθα πάλιν τὰ Ἰουδαίοις συμβησόμενα προθεσπίζει κακά.

λθ'. « Καὶ ὠλιγώθησαν, καὶ ἐκακώθησαν [39] ἀπὸ θλίψεως κακῶν καὶ ὀδύνης. » Τοῦτο [40] μὲν οὖν φησιν· Οἱ πάλαι τὴν ἔρημον οἰκοῦντες καὶ ἄνυδρον [41], τοσαύτης εὐλογίας καὶ εὐθηνίας πεπιστευκότες C ἀπήλαυσαν. Οἱ δὲ πάλαι τῆς τῶν προφητικῶν ποταμῶν ἀπολαύσαντες ἀρδείας, εἶτα ταύτης στερηθέντες διὰ τὴν πονηρίαν τῆς γνώμης, καὶ ἔρημοι παντελῶς μεμενηκότες καὶ ἄκαρποι, παντοδαπαῖς περιέπεσον συμφοραῖς, καὶ εἰς ἅπασαν τὴν οἰκουμένην διεσκεδάσθησαν, ὥστε τὴν πολυάνθρωπον αὐτῶν μητρόπολιν ὑπὸ ὀλίγων οἰκεῖσθαι.

μ'. « Ἐξεχύθη [42] ἐξουδένωσις ἐπ' ἄρχοντας αὐτῶν [43]. » Μαρτυρεῖ [44] δὲ τῇ προῤῥήσει τὰ πράγματα. Καὶ γὰρ οἱ δοκοῦντες αὐτῶν ἄρχοντες καὶ διδάσκαλοι, οὐδενὸς ἄξιοι καθεστήκασι λόγου· ἀλλ' οἱ πάλαι περιφανεῖς καὶ περίβλεπτοι, ἄσημοι παντελῶς εἰσι, καὶ [45] ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων καταφρονούμενοι. « Καὶ ἐπλάνησεν αὐτοὺς ἐν ἀβάτῳ, καὶ οὐχ ὁδῷ. » Ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτω· *Καὶ πλανήσει αὐτοὺς ἐν* D *ματαιότητι διανοίας.* Ὁ Θεὸς οὐκ ἐπάγει πλάνην, ἀλλ' ἀπαγορεύει τὴν πλάνην· τοὺς δὲ μὴ πειθομένους ἀκυβερνήτους ἐᾷ· οἱ δὲ ἀνερμάτιστοι περιφερόμενοι τῇδε κἀκεῖσε περιπλανῶνται. Τοῦτο καὶ Ἰουδαῖοι πεπόνθασι· τὴν θείαν [46] γὰρ καταλιπόντες ὁδὸν, τοῖς οἰκείοις ἕπονται λογισμοῖς.

[d] Joan. IV, 15. [e] I Cor. III, 6. [f] ibid. [g] II Cor. IX, 6. [h] Act. II, 47. [i] Joan. X, 27, 28.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[34] *Ἀπόστολοι.* cod. 1 præm. θεῖοι. [35] *Σωτήρια.* cod. 1 θεῖα. [36] *Ὁ γάρ,* κ. τ. λ. Pauca tantum habet Cord. l. c. p. 193. [37] *Θεῖον.* Abest. a cod. 1. [38] cod. 1 πιστεύσαντας. [39] *Ἐκακ.* Hebr. Et *depressi* s. humiliati sunt. [40] *Τοῦτο.* cod. 1 οὗτοι. [41] cod. 1 ἄνυδροι. [42] *Ἐξεχύθη.* Hebr. *Effundit* sc. Deus. [43] *Αὐτῶν.* Abest a textu Hebr. [44] *Μαρτυρεῖ — ματαιότητι διανοίας.* Des. apud Cord. l. c. p. 194. [45] *Καί,* et deinde *αὐτῶν* desid. in cod. 1. [46] cod. 1 εὔθειαν.

μα'. « Καὶ ἐβοήθησε [47] πένητι ἐκ πτωχείας. » A Τὰ γὰρ πάλαι πτωχεύσαντα ἔθνη τῆς θείας ἐπικουρίας ἀπήλαυσαν, καὶ τὸν πνευματικὸν ἐκτήσαντο πλοῦτον. « Καὶ ἔθετο, ὡς πρόβατα, πατριάς. » Ὁ δὲ Ἀκύλας οὕτως· *Καὶ ὑπερεπαρεῖ* [48] *πτωχὸν ἐκ πενίας, καὶ θήσει ὡς ποίμνιον συγγενείας.* Ὡς προβάτων γὰρ τῶν ἰδίων ἐπιμελεῖται, καὶ ὡς συγγενῶν κατὰ σάρκα προμηθεῖται καὶ κήδεται.

μβ'. « Ὄψονται εὐθεῖς καὶ εὐφρανθήσονται, καὶ πᾶσα ἀνομία ἐμφράξει τὸ στόμα αὐτῶν [49]. » Ταῦτα γὰρ ὁρῶντες οἱ μὲν εὐθύτητι λογισμῶν κεχρημένοι, θυμηδίας ἐμπίμπλανται [50]· οἱ δὲ δυσσεβείᾳ καὶ παρανομίᾳ συζῆν προαιρούμενοι, κύπτειν εἰς γῆν, καὶ σιγᾷν ἀναγκάζονται, τῇ δικαίᾳ χαλινούμενοι B ψήφῳ.

μγ'. « Τίς σοφὸς καὶ φυλάξει ταῦτα, καὶ συνήσει [51] τὰ ἐλέη τοῦ Κυρίου; » Οὔτε [52] γὰρ τὸ συνιέναι καὶ διαγνῶναι τὰς φιλανθρώπους τοῦ Σωτῆρος οἰκονομίας, οὔτε φυλάξαι [53] τὰς θείας νομοθεσίας παντός· ἀλλὰ τοῦ σοφίᾳ καὶ συνέσει χρωμένου, καὶ βοῶντος πρὸς τὸν Δεσπότην· « Ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσια ἐκ τοῦ νόμου σου. »

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΡΖ' ΨΑΛΜΟΥ.

α'. « Ὠδὴ ψαλμοῦ τῷ Δαβίδ. » Καὶ οὗτος ὡσαύτως ὁ ψαλμὸς καὶ τὴν Ἰουδαίων ἐπάνοδον προθεσπίζει, καὶ τῶν ἐθνῶν προαγορεύει τὴν σωτηρίαν· πολλὴν δ' ἔχει τὴν συγγένειαν πρός τε τὸν νς' [54] καὶ πρὸς C τὸν νθ' ψαλμόν.

β'. « Ἑτοίμη ἡ καρδία μου, ὁ Θεός, ἑτοίμη ἡ καρδία μου [55], ᾄσομαι καὶ ψαλῶ ἐν τῇ δόξῃ μου. » Καὶ ἤδη προειρήκαμεν, ὡς *δόξαν* οἰκείαν ὁ προφήτης τὴν προφητικὴν χάριν καλεῖ. Τῇ τῆς προφητείας, φησί, χρώμενος μελῳδίᾳ, λέγω σοι τῷ Δεσπότῃ, ὡς εὐρεῖαν [56] ἔχω τὴν καρδίαν μου, καὶ ἑτοίμην εἰς ὑποδοχὴν τῆς θείας σου χάριτος.

γ', δ'. « Ἐξεγέρθητι [57], ἡ δόξα μου, ἐξεγέρθητι, ψαλτήριον καὶ κιθάρα, ἐξεγερθήσομαι ὄρθρου. Ἐξομολογήσομαί σοι ἐν λαοῖς, Κύριε, ψαλῶ σοι ἐν ἔθνεσιν. » *Ψαλτήριον* [58] καὶ *κιθάραν* ἑαυτὸν ὁ προφήτης καλεῖ. Ὡς ἐν ὀργάνῳ γὰρ μουσικῷ, τοῦ Πνεύματος ἡ χάρις ἐν αὐτῷ τὴν προφητικὴν ἀνεκρούετο μελῳδίαν. D Διεγείρας τοίνυν ἑαυτὸν εἰς ὑμνῳδίαν τοῦ Δεσπότου, ἀποκρίνεται πάλιν, καὶ ὑπισχνεῖται ὄρθρου τοῦτο ποιήσειν [59]. Ἅτε δὴ τηνικαῦτα οὐκ αὐτὸς μόνος προσοίσων τὸν ὕμνον, ἀλλὰ μετὰ μυρίων ἐθνῶν καὶ λαῶν τὴν θείαν ᾠδὴν ποιη-

VERS. 41. « Et liberavit pauperem ex inopia. » Gentes enim, quæ olim mendicabant, divinam consecutæ sunt opem, spiritualibusque divitiis potitæ sunt. « Et posuit, sicut oves, familias. » **1377** Aquila autem sic : *Et extollet pauperem ex paupertate, et ponet ut gregem cognationes.* Nam quasi de suis ovibus curam geret, et tanquam de cognatis secundum carnem, providet et curam habet.

VERS. 42. « Videbunt recti, et lætabuntur, et omnis iniquitas oppilabit os suum. » Hæc enim cernentes ii, qui rectis utuntur cogitationibus, voluptate implentur : hi vero, qui impie et inique vivere decreverunt, in terram demittere vultum et obmutescere coguntur, justa sententia refrenati.

VERS. 43. « Quis sapiens, et custodiet hæc, et intelliget misericordias Domini? » Nam non cujuslibet est intelligere, et dignoscere benignas Salvatoris dispensationes, neque cujuslibet est divina mandata custodire, sed illius, qui sapientia et prudentia utitur, quique ad Dominum clamat : « Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua i. »

INTERP. PSALMI CVII.

VERS. 1. « Canticum Psalmi Davidi. » Et hic psalmus similiter et Judæorum reditum vaticinatur, et gentium salutem prædicit. Cæterum multam habet cognationem cum quinquagesimo sexto, et cum quinquagesimo nono psalmo.

VERS. 2. « Paratum est cor meum, o Deus, paratum est cor meum; cantabo, et psallam in gloria mea. » * Supra quoque jam diximus, prophetam *gloriam* suam vocare gratiam propheticam. Prophetiæ, **1378** inquit, concentu ac modulatione utens, hoc dico tibi, Domine, me amplum habere cor, et propensum ad gratiæ tuæ divinæ susceptionem.

VERS. 3, 4. « Exsurge, gloria mea; exsurge, psalterium et cithara, surgam sub diluculum. Confitebor tibi inter populos, Domine, et psallam tibi inter gentes. » *Psalterium* et *citharam* seipsum propheta nominat. Nam velut in instrumento musico, sic in ipso Spiritus gratia propheticam musicam pulsabat. Excitans igitur se ipsum ad Domini laudes, respondet rursus, et promittit hoc prima luce se facturum. Quippe tunc temporis, non ipse solus hymnum allaturus, sed cum infinitis gentibus et populis divinæ cantionis munus obiturus. *Dilucu-*

i Psal. CXVIII, 18.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[47] *Ἐβοήθησε.* Hebr. *Extollet autem* Symm. καὶ ὀχυρώσει. Ita fere Syrus, *et roboravit.* [48] Montf. in Hexapl. ad h. l. habet ὑπεραίρει. [49] cod. 1 αὐτῆς, quæ est rec. lectio h. l. [50] cod. 1 ἐμπίπλανται. [51] cod. 1 συνήσουσι, ut leg. in cod. *alex.* [52] *Οὔτε,* κ. τ. λ. Alia habet Cord. l. c. p. 195. [53] *Φυλ.* cod. 1 præm. τό. [54] Prior editio habebat N. sed minus recte. [55] *Ἑτοίμη ἡ καρδ. μου.* Des. h. l. in textu Hebr. et e loco parallelo Psal. LVI, 8 repetita esse videntur. [56] *Εὐρεῖαν.* cod. 1 ἑδραίαν. [57] *Ἐξεγέρθητι — κιθάρα.* Hebr. *Exsurge, nablium et cithara.* [58] *Ψαλτήριον — ποιησάμενος.*. Des. apud. Cord. t. III, p. 205. [59] cod. 1 ποιεῖν, ascripta tamen altera lectione.

lum vero vocat Dei et Salvatoris nostri incarnationem. Ex illo enim veritatis lux orta est : ex illo per totum terrarum orbem omnium hominum ore beatus David canit, divinaque beneficia laudibus celebrat.

Vers. 5. « Quia magna est super cœlos misericordia tua, et usque ad nubes veritas tua. » Amplitudo misericordiæ tuæ cœlestes fornices superat, radii veritatis tuæ omnia loca penetrarunt. Cæterum jam supra diximus, *nubes* vocari prophetas et apostolos, eosque qui docendi munus consecuti sunt : quoniam per hos, veluti per quasdam nubes, spiritualem irrigationem hominibus affert; per ipsos enim vera præcepta didicimus.

Vers. 6. « Exaltare **1379** super cœlos, o Deus, et super omni terra gloria tua (celebretur). » Hoc etiam beatus dixit Habacuc : « Operuit cœlos virtus ejus, et laudis ejus plena est terra [k]. » Hoc etiam beatus David in octavo dixit psalmo : « Domine, Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra! quoniam elevata est magnificentia tua super cœlos [l]. » *Exaltare* igitur dixit pro, ostende te sublimem, et omnibus superiorem, et omnis terra gloriam tuam discat.

Vers. 7. « Ut liberentur dilecti tui, salvum fac (me) dextera tua, et exaudi me. » Omnibus autem hominibus potentiam tuam ostendet salus eorum quos familiaritate tua dignatus es. ' Admitte igitur meas preces, tuamque porrige dexteram. *Dexteram* vero vocat bonam operationem

[50] *Δεσπότης*. cod. 1 ποιητής. [51] *Οὗ*. Abest a cod. 1. [52] *Μέν*. cod. 1 τοι. [53] cod. 1 συμβασιλεύσουσιν. [54] *Σοι*. Abest a textu Hebr., additum vero a Syro quoque et ab Arabe. [55] *Ἐν — ἐπάγη*. Des. in cod. 1. [56] *Καί*. Abest a textu Hebr. nec in cod. Vatic. exstat. [57] cod. 1 πολεμούμενοι. [58] *Καί*. cod. 1 add. τήν.. [59] *Ἀσπ*. Abest a cod. 1. [60] *Μετὰ — δυνάμεώς σου*. Hebr. *Populus tuus* erit populus *spontaneitatum*, s. sponte sese offerens tibi *die roboris tui*. Pro עִמְּךָ οἱ O' et *Arabs* legerunt עִמְּךָ, sed præstat lectio עִמְּךָ quam Syrus tuetur. Pro נדבת legendum esse נְדָבַת putat ill. Michaelis in Collegio crit. ad h. l. p. 522, ubi ex Arab. lingua sic exponitur sensus hujus difficilioris loci: *Vocas*, s. educis, *ad pugnam*, *populum tuum die victoriæ tuæ*. Ibidem impugnatam vide lectionem quam exornare voluit Houbigant. [61] *Ἐν — σου*. Hebr. *in decoribus sanctitatis*. Ita veteres fere omnes. Sed Symm. habet ἐν ὄρεσιν ἁγίοις. Exstat tamen præter hanc etiam ista ejusdem apud Montf. in Hexapl. ad h. l. interpretatio, ἐν δόξῃ ἁγίων. [62] cod. 1 δεικνύεις. [63] *Ἐκ — ἐγέννησά σε*. Hunc sensum verbis textus Hebr. dederunt οἱ O', quos secuti sunt non modo Patres plerique, sed etiam Arabs et Vulg. Hi omnes, æque ac Theodotion, omiserunt verba ista לְךָ טַל, quæ tamen inter antiquissimos interpretes, plures habent vindices, quos recensuit ill. Michaelis l. c. p. 537 seqq.

ei dixerat : « Sede a dexteris meis, » consubstantialitatem fatetur, et identitatem naturæ prædicat. « Ante luciferum » enim, ante tempus, et ante sæcula ipsum esse demonstrat. « Ex utero » autem, ejusdem esse substantiæ docet. Non enim aliunde, ait, sed ex natura mea genitus es; ventre nimirum per similitudinem intellecto. Ut enim ex utero gignunt homines, et quæ gignuntur eamdem habent naturam, quam genitores : sic ex me genitus es, et genitoris in te ipso substantiam ostendis.

VERS. 4. « Juravit Dominus, et non pœnitebit eum : Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. » Accurate hæc divinus Apostolus interpretatus est in Epistola ad Hebræos [y], et pontificatus hujus æternitatem ostendit, eo quod Leviticum sacerdotium non cum jurejurando promissiones acceperit, hoc autem jurejurando confirmatum sit. Idcirco etiam « non pœnitebit eum » apposuit, quoniam cum multa sæpius dispensarit universorum Deus, hæc mutationibus obnoxia esse permisit. Sic Judæorum sacerdotium et fecit, et sustulit : sic regnum illud constituit, et evertit : sic Assyriorum, et Babyloniorum et Macedonum imperium ut esset permisit, ' et **1396** ut cessaret præcepit. Hoc igitur sacerdotium sempiternum esse volens, jurasse ait, nequaquam fore ut pœniteat. Humano autem more hæc dixit : affectus enim expers est divinitas, affectus autem est etiam pœnitentia. Melchisedech porro non Judæorum, sed gentium est sacerdos. Sic et Dominus Christus non pro Judæis tantum, sed pro omnibus hominibus semetipsum obtulit Deo. Exorsus autem est sacerdotium in nocte ista, postquam crucem subiit, cum accepisset panem, et gratias egisset, fregit, et dixit : « Accipite, et comedite ex eo, Hoc est corpus meum. » Similiter et calicem cum temperasset, dedit discipulis suis, dicens : « Bibite ex hoc omnes, Hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum [x]. » Invenimus autem Melchisedechum et sacerdotem et regem fuisse (figura enim erat veri sacerdotis et regis), et obtulisse Deo non victimas ratione carentes, sed panem et vinum. Hæc enim Abrahamo quoque obtulit, cum sacerdotii sui exemplar in lumbis patriarchæ secundum spiritum prævideret. Si igitur ex Davide Christus secundum carnem ortus est, et David ex Juda, et pontificatum secundum ordinem Melchisedech accepit Christus, Leviticum utique sacerdotium cessavit, et in Judæ tribum majoris sacerdotii benedictio transiit. Sacer-

[y] Hebr. VII; Gen. XIV. [x] Matth. XXVI, 26-28.

A Ἐνταῦθα καὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ τὸ μεγαλοπρεπὲς ἀπεκάλυψε. Καὶ ὁ εἰρηκὼς αὐτῷ Κύριος [64]· « Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, » τὸ ὁμοούσιον ὁμολογεῖ, καὶ τὸ ταυτὸν κηρύττει τῆς φύσεως. Τὸ μὲν γάρ· « Πρὸ ἑωσφόρου, » τὸ πρὸ χρόνων αὐτὸν καὶ πρὸ αἰώνων εἶναι δηλοῖ. Τὸ δέ· « Ἐκ γαστρὸς, » τὸ ταυτὸν τῆς οὐσίας διδάσκει. Οὐ γὰρ ἑτέρωθεν, φησὶν, ἀλλ' ἐκ τῆς ἐμῆς γεγένησαι [65] φύσεως· τῆς γαστρὸς δηλονότι παραβολικῶς νοουμένης. Καθάπερ γὰρ ἐκ [66] γαστρὸς τίκτουσιν ἄνθρωποι, καὶ τὰ τικτόμενα τοῖς γεννήσασι τὴν αὐτὴν ἔχει φύσιν· οὕτως ἐξ ἐμοῦ γεγένησαι, καὶ τοῦ γεγεννηκότος ἐν σεαυτῷ [67] τὴν οὐσίαν δεικνύεις.

δ'. « Ὤμοσε Κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται. Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. »
B Ἀκριβῶς [68] ταῦτα ἡρμήνευσεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῇ, καὶ τὸ τῆς ἀρχιερωσύνης ταύτης ἀπέραντον ἔδειξε, τῷ τὴν μὲν Λευϊτικὴν ἱερωσύνην οὐ μεθ' ὅρκου τὰς ἐπαγγελίας δεδέχθαι, ταύτην δὲ ὅρκῳ βεβαιωθῆναι. Τούτου δὴ χάριν καὶ τὸ « οὐ μεταμεληθήσεται » προστέθεικεν· ἐπειδὴ πολλὰ πολλάκις οἰκονομήσας ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, μεταβολαῖς ταῦτα περιπεσεῖν συνεχώρησεν. Οὕτω τὴν Ἰουδαίων ἱερωσύνην καὶ πεποίηκε, καὶ κατέπαυσεν. Οὕτω τὴν βασιλείαν ἐκείνην καὶ κατέστησε, καὶ κατέλυσεν· οὕτω τὴν Ἀσσυρίων, καὶ Βαβυλωνίων, καὶ Μακεδόνων βασιλείαν καὶ γενέσθαι συνεχώρησε, καὶ λυθῆναι προσέταξε. Ταύτην μέντοι τὴν ἱερωσύνην αἰώνιον εἶναι βουλόμενος, ὀμωμοκέναι φησὶν, ὡς οὐ
C μεταμεληθήσεται. Ἀνθρωπίνως δὲ ταῦτα εἴρηκε· τοῦ πάθους γὰρ τὸ Θεῖον ἀμύητον, πάθος δὲ καὶ ἡ μεταμέλεια. Ὁ δὲ Μελχισεδὲκ, οὐχ Ἰουδαίων, ἀλλ' ἐθνῶν ἱερεύς. Οὕτω καὶ [69] ὁ Δεσπότης Χριστὸς, οὐχ ὑπὲρ Ἰουδαίων μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἁπάντων ἀνθρώπων ἑαυτὸν προσενήνοχε τῷ Θεῷ. Ἄρχεται δὲ τῆς ἱερωσύνης ἐν τῇ νυκτὶ, μεθ' ἣν τὸ πάθος ὑπέμεινεν· ἡνίκα λαβὼν ἄρτον, καὶ εὐχαριστήσας ἔκλασε καὶ εἶπε· « Λάβετε, φάγετε ἐξ αὐτοῦ· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου. » Ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον κεράσας, ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ [70] λέγων· « Πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες· τοῦτο γάρ [71] ἐστι τὸ αἷμά μου, τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. » Εὑρίσκομεν δὲ [72] τὸν Μελχισεδὲκ, καὶ [73] ἱερέα ὄντα, καὶ βασιλέα· τύπος γὰρ ἦν τοῦ
D ἀληθινοῦ ἱερέως καὶ βασιλέως· καὶ προσφέροντα τῷ Θεῷ οὐκ ἄλογα θύματα, ἀλλὰ ἄρτους καὶ οἶνον. Ταῦτα γὰρ καὶ τῷ Ἀβραὰμ προσενήνοχε, τὸ τῆς οἰκείας ἀρχιερωσύνης ἀρχέτυπον ἐν τῇ τοῦ πατριάρχου ὀσφύϊ πνευματικῶς προορῶν. Εἰ τοίνυν ἐκ Δαβὶδ ὁ Χριστὸς κατὰ σάρκα, ὁ δὲ Δαβὶδ ἐξ Ἰούδα, τὴν δὲ κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ ἀρχιερωσύνην [74] ἔλαβεν ὁ Χριστός· πέπαυται μὲν ἡ Λευϊτικὴ ἱερωσύνη, εἰς δὲ τὴν Ἰούδα φυλὴν ἡ τῆς μείζονος ἱερω-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[64] *Κύριος.* cod. 1 add. ὡς ἀνθρώπῳ. [65] cod. 1 γεγένηται. [66] *Ἐκ.* cod. 1 ἀπό. [67] *Σεαυτῷ.* Prior editio habebat αὐτῷ, cod. 1 ἑαυτῷ. [68] *Ἀκριβῶς — βεβαιωθῆναι.* Hæc pauca tantum exhibet Cord. l. c. p. 250, reliquis omnibus omissis. [69] *Καί.* cod. 1 præm. δέ. [70] cod. 1 ἑαυτοῦ, ante μαθηταῖς positum. [71] *Γάρ* Deest. ibid. [72] *Δέ.* cod. 1 add. καί. [73] *Καί.* Abest a cod. 1. [74] cod. 1 ἀρχιερωσύνην τοῦ Μελχισεδέκ.

σύνης εὐλογία μετέβη. Ἱερατεύει δὲ νῦν ὁ ἐξ Ἰούδα κατὰ σάρκα βλαστήσας Χριστὸς, οὐχ αὐτός τι προσφέρων, ἀλλὰ τῶν προσφερόντων κεφαλὴ χρηματίζων. Σῶμα γὰρ αὐτοῦ τὴν Ἐκκλησίαν καλεῖ, καὶ διὰ ταύτης ἱερατεύει ὡς ἄνθρωπος, δέχεται δὲ τὰ προσφερόμενα ὡς Θεός. Προσφέρει δὲ ἡ Ἐκκλησία τὰ τοῦ σώματος αὐτοῦ καὶ τοῦ αἵματος σύμβολα, πᾶν τὸ φύραμα διὰ τῆς ἀπαρχῆς ἁγιάζουσα.

ε'. « Κύριος ἐκ δεξιῶν σου συνέθλασεν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς αὐτοῦ βασιλεῖς. » Τοὺς δὲ νῦν ἀντιτείνοντας, καὶ θρασυνομένους ἄρχοντάς τε καὶ βασιλέας ἐν τῇ τῆς κρίσεως ἡμέρᾳ παραδώσει κολάσει. Τὸ [75] δὲ, « Κύριος ἐκ δεξιῶν σου, » ἔοικε τῷ ἐν τῷ πέμπτῳ [76] καὶ δεκάτῳ ψαλμῷ [77], « Προωρώμην γὰρ [78] τὸν Κύριον ἐνώπιόν μου διὰ παντὸς, ὅτι ἐκ δεξιῶν μού ἐστιν, ἵνα μὴ σαλευθῶ. » Καὶ γὰρ ἐκεῖ ἀνθρωπίνως τοῦτο εἴρηκε, καὶ δεδήλωκε τῆς ἑνωθείσης φύσεως τὸ ἀχώριστον· καὶ ἐνταῦθα [79] κατὰ ταυτὸν καὶ τὰ θεῖα λέγει, καὶ τὰ ἀνθρώπινα. Τὸ μὲν γὰρ, « Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, » τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει πρόσφορον· τὸ δὲ, « Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε, » δηλωτικὸν τῆς θεότητος· τὸ δὲ, « Σὺ εἶ ἱερεὺς εἰς αἰῶνα [80], » πάλιν ὡς πρὸς ἄνθρωπον εἴρηται. Ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ, « Κύριος ἐκ δεξιῶν σου, » ἀντὶ τοῦ, ἀχώριστον ἔχεις τὴν ἑνωθεῖσαν θεότητα.

ϛ'. « Κρινεῖ ἐν τοῖς ἔθνεσι, πληρώσει πτώματα· συνθλάσει κεφαλὰς ἐπὶ γῆς πολλῶν [81]. » Σαφέστερον ἐνταῦθα τὴν κρίσιν ἐδήλωσε καὶ ὅτι κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν παντοδαπαῖς παραδώσει τιμωρίαις τοὺς δυσσεβείᾳ συνεζηκότας· καὶ κατὰ τὸν παρόντα μέντοι [82] βίον, πολλαῖς αὐτοὺς πολλάκις παιδείαις ὑπέβαλε, τὴν οἰκείαν δύναμιν τοὺς ἀγνοοῦντας διδάσκων.

ζ'. « Ἐκ χειμάῤῥου ἐν ὁδῷ πίεται, διὰ [83] τοῦτο ὑψώσει κεφαλήν. » Πολλῇ, φησὶν, ἐνανθρωπήσας εὐτελείᾳ χρήσεται, ὥστε καὶ τοῖς κατὰ τὴν ὁδὸν εὑρισκομένοις ὕδασι θεραπεύειν τὸ δίψος. Δοκεῖ δέ μοι καὶ ἑτέραν βαθυτέραν ἔχειν ἡ προφητεία διάνοιαν. Ποτήριον ἔθος αὐτῷ τὸ πάθος καλεῖν· « Πάτερ γὰρ, ἔφη, εἰ δυνατὸν, παρέλθη [84] τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ· » *χειμάῤῥουν* δὲ τοὺς Ἰουδαίους καλεῖ, θείας μὲν χάριτος τετυχηκότας, οὐκ ἀεὶ δὲ ταύτης ἀπολαύσαντας. Καθάπερ γὰρ ὁ χειμάῤῥους οὐκ ἀέναον ἔχει τὴν τῶν ὑδάτων φορὰν, ἀλλὰ ἐκ τῶν τικτομένων ἐκ τῶν νεφῶν συνίσταται ὑετῶν· οὕτως Ἰουδαῖοι πρόσκαιρον ἔσχον τοῦ νόμου τὴν χάριν, οἷον ἀπό τινων νεφῶν τῶν προφητῶν χορηγουμένην. Μετὰ δὲ ταῦτα τοῦ θέρους φανέντος, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνήν· « Ἐπάρατε [85] γὰρ, φησὶ, τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ βλέπετε [86] εἰς τὰς χώρας, ὅτι λευκαί εἰσι πρὸς θερισμόν· » ἀναγκαίως ὁ χειμάῤῥους τῆς

A dos autem nunc est Christus, ex Juda secundum carnem ortus, non ipse aliquid offerens, sed caput exsistens eorum qui offerunt. Corpus enim suum **1397** Ecclesiam vocat, et per eam sacerdotio fungitur ut homo, recipit autem ea quæ offeruntur, ut Deus. Offert vero Ecclesia corporis et sanguinis symbola, totam massam per primitias sanctificans.

VERS. 5. « Dominus a dexteris tuis confregit die iræ suæ reges. » Principes et reges nunc repugnantes et insurgentes die judicii suppliciis multabit. Hoc autem, *Dominus a dexteris tuis*, simile est illi, quod in decimo quinto psalmo dictum est : « Prævidebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dexteris est mihi, ne commovear [y]. » Etenim ibi juxta humanitatem hoc dixit, et declaravit naturæ unitæ inseparabilitatem : et hoc loco simul et divina dicit, et humana. Hoc enim, « Sede a dexteris meis, » humanæ * naturæ congruit. Illud vero, « Ex utero ante luciferum genui te, » divinitatem declarat ; et illud rursus : « Tu es sacerdos in æternum, » tanquam ad hominem dictum est. Ita quoque illud : « Dominus a dexteris tuis, » quasi dicat, individuam habes conjunctam divinitatem.

B

VERS. 6. « Judicabit inter nationes, implebit (terram) stragibus, conquassabit capita in terra multorum. » Manifestius hoc loco judicium demonstravit, seque illo die homines impios vitiisque inquinatos suppliciis traditurum. Et sane in hac vita sæpius multis castigationibus illos punivit, potentiam suam ignaros docens.

C

VERS. 7. E torrente in via bibet, propterea **1398** exaltabit caput. » Multa, inquit, cum homo factus erit, humilitate utetur, ita ut aquis etiam quæ in via inveniuntur, sitim restinguat. Videtur autem mihi vaticinatio sensum alium profundiorem habere. Calicem solet ipse crucem nuncupare. « Pater enim, inquit, si possibile est, transeat calix iste a me [z]. » *Torrentem* vero, Judæos vocat, qui divinam quidem gratiam nacti, sed non semper hac potiti sunt. Quemadmodum enim torrens non perennem aquarum fluxum habet, sed ex imbribus, qui ex nubibus gignuntur, oritur : sic Judæi durantem ad tempus gratiam legis habuerunt, a sacris prophetis, velut a quibusdam nubibus suppeditatam. Postea vero, æstate appetente, secundum Domini vocem : « Levate oculos vestros, et videte regiones, quoniam albæ sunt ad messem [a], » necessario torrens priori aquarum

D

[y] Psal. xv, 8. [z] Matth. xxvi, 39. [a] Joan. iv, 35.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[75] *Τὸ — ἑνωθ. θεότητα.* Conf. ad h. l. quæ ill. Michaelis l. c. p. 589, monuit. [76] cod. 1 πέντε. [77] *Ψαλμῷ.* cod. 1 præm. εἰρημένῳ. [78] *Γάρ.* Abest a cod. 1. [79] *Ἐνταῦθα.* cod. 1 add. τοίνυν. [80] *Αἰῶνα.* cod. 1 præm. τόν. [81] *Πολλῶν.* Hebr. (super terra) *magna.* [82] cod. 1 μέν. [83] *Διὰ — κεφαλήν.* Des. ibid. [84] cod. 1 παρελθεῖν. [85] cod. 1 ἄρατε. [86] cod. 1 βλέψατε.

copia destitutus permansit, et siccus cernitur omni A humore privatus. Quoniam igitur Judæi crucem machinati sunt, et calicem Dominus passionem vocat: merito Propheta hæc prævidens, dixit: « E torrente in via bibet. » *Viam* quippe vitam appellat. Hanc vero sententiam et sequentia testantur: « Propterea exaltabit caput. » Huic simile est quod Apostolus dixit: « Humiliavit semetipsum usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod et Deus exaltavit ipsum [b]. » Patet autem hoc etiam humano more dici. Nam ut Deus, non cum humilis esset sublimis effectus est, sed cum maxime sublimis esset, humiliavit seipsum: ut homo autem, quod non habebat, accepit.

προτέρας εὐπορίας ἔρημος μεμένηκε, καὶ ξηρὸς ὁρᾶται πάσης ἰκμάδος ἐστερημένος. Ἐπειδὴ τοίνυν Ἰουδαῖοι τὸν σταυρὸν ἐτεκτήναντο, ποτήριον δὲ καλεῖ τὸ πάθος ὁ Κύριος, εἰκότως ὁ προφήτης ταῦτα προθεωρῶν εἴρηκεν· « Ἐκ χειμάῤῥου ἐν ὁδῷ πίεται. » Ὁδὸν δὲ τὸν βίον καλεῖ. Μαρτυρεῖ δὲ τῇ διανοίᾳ καὶ τὰ ἐπαγόμενα, « Διὰ τοῦτο ὑψώσει κεφαλήν. » Τούτῳ [87] δὲ ὅμοιον καὶ ὁ ἀπόστολος εἴρηκε Παῦλος· « Ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ· διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε. » Δῆλον δὲ ὡς ἀνθρωπίνως καὶ τοῦτο τέθεικεν. Ὡς γὰρ Θεὸς, οὐ ταπεινὸς ὢν ὑψώθη, ἀλλ' ὕψιστος ὢν ἐταπείνωσεν ἑαυτόν· ὡς δὲ ἄνθρωπος, ὃ μὴ εἶχεν ἔλαβεν [88].

1399 INTERP. PSALMI CX.

B *Alleluia.* Ammanitæ, et Moabitæ, et Idumæi, cum plurimas copias conflassent, tribui Judæ aliquando bellum intulere. Huic autem tunc imperabat Josaphat, vir pietate celebris, ex stirpe Davidis. Hic hostium audita multitudine, cum toto populo ad Deum accessit, inexpugnabilem opem efflagitans: imo etiam petitionis suæ compos factus est. Jussit enim ipsos universorum Deus, contra hostes bono animo esse, tanquam ipso exercitum ducente. Exorta igitur luce, hostes contra seipsos invicem commoti sunt, et seipsos mutuo ut inimicos necaverunt, ita ut nemo mortem evaderet. Quod cum ex quadam specula Judæorum exercitus conspexisset, accurrit velut ad paratam prædam, diripuitque inimicos, et cum multa opum copia rediit: atque, C ut Paralipomenon historia docet [c], cum musicis instrumentis in divinum templum ingressi sunt, victoriæ largitorem laudantes. Hæc prævidens Propheta hunc psalmum conscripsit, veluti hymnum quemdam a pio Josaphat prolatum. Nam et hymni est inscriptio: quoniam *Alleluia*, sicut jam interpretati sumus, *Laudate Dominum* sonat. Significat enim *Allelu*, *laudate*, *Ia* vero *Dominum*, vel *eum qui est*.

VERS. 1. « Confitebor tibi, Domine, toto corde meo. » Ex tota mente, o Domine, tibi laudes gratiarum actionis offero. « In consilio justorum, et congregatione. » **1400** Non autem ego solus, sed etiam D piorum cœtus una mecum. Illa enim tempestate populus ab idolorum errore liberatus erat, rege omnes ad pietatem erudiente. *Consilium* igitur *justorum* piorum cœtum appellat.

VERS. 2. « Magna sunt opera Domini. » Revera enim admirabilia, admirationeque digna sunt, quæ ab ejus potentia sunt effecta. « Exquisita ad om-

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΡΙ' ΨΑΛΜΟΥ.

Ἀλληλούϊα. Ἀμμανῖται, καὶ Μωαβῖται, καὶ Ἰδουμαῖοι, πλῆθος ὅτι μάλιστα πλεῖστον συναγαγόντες, ἐπεστράτευσαν πάλαι ποτὲ τῇ Ἰούδα φυλῇ. Ἐβασίλευσε δὲ τηνικαῦτα ταύτης Ἰωσαφὰτ, ἀνὴρ ἐπ' εὐσεβείᾳ μαρτυρούμενος, τῶν ἐκ Δαβίδ. Οὕτως τῶν πολεμίων τὸ πλῆθος μαθὼν, μετὰ παντὸς τοῦ λαοῦ προσελήλυθε τῷ Θεῷ, τὴν ἄμαχον ἐπικουρίαν αἰτῶν· καὶ δὴ καὶ τὴν αἴτησιν ἔλαβε. Παρηγγύησε γὰρ αὐτοῖς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς καταθαῤῥῆσαι τῶν πολεμίων, ὡς αὐτοῦ στρατηγοῦντος. Ἡμέρας τοίνυν ἀρχομένης, ἐκινήθησαν κατ' ἀλλήλων οἱ πολέμιοι, καὶ σφᾶς αὐτοὺς ὡς ἐναντίους διέφθειραν, ὥστε μηδένα τὸν ὄλεθρον ἐκεῖνον διαφυγεῖν. Τοῦτο ἔκ τινος σκοπιᾶς θεασαμένη τῶν Ἰουδαίων ἡ στρατεία, ἔδραμεν [89] ὡς ἐφ' ἕτοιμον θήραν, ἐσκύλευσε δὲ τοὺς πολεμίους, καὶ μετὰ πολλῆς ἐπανῆλθε τῆς [90] περιουσίας. Καὶ ὡς διδάσκει τῶν Παραλειπομένων ἡ ἱστορία, μετὰ μουσικῶν ὀργάνων εἰσῆλθον εἰς τὸν θεῖον νεὼν, τὸν τῆς νίκης χορηγὸν ἀνυμνοῦντες. Ταῦτα προορῶν ὁ προφήτης τόνδε συνέγραψε τὸν ψαλμὸν, οἷόν τινα ὕμνον ὑπὸ τοῦ εὐσεβοῦς Ἰωσαφὰτ προσφερόμενον· ὕμνου δὲ καὶ ἡ ἐπιγραφή· τὸ γὰρ *Ἀλληλούϊα*, ὡς καὶ ἤδη ἡρμηνεύκαμεν, *Αἰνεῖτε τὸν Κύριον*, ἐπὶ [91] τῇ Ἑλλάδι φωνῇ. Σημαίνει γὰρ τὸ *Ἀλληλού*, *αἰνεῖτε*, τὸ δὲ *ἴα*, *Κύριον*, ἢ *τὸν ὄντα*.

α'. « Ἐξομολογήσομαί σοι [92], Κύριε, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου [93]. » Ἀπὸ πάσης σοι [94] διανοίας, Δέσποτα, προσφέρω τὸν χαριστήριον ὕμνον. « Ἐν βουλῇ [95] εὐθέων καὶ συναγωγῇ. » Οὐκ ἐγὼ δὲ μόνος, ἀλλὰ καὶ σὺν ἐμοὶ τῶν εὐσεβῶν ὁ σύλλογος. Κατ' ἐκεῖνον γὰρ τὸν καιρὸν τῆς τῶν εἰδώλων πλάνης ὁ λαὸς ἠλευθέρωτο, τοῦ βασιλέως ἅπαντας ἐκπαιδεύοντος τὴν εὐσέβειαν. *Βουλὴν* τοίνυν *εὐθέων* τὸ σύστημα προσαγορεύει τῶν εὐσεβῶν.

β'. « Μεγάλα τὰ ἔργα Κυρίου. » Τῷ ὄντι γὰρ θαυμαστὰ, καὶ ἀξιάγαστα [96], τὰ ὑπὸ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἐνεργούμενα. « Ἐξεζητημένα εἰς πάντα τὰ

[b] Philipp. II, 8, 9. [c] II Paralip. XX, 27.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[87] cod. 1 τούτου. [88] *Ἔλαβεν*. cod. 1 add. ὕψος. [89] cod. 1 ἔδραμε μέν. [90] *Τῆς*. Abest a cod. isto. [91] *Ἐπί*. cod. 1 ἐστι. [92] *Σοι*. Abest a textu Hebr. [93] *Μου*. in textu Hebr. etiam desid. [94] *Σοι*. Abest a cod. 1. [95] *Βουλῇ*. Hebr. בסוד in cœtu, ut Psal. LXXXIX, 8, in textu Hebr. Vid. pag. 1232, n. 6. [96] *Ἀξιάγ*. cod. 1 παράδοξα.

θελήματα αὐτοῦ.» Ποιεῖ μὲν [97] ὅσα βούλεται, ἕκαστον δὲ τῶν γινομένων σοφίας ὑπάρχει μεστὸν, καὶ παρὰ πάντων τὴν εὐφημίαν ἐφέλκεται.

γ'. «Ἐξομολόγησις καὶ μεγαλοπρέπεια τὸ ἔργον αὐτοῦ.» Ἅπαντα τὰ ὑπ' αὐτοῦ γινόμενα, καὶ ἡ δημιουργία, καὶ ἡ οἰκονομία, καὶ μεγαλοφυῆ, καὶ ὑπερφυῆ, καὶ τῆς παρὰ πάντων [98] ἀνθρώπων ὑμνῳδίας ἄξια. *Ἐξομολόγησιν* [99] ἐνταῦθα τὴν εὐχαριστίαν καλεῖ. «Καὶ ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.» Οὐδὲν ἄδικον τῶν γινομένων, ἀλλὰ πάντα τῷ δικαίῳ κοσμεῖται· δι' αἰῶνος γὰρ ταύτῃ χρώμενος πρυτανεύει τὰ σύμπαντα.

δ'. «Μνείαν ἐποιήσατο τῶν θαυμασίων αὐτοῦ.» Ἐπειδὴ προφανῶς εἰργάσατο τῶν πολεμίων τὸν ὄλεθρον. Ταυτὸ δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν προγόνων πεποίηκε, ποτὲ μὲν τοὺς Αἰγυπτίους συγκαλύψας, ἄλλοτε δὲ τοὺς Ἀμαληκίτας τῇ ἐκτάσει Μωσέως [1] χειρῶν κατακοντίσας· καὶ Χαναναίους, καὶ Χετταίους, καὶ τὰ ἄλλα ἔθνη, δι' Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ καταλύσας. Ἀνάμνησιν τῶν θαυμασίων ἐκάλεσε τῶν πολεμίων τὴν τιμωρίαν· ἀντὶ τοῦ· Τὰς πολυθρυλλήτους σου θαυματουργίας, τὰς ψευδεῖς παρὰ τοῖς ἀπίστοις νομιζομένας, ἔδειξας ἀληθεῖς τῇ νέᾳ θαυματουργίᾳ, καὶ ἀνέμνησας ἡμᾶς [2] ὧν ἐπὶ τῶν ἡμετέρων εἰργάσω προγόνων.

«Ἐλεήμων καὶ οἰκτίρμων ὁ Κύριος. [ε'] Τροφὴν ἔδωκε τοῖς φοβουμένοις αὐτόν.» Τὴν *τροφὴν*, *θήραν* οἱ ἄλλοι εἶπον ἑρμηνευταί. Ἀληθῆ δὲ ἀμφότερα. Καὶ γὰρ ὡς ἐπὶ θήραν ἕτοιμον ἔδραμον ἐπὶ [3] τῶν πολεμίων τὸν πλοῦτον, καὶ τροφὴν ἐκεῖθεν ἱκανὴν ἐπορίσαντο. «Μνησθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα διαθήκης αὐτοῦ.» Ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως· *Θήραν ἔδωκε τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν, μνημονεύων αἰωνίου συνθήκης αὐτοῦ.* Τῶν γὰρ πρὸς τοὺς πατέρας γεγενημένων ὑποσχέσεων ἄληστον ἔχει τὴν μνήμην, καὶ δι' ἐκείνην ἡμῖν μεταδίδωσι τῶν ἀγαθῶν.

ς', ζ'. «Ἰσχὺν ἔργων αὐτοῦ ἀνήγγειλε τῷ λαῷ αὐτοῦ· τοῦ δοῦναι αὐτοῖς κληρονομίαν ἐθνῶν.» Μᾶλλον [4] ἡμῖν ἐναργῶς τὴν οἰκείαν ἔδειξε δύναμιν, τὸν τῶν ἐχθρῶν ἡμῖν δωρησάμενος πλοῦτον. Οὐ γὰρ μόνον ἡμᾶς τῆς παρ' ἐκείνων ἠλευθέρωσε λώβης [5], ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκείνων περιουσίαν εἰς τὰς ἡμετέρας μετατέθεικεν [6] οἰκίας. «Ἔργα χειρῶν αὐτοῦ ἀλήθεια καὶ κρίσις.» Οὐχ ἀδίκως δὲ, ἀλλὰ καὶ λίαν ἐνδίκως ταῦτα εἰργάσατο. Οὐδὲν γὰρ ἡμῖν ἐγκαλεῖν ἔχοντες, καταλῦσαι παντελῶς ἐπειράθησαν. Ἀληθῆ τοίνυν καὶ δικαίαν κατ' αὐτῶν ἐξενήνοχε ψῆφον.

η'. «Πισταὶ αἱ [7] πᾶσαι ἐντολαὶ αὐτοῦ· ἐστηριγμέναι εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, πεποιημέναι ἐν ἀληθείᾳ καὶ εὐθύτητι.» Νομοθετῶν ὁ Θεὸς τὴν οἰκείαν εὐμένειαν [8] τοῖς φυλάττουσι τὸν νόμον ὑπέσχετο. Τοῦτο καὶ ἐνταῦθά φησιν, ὅτι ἀψευδεῖς αἱ περὶ τῆς τῶν ἐντολῶν [9] φυλακῆς ὑποσχέσεις, καὶ οἱ ταῦτα [10]

A nem voluntatem ejus.» Facit quidem quæcunque vult, unumquodque vero eorum, quæ fiunt, sapientiæ est plenum, et ab omnibus laudem refert.

* VERS. 3. «Confessio et magnificentia est opus ejus.» Omnia quæ ab ipso facta sunt, et creatio, et gubernatio, et magnifica sunt, et naturam excedunt, et digna sunt quæ ab omnibus hominibus laude celebrentur. *Confessionem* hoc loco gratiarum actionem vocat. «Et justitia ejus manet in sæculum sæculi.» Nihil injustum est eorum quæ facta sunt, sed omnia justitia sunt ornata: semper enim hac utens moderatur omnia.

VERS. 4. «Memoriam fecit mirabilium suorum.» Quoniam manifesto hostes internecioni dedit. Atque hoc idem majorum tempore præstitit, modo B quidem Ægyptios obruens, modo vero Amalecitas expansis Mosis manibus configens, et Chananæos, et Chettæos, et alias gentes per Josuam Nave destruens. Recordationem mirabilium dixit pœnas de hostibus sumptas: quasi diceret: Celeberrima miracula tua, quæ ab infidelibus falsa existimantur, vera ostendisti **1401** novo miraculo, et nos admonuisti de iis quæ nostrorum majorum tempestate fecisti.

«Misericors et miserator est Dominus. [VERS. 5. Escam dedit timentibus eum.]» *Escam* alii interpretes *prædam* dixerunt: vera autem sunt utraque. Nam velut ad paratam prædam ad hostium divitias C cucurrerunt, cibumque inde reportarunt multum. «Memor erit in sæculum testamenti sui.» Symmachus autem sic: *Prædam dedit timentibus eum, recordatus sempiterni pacti sui.* Promissionum enim, quæ patribus factæ fuere, indelebilem habet memoriam, et per illam nobis bona impertit.

VERS. 6, 7. «Virtutem operum suorum annuntiabit populo suo. Ut det illis hæreditatem gentium.» Magis expresse suam nobis ostendit potentiam, hostium divitias nobis largitus. Non modo enim ab illorum damno nos liberavit, sed etiam eorum opes in nostras domos transtulit. «Opera manuum ejus veritas et judicium.» Non injuste, sed admodum D juste hæc fecit. Cum enim de nobis nulla in re conqueri possint, penitus nos evertere conati sunt. Veram igitur et justam in eos protulit sententiam.

VERS. 8. «Fidei plena sunt omnia mandata ejus, confirmata in sæculum sæculi, facta in veritate et æquitate.» * Legem ferens Deus benevolentiam suam spopondit. Hoc idem hic ait, vera esse de observantia mandatorum promissa: **1402** et qui hæc perficere decreverunt, ipsius ope semper frui.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[97] *Μέν*. In cod. 1 sequitur γάρ. [98] *Πάντων*. cod. 1 τῶν. [99] *Ἐξομολ.* cod. 1 add. γάρ. [1] *Μωσ.* cod. 1 præm. τῶν. [2] *Ἡμᾶς*. cod. 1 præm. καί. [3] *Ἐπί*. Des. ibid. [4] cod. 1 μάλα. [5] *Λώβης*. cod. 1 βλάβης. [6] cod. 1 μετέθειχεν. [7] *Αἱ*. In cod. 1 ponitur post πᾶσαι, ut in textu τῶν Ο'. [8] cod. 1 εὐγένειαν, ascripta tamen altera lectione. [9] *Ἐντολῶν*. cod. 1 νόμων. [10] cod. 1 ταύτας.

Nam et nos pure ipsum precati, hostibus superiores evasimus. Hoc enim per ea quæ sequuntur declaravit.

Vers. 9. « Redemptionem misit Dominus populo suo, mandavit fœdus suum in æternum. » Pollicitationes enim Dei non modo sunt verissimæ, sed etiam in æternum permanent. « Sanctum et terribile nomen ejus. » Iis enim qui credunt, sanctum et optatissimum est, et bonorum copiam fundens : incredulos vero, et vitiis deditos, castigat et plectit.

Vers. 10. « Initium sapientiæ timor Domini. » Oportet igitur ipsum timere et tremere. Hoc enim est primum elementum divinæ doctrinæ. *Sapientiam* enim, non recte loquendi facultatem, sed divinorum cognitionem vocat. Ad tirones igitur timor spectat : perfectorum autem charitatis possessio. « Intellectus autem bonus omnibus facientibus illud. » Ad perfectionem enim non satis est cognitio, sed contemplatio actione indiget : et convenit eum qui divino intellectu donatus est, cognitionem operibus ornare, et per hanc intellectus largitorem colere. « Laus ejus manet in sæculum sæculi. » Satis apte hoc etiam apposuit, docens virtutis studiosum fructum hinc reportare. Deus enim, licet nemo ipsum laudare vellet, sempiternum et perennem habet hymnum. Hunc porro psalmum apud Hebræos per elementorum seriem conscriptum esse asserunt, et secundum litterarum ordinem compositum esse. Simili modo compositus est proximus.

1403 INTERP. PSALMI CXI.

Alleluia. Inscriptio etiam hunc psalmum hymnum nuncupat : pietatis vero doctrinam volentibus affert.

Vers. 1. « Beatus vir qui timet Dominum : mandatis ejus valde delectabitur. » Qui hac reverentia præditus, divinoque timore indutus est, omne consilium suum in divinorum oraculorum exsecutionem transfert, et cum omni animi alacritate hæc implere festinat. Deinde demonstrat talium seminum fructum.

Vers. 2. « Potens in terra erit semen ejus. » Quoniam enim hominibus illius temporis hoc admodum desiderabile erat, hoc donum custodientibus mandata se daturum esse pollicetur. Imo etiam dedit, propter Abrahamum quidem Israeli, propter Davidem vero iis qui ex ipso originem traxere, et propter Israelem posteris, licet iniqui fuerint. « Generatio rectorum benedicetur. » Nam qui de æquitate et justitia curam gerunt, divinæ benedictionis fructus metent.

A πληροῦν προαιρούμενοι τῆς αὐτοῦ προμηθείας διηνεκῶς ἀπολαύουσι. Καὶ γὰρ ἡμεῖς γνησίως αὐτὸν ἱκετεύσαντες κρείττους τῶν δυσμενῶν ἀπεφάνθημεν. Τοῦτο γὰρ διὰ τῶν ἐπαγομένων ἐδήλωσε.

θ'. « Λύτρωσιν ἀπέστειλε Κύριος [11] τῷ λαῷ αὐτοῦ, ἐνετείλατο εἰς τὸν αἰῶνα διαθήκην [12] αὐτοῦ. » Αἱ γὰρ τοῦ Θεοῦ ὑποσχέσεις οὐ μόνον τὸ ἀψευδὲς, ἀλλὰ καὶ τὸ διαρκὲς ἔχουσιν. « Ἅγιον καὶ φοβερὸν τὸ ὄνομα αὐτοῦ. » Τοῖς μὲν γὰρ πιστεύουσιν ἅγιον, καὶ τριπόθητον καὶ πηγάζον τῶν ἀγαθῶν τὴν φοράν· τοὺς δὲ ἀπιστοῦντας, καὶ παρανομίᾳ συζῶντας, κολάζει καὶ τιμωρεῖται.

ι'. « Ἀρχὴ σοφίας φόβος Κυρίου. » Ἀναγκαῖον τοίνυν αὐτὸν δεδιέναι καὶ τρέμειν. Τοῦτο γὰρ πρῶτον τῆς θείας διδασκαλίας στοιχεῖον. *Σοφίαν* γὰρ οὐ B τὴν εὐγλωττίαν λέγει, ἀλλὰ τὴν τῶν θείων ἐπίγνωσιν. Εἰσαγωγικοῖς τοίνυν ὁ φόβος· τῶν δὲ τελείων τῆς ἀγάπης ἡ κτῆσις. « Σύνεσις δὲ ἀγαθὴ πᾶσι τοῖς ποιοῦσιν αὐτήν. » Οὐκ ἀρκεῖ γὰρ εἰς τελείωσιν ἡ γνῶσις, ἀλλὰ χρῄζει ἡ θεωρία τῆς πράξεως, καὶ προσήκει τὸν τῆς θείας ἠξιωμένον συνέσεως τοῖς ἔργοις τὴν γνῶσιν κοσμεῖν, καὶ διὰ ταύτης θεραπεύειν τὸν τῆς συνέσεως [13] χορηγόν. « Ἡ αἴνεσις αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. » Ἀκολούθως καὶ τοῦτο προστέθεικε, διδάσκων ὡς ὁ τῆς ἀρετῆς ἐραστὴς αὐτὸς τὸ ἐντεῦθεν πορίζεται κέρδος. Ὁ γὰρ Θεὸς, κἂν μηδεὶς ὑμνεῖν ἐθέλει, αἰώνιον ἔχει τὸν ὕμνον καὶ διαρκῆ. Τοῦτον μέντοι τὸν ψαλμὸν κατὰ στοιχεῖόν φασιν Ἑβραίοις γεγράφθαι, καὶ κατὰ τὴν C τῶν στοιχείων ἀκολουθίαν συγκεῖσθαι. Καὶ ὁ μετ' αὐτὸν δὲ ὁμοίως σύγκειται.

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΡΙΑ' ΨΑΛΜΟΥ.

Ἀλληλούϊα. Ὕμνον [14] καλεῖ καὶ τοῦτον τὸν ψαλμὸν ἡ ἐπιγραφή· διδασκαλίαν δὲ εὐσεβείας τοῖς βουλομένοις προσφέρει.

α'. « Μακάριος ἀνὴρ ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον, ἐν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ θελήσει σφόδρα. » Ὁ ταύτῃ τῇ εὐλαβείᾳ κοσμούμενος, καὶ τὸ θεῖον περικείμενος δέος, πᾶσαν αὐτοῦ τὴν βουλὴν εἰς τὴν τῶν θείων λογίων ἐκπλήρωσιν μετατίθησι, καὶ σὺν πάσῃ προθυμίᾳ πληροῦν ταῦτα ἐπείγεται. Εἶτα δείκνυσι τὸν τῶν τοιούτων [15] σπερμάτων καρπόν.

β'. « Δυνατὸν ἐν τῇ γῇ ἔσται τὸ σπέρμα αὐτου. » D Ἐπειδὴ γὰρ τοῦτο ἀξιέραστον ἐδόκει τοῖς τηνικάδε ἀνθρώποις, τοῦτο τοῖς φυλάττουσι τὰς ἐντολὰς δώσειν ὑπισχνεῖται τὸ δῶρον. Καὶ δὴ καὶ ἔδωκε, διὰ μὲν τὸν Ἀβραὰμ τῷ Ἰσραὴλ, διὰ δὲ τὸν Δαβὶδ τοῖς ἐξ αὐτοῦ, καὶ διὰ [16] τὸν Ἰσραὴλ [17] τοῖς ἐκγόνοις [18], καὶ ταῦτα παρανόμοις γεγενημένοις. « Γενεὰ εὐθέων εὐλογηθήσεται. » Οἱ γὰρ ἰσότητος καὶ δικαιοσύνης ἐπιμελούμενοι τῆς θείας εὐλογίας δρέψονται τοὺς καρπούς.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[11] *Κύριος*. Abest a textu Hebr. et Græco τῶν Ο'. [12] cod. 1 διαθήκης. [13] *Συνέσεως*. cod. 1 γνώσεως. [14] *Ὕμνον — ἐπιγραφή*. Conf. ad h. l. Scholion Anonymi apud Cord. t. III, p. 273. [15] *Τῶν τοιούτων*. cod. 1 τούτων τῶν. [16] *Καὶ διά*. cod. 1 διὰ δέ. [17] *Ἰσρ*. cod. 1 Ἰούδα. [18] ibid. ἐγγόνοις.

γ'. « Δόξα καὶ πλοῦτος ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. » Καὶ ταύτας ὡς πρὸς ἀτελεῖς ἔτι, καὶ τῶν τελείων ἐπαΐειν οὐ δυναμένους, ποιεῖται τὰς ὑποσχέσεις. Τοὺς γὰρ τελείους ὁ Δεσπότης Χριστὸς τἀναντία διδάσκει, λέγων· « Μὴ κτήσησθε χρυσὸν, μηδὲ ἄργυρον, μήτε χαλκὸν εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν, μὴ πήραν εἰς ὁδὸν, μὴ ὑποδήματα, μηδὲ ῥάβδον. » Καὶ πάλιν· « Ἐὰν μή τις ἀποτάξηται πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής. » Καί· « Εἰ θέλεις τέλειος γενέσθαι, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς. » Ἀλλ' ὅμως ταῦτα νομοθετῶν, ἐκεῖνα τοῖς ἀτελέσι καὶ ὑπισχνεῖται, καὶ δίδωσιν. Οὕτω τῷ [19] Σολομῶντι καὶ πλοῦτον καὶ δόξαν [20] προστέθεικεν [21]. Οὕτω [22] τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ τὸν τῶν Αἰγυπτίων ἐδωρήσατο πλοῦτον. « Καὶ ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. » Ἄληστον γὰρ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἔχει τὴν μνήμην, καὶ ἀείμνηστον αὐτοῦ διαφυλάττει τὸ κλέος.

δ'. « Ἐξανέτειλεν ἐν σκότει φῶς τοῖς ἔθνεσιν [23]. » *Σκότος* ποτὲ μὲν τὴν ἄγνοιαν [24], ποτὲ δὲ τὰς συμφορὰς ὀνομάζει, καὶ *φῶς* δὲ ὡσαύτως νῦν μὲν τὴν γνῶσιν, νῦν δὲ τῶν κακῶν τὴν ἀπαλλαγὴν προσαγορεύει. Λέγει τοίνυν, ὅτι καὶ ἀγνοοῦσιν ὑποδείξει [25] τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἐν τῇ τῶν λυπηρῶν προσβολῇ τὴν οἰκείαν ἐπικουρίαν ὀρέξει. Οὕτω τὸν Ἰωσὴφ ἐκ τῆς τῶν ἀδελφῶν μιαιφονίας ἐξήρπασεν, οὕτως αὐτὸν τῆς συκοφαντίας ἀπέφηνε κρείττονα· οὕτω τῆς Σάῤῥας ἁρπαγείσης ὤρεξε τῷ Ἀβραὰμ τὴν οἰκείαν ῥοπήν· οὕτω τὸν Λάβαν ἐξεδειμάτωσε, καὶ τὸν φεύγοντα τοῦ διώκοντος δυνατώτερον ἔδειξε. Τῆς [26] θείας τοίνυν δυνάμεως καὶ τοῦτο τεκμήριον, τὸ γυμνασίας μὲν εἵνεκα συγχωρεῖν προσβάλλειν τοῖς δικαίοις τὰ λυπηρὰ, διαλύειν δὲ τούτων τὸ νέφος, καὶ καθαρὰν αἰθρίαν χαρίζεσθαι. « Ἐλεήμων, καὶ οἰκτίρμων [27], καὶ δίκαιος. » Ταῦτα δὲ πρυτανεύει δικαιοσύνῃ, καὶ ἐλέῳ, καὶ ἀγαθότητι χρώμενος. Κήδεται μὲν γὰρ ὡς φιλάνθρωπος, στεφανοῦν δὲ τοὺς δικαίους βουλόμενος, συγχωρεῖ τοὺς ἀγῶνας, λύει δὲ τούτους ὅτι [28] τάχιστα διὰ τὴν ἀμέτρητον ἀγαθότητα.

ε'. « Χρηστὸς ἀνὴρ ὁ οἰκτείρων, καὶ κιχρῶν· οἰκονομήσει τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐν κρίσει. » Ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως· *Ἀγαθὸς, χαριστικὸς, καὶ κιχρῶν, οἰκονομῶν τὰ πράγματα αὐτοῦ μετὰ κρίσεως.* Ὁ γὰρ τὸν οἰκεῖον δεσπότην μιμούμενος φιλοτίμως θεραπεύει τοὺς ὁμοδούλους· οἰκτείρων [29] μὲν, ὡς τῆς φύσεως κοινωνὸς, κιχρῶν δὲ, ὡς τὴν ἔκτισιν παρὰ τοῦ κοινοῦ προσμένων Δεσπότου. Οὐδὲν δὲ ὁ τοιοῦτος ἀδιακρίτως ἐργάζεται, ἀλλ' ὀρθῶς [30] χρώμενος λογισμῷ, καὶ τοὺς λόγους καὶ τὰ ἔργα κοσμεῖ.

VERS. 3. « Gloria et divitiæ in domo ejus sunt. » Et has promissiones tanquam imperfectis, qui nondum perfecta audire possunt, facit. Perfectos enim Dominus Christus contraria docet, dicens : « Nolite possidere aurum, neque argentum, neque æs in zonis vestris, non peram in via, neque calceamenta, neque virgam [d]. » Et rursus : « Nisi quis renuntiaverit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus [e]. » Et : « Si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes, et da pauperibus [f]. » Verumtamen hæc cum præcipiat, **1404** illa imperfectis et spondet, et largitur. Sic Salomoni divitias et gloriam auxit : sic filiis Israel Ægyptiorum divitias donavit. « Et justitia ejus manet in sæculum sæculi. » Æternam enim habet memoriam Deus universorum, et perpetuam conservat gloriam suam.

VERS. 4. « Exortum est in tenebris lumen gentibus. » *Tenebras* modo quidem ignorantiam, modo vero calamitates nominat : et *lumen* similiter, nunc quidem cognitionem, nunc vero liberationem a malis appellat. Dicit igitur, et ignorantibus veritatem se demonstraturum, et in malorum incursu suam opem allaturum esse. Sic Josephum fratrum parricidio eripuit, sic eumdem a calumnia liberavit : sic erepta Sara auxilium tulit Abrahamo : sic Labanem perterruit, et fugientem insequente potentiorem ostendit. Divinæ igitur potentiæ hoc est argumentum, excitationis causa permittere, ut justi in res adversas incidant, et harum nebulam discutere, puramque serenitatem efficere. « Misericors et miserator, et justus est. » Hæc autem moderatur, justitia, et misericordia, et bonitate utens. Nam curam gerit quidem ut benignus : coronare vero justos volens, certamina permittit, solvit vero hæc protinus ob immensam bonitatem.

VERS. 5. « Benignus homo qui miseretur et commodat, disponet **1405** sermones suos in judicio. » Symmachus autem sic : *Bonus, munificus et commodans, qui dispensat res suas cum judicio.* Qui enim dominum suum imitatur, larga manu conservis succurrit, miserans quidem ut naturæ particeps, commodans vero, tanquam a communi Domino remunerationem exspectans. Nihil autem talis incaute facit, sed rectis utens cogitationibus, et verba et opera ornat.

[d] Matth. x, 9, 10. [e] Luc. xiv, 33. [f] Matth. xix, 21.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[19] *Τῷ*. cod. 1 præm. *καί*. [20] cod. 1 καὶ δόξαν καὶ πλοῦτον. [21] ibid. προστίθησιν. [22] *Οὕτω*. cod. 1 add. *καί*. [23] *Ἔθνεσιν*. cod. 1 εὐθέσιν, ascripta tamen altera lectione. Hebr. לישרים. [24] cod. 1 ἄνοιαν. [25] ibid. ὑποδείξεις. [26] *Τῆς — ἀγαθότητα*. Des. apud Cord. l. c. p. 276. [27] *Οἰκτ*. cod. 1 add. ὁ Κύριος. [28] *Ὅτι*. Abest a cod. 1. [29] cod. 1 οἰκτίρμων. [30] ibid. ὀρθῷ.

VERS. 6. « Quoniam in æternum non commovebitur. » Firmam enim hujusmodi homo habet mentem, quæ nullam mutationem patitur per temporum difficultates.

VERS. 7. « In memoria æterna erit justus. » Celeberrimus autem erit hic, et ab omnibus decantabitur, et sempiternam relinquet gloriam. « Ab auditione mala non timebit. » Porro nec minas timebit, neque nuntios, qui terrorem incutere possunt. « Paratum cor ejus sperare in Domino. » Symmachus *paratum* rursus interpretatus est *firmum*. Firmam enim, ait, et constantem in Deo spem habet : et propterea hujusmodi tumultus pro nihilo habet.

VERS. 8. « Confirmatum est cor ejus, non metuet, donec videat inimicos suos (oppressos). » Non modo enim hostes non timet, verum etiam illorum stragem ob spem in Deo collocatam exspectat.

VERS. 9. « Sparsit, dedit pauperibus : justitia ejus manet in sæculum sæculi. » Unumquodque istorum virtutis doctrinam volentibus affert. Dicit autem eum, qui reverentia divinoque timore præditus est, non simpliciter indigentibus misericordiam præbere, sed cum multa liberalitate hoc facere, imitarique **1406** serentes large semina, et dissipantes ob manipulorum spem. Similiter enim et hic justitiæ lucrum exspectat. « Cornu ejus exaltabitur in gloria. » *Cornu* vocat *robur*, metaphora desumpta ab animalibus, quæ cornibus armata sunt, et hisce aggredientes ulciscuntur. Dicit igitur, eum qui virtutis divitias possidet, potentem atque illustrem fore.

VERS. 10. « Peccator videbit, et irascetur, dentibus suis fremet, et tabescet : desiderium peccatoris peribit. » Qui vero inique vivere decreverunt, justorum splendorem cernentes, invidia quidem tabescent, cædisque machinationes struent : non erunt tamen compotes desiderii sui, et quod concupiscent non consequentur. Injusta enim hæc, et Deo admodum exosa est.

INTERP. PSALMI CXII.

Alleluia. Alius hymnus et hic est in utilitatem conscriptus, et homines excitans ad laudes benefactoris.

VERS. 1. « Laudate, pueri, Dominum. » *Pueros* hoc loco non juvenes, ut nonnulli suspicati sunt, sed servos vocat. Sic enim et Aquila, et Symmachus, et Theodotio interpretati sunt : et Hebræus *Abde* dicit. Sic etiam Syrus. Et *laudate* Hebræus *Alleluia* dixit : ut adeo manifestum sit, *Alleluia* verti, *Laudate Dominum.*

A ς'. « Ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα οὐ σαλευθήσεται. » Βεβαίαν γὰρ ὁ τοιοῦτος ἔχει τὴν γνώμην, οὐδεμίαν τροπὴν δεχομένην ἐν ταῖς τῶν καιρῶν δυσκολίαις.

ζ'. « Εἰς μνημόσυνον αἰώνιον ἔσται δίκαιος. » Πολυθρύλλητος δὲ ὁ τοιοῦτος ἔσται, καὶ παρὰ πᾶσιν ἀοίδιμος, καὶ ἀείμνηστον [31] καταλείψει τὸ κλέος. « Ἀπὸ ἀκοῆς πονηρᾶς οὐ φοβηθήσεται. » Οὔτε δὲ ἀπειλὰς δείσει, οὔτε ἀγγελίας φόβον ἱκανὰς ἐμποιῆσαι. « Ἑτοίμη ἡ καρδία αὐτοῦ ἐλπίζειν [32] ἐπὶ Κυρίου [33]. » Ὁ δὲ Σύμμαχος τὴν *ἑτοίμην* πάλιν *ἑδραίαν* ἡρμήνευσεν. Ἑδραίαν [34] ἔχει, φησὶ, καὶ βεβαίαν [35] τὴν εἰς Θεὸν ἐλπίδα, καὶ διὰ τοῦτο τῶν τοιούτων θορύβων καταφρονεῖ.

η'. « Ἐστήρικται ἡ καρδία αὐτοῦ, οὐ μὴ φοβηθῇ,
B ἕως οὗ ἐπίδῃ ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. » Οὐ γὰρ μόνον οὐ δέδιε τοὺς δυσμενεῖς, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκείνων ἧτταν διὰ τὴν εἰς Θεὸν ἐλπίδα προσμένει.

θ'. « Ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησιν· ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. » Τούτων ἕκαστον διδασκαλίαν ἀρετῆς τοῖς βουλομένοις προσφέρει. Λέγει δὲ, ὅτι ὁ τῇ εὐλαβείᾳ καὶ τῷ θείῳ φόβῳ κοσμούμενος οὐχ ἁπλῶς τοῖς δεομένοις ὀρέγει τὸν ἔλεον, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς φιλοτιμίας τοῦτο ποιεῖ, καὶ μιμεῖται τοὺς σπείροντας ἀφειδῶς τὰ σπέρματα, καὶ σκεδαννύντας διὰ τὴν τῶν δραγμάτων ἐλπίδα. Παραπλησίως γὰρ καὶ οὗτος τῆς δικαιοσύνης προσμένει τὸ κέρδος. « Τὸ κέρας αὐτοῦ ὑψωθήσεται
C ἐν δόξῃ. » *Κέρας* τὴν ἰσχὺν καλεῖ ἐκ μεταφορᾶς τῶν ζώων τῶν καθωπλισμένων τοῖς κέρασι, καὶ τούτοις ἀμυνομένων τοὺς ἐπιόντας. Λέγει τοίνυν ὅτι καὶ δυνατὸς καὶ περίβλεπτος ἔσται ὁ τῆς ἀρετῆς κεκτημένος τὸν πλοῦτον.

ι'. « Ἁμαρτωλὸς ὄψεται, καὶ ὀργισθήσεται, τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ βρύξει, καὶ τακήσεται, ἐπιθυμία ἁμαρτωλοῦ ἀπολεῖται. » Οἱ δὲ κακίᾳ συζῆν προαιρούμενοι, τῶν δικαίων ὁρῶντες τὴν περιφάνειαν, τακήσονται μὲν τῷ φθόνῳ, καὶ τῆς [36] μιαιφονίας τυρεύσουσι μηχανάς· διαμαρτήσονται δὲ τῶν βουλευμάτων, καὶ τῆς ἐπιθυμίας οὐκ ἀπολαύσουσιν. Ἄδικος γὰρ αὕτη καὶ λίαν θεομισής.

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΡΙΒ' ΨΑΛΜΟΥ.

D *Ἀλληλούϊα.* Ἕτερος ὕμνος καὶ οὗτος εἰς ὠφέλειαν συγγεγραμμένος, καὶ ἐγείρων τοὺς ἀνθρώπους εἰς ὑμνῳδίαν τοῦ εὐεργέτου.

α'. « Αἰνεῖτε, παῖδες, Κύριον. » *Παῖδας* ἐνταῦθα οὐ τοὺς νέους, ὥς τινες ὑπέλαβον, ἀλλὰ τοὺς δούλους καλεῖ. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Ἀκύλας, καὶ ὁ Σύμμαχος, καὶ ὁ Θεοδοτίων ἡρμήνευσαν· καὶ ὁ Ἑβραῖος *Ἀβδὴ* [37] λέγει. Οὕτω [38] δὲ καὶ ὁ Σύρος. Καὶ τὸ *αἰνεῖτε* ὁ Ἑβραῖος *Ἀλληλούϊα* εἶπεν· ὡς εἶναι δῆλον ὅτι *Ἀλληλούϊα*, *Αἰνεῖτε Κύριον* [39] ἑρμηνεύεται.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[31] Cod. 1 ἀεὶ μνηστόν. [32] *Ἐλπ.* Hebr., *innixum.* [33] Rec. lectio h. l. est Κύριον. Ita quoque cod. 1. [34] *Ἑδρ.* cod. 1 add. γάρ. [35] *Καὶ βεβαίαν.* Des. ibid. [36] cod. 1 τάς. [37] *Ἀβδή.* ibid. præm. δέ. [38] *Οὕτω.* In cod. 1 præm. τοῦτο δὲ τῇ ἑλλάδι φωνῇ τοὺς δούλους δηλοῖ. *Hoc autem in lingua Græca servos significat.* [39] *Κύριον.* ibid. præm. τόν.

« Αἰνεῖτε τὸ ὄνομα Κυρίου. [β'] Εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον, ἀπὸ τοῦ νῦν, καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος. » Προσήκει, φησὶν, ὑμᾶς δούλους ὄντας, καὶ ἀπὸ [40] τοῦ Θεοῦ τὸ εἶναι λαβόντας, ὑμνεῖν αὐτοῦ τὸ ὄνομα, κἂν ἀγνοῆτε τὴν φύσιν. Ἔχει μὲν γὰρ τὴν εὐλογίαν καὶ τὴν εὐφημίαν ἄναρχον καὶ αἡττητον. Τὸ γὰρ, « ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος » δηλοῖ τοῦτο. Δεῖ δὲ ὅμως [41] καὶ ἡμᾶς, οἷα δὴ [42] ποιητῇ, προσφέρειν τὸν χαριστήριον ὕμνον.

γ'. « Ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν αἰνετὸν τὸ ὄνομα Κυρίου. » Τὴν μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Μονογενοῦς τοῖς ἔθνεσι παρασχεθεῖσαν θεογνωσίαν ὁ ψαλμὸς προεθέσπισε. Πάλαι μὲν γὰρ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς οὐδὲ παρὰ πάντων Ἰουδαίων ὑμνεῖτο, ἀλλὰ παρ' ὀλίγων τῶν εὐσεβείᾳ συζώντων· μετὰ δὲ τὴν ἐκ Παρθένου γέννησιν, καὶ τὸ σωτήριον πάθος, εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος τῶν κηρύκων τῆς ἀληθείας, « καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν, » καὶ ἐπληρώθη ἡ σύμπασα γῆ τοῦ γνῶναι τὸν Κύριον, ὡς ὕδωρ πολὺ κατακαλύψαι [43] θαλάσσας. Τοῦτο καὶ δι' ἑτέρου προφήτου ὁ τῶν ὅλων ἔφη Θεός· « Οὐκ ἔστι μοι θέλημα ἐν ὑμῖν, καὶ θυσίαν οὐ προσδέξομαι ἐκ [44] τῶν χειρῶν ὑμῶν, ὅτι ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι [45] δυσμῶν μέγα τὸ ὄνομά μου ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα [46] προσφέρεται τῷ ὀνόματί μου, καὶ θυσία καθαρά. » Συνῳδὰ δὲ [47] τούτοις καὶ ἡ πνευματικὴ μελῳδία θεσπίζει.

δ'. « Ὑψηλὸς ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη ὁ Κύριος, ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς ἡ δόξα αὐτοῦ. » Ἅπαντα γὰρ τὰ ἔθνη μεμάθηκεν ὡς αὐτός ἐστιν ὕψιστος, καὶ Θεὸς, καὶ τῶν ἁπάντων δημιουργὸς, καὶ ὑπὸ τῶν οὐρανίων ἀγγέλων ἀνυμνούμενος [48].

ε'. « Τίς ὡς ὁ Κύριος ὁ [49] Θεὸς ἡμῶν; » Πολλάκις τοῦτο ἡ θεία Γραφὴ λέγει [50]. Καὶ γὰρ ὁ μακάριος Μωϋσῆς τοῦτο λέγει· « Τίς ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς, Κύριε; » Τίς ὅμοιός σοι, δεδοξασμένος ἐν ἁγίοις; Καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ, ὅτι « Τίς ἐν νεφέλαις ἰσωθήσεται τῷ Κυρίῳ; ἢ τίς ὁμοιωθήσεται τῷ Κυρίῳ ἐν υἱοῖς Θεοῦ; » Καὶ πάλιν, ὅτι « Τίς Θεὸς παρὲξ τοῦ Κυρίου, ἢ τίς Θεὸς πλὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν; » Διὰ πάντων δὲ τούτων [51] τὸ ἀσύγκριτον τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων μανθάνομεν, καὶ ὅτι [52] οὐδὲν τῶν ὄντων παραβληθῆναι δύναται τῇ τοῦ Θεοῦ φύσει, ἢ δυνάμει, ἢ ἐνεργείᾳ.

« Ὁ ἐν ὑψηλοῖς οἰκῶν [53], [ϛ'] Καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορῶν [54] ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἐν τῇ γῇ. » Τοῖς οὐρανοῖς γὰρ ἐνδιαιτᾶσθαι δοκῶν ἐποπτεύει τὰ σύμπαντα, καὶ οὐδὲν ἀτημέλητον τῶν ὄντων ἐᾷ.

ζ', η'. Ὁ ἐγείρων ἀπὸ γῆς πτωχὸν, καὶ ἀπὸ κοπρίας ἀνυψῶν πένητα· τοῦ καθίσαι αὐτὸν μετὰ

A « Laudate nomen Domini. [Vers. 2.] Sit nomen Domini benedictum, ab hoc inde tempore et usque in sæculum. » Convenit, ait, vos cum servi sitis, et a Deo quod estis **1407** acceperitis, ejus nomen laudare, licet ignoretis naturam. Habet enim et benedictionem et gloriam sine principio, et sempiternam. Illud quippe, « a sæculo usque in sæculum » hoc significat. Oportet tamen et nos veluti Creatori hymnum gratiarum actionis offerre.

Vers. 3. « A solis ortu usque ad occasum laudabile est nomen Domini. » Divinam cognitionem post incarnationem Unigeniti gentibus præbitam psalmus præcinit. Nam olim universorum Deus ne ab omnibus quidem Judæis laudabatur, sed a paucis pie viventibus: post nativitatem autem ex Virgine,
B salutaremque passionem, in omnem terram sonus præconum veritatis exivit, « et in fines orbis terræ verba eorum [g], » et impleta est tota terra cognitione Dei [h], veluti aqua ad operiendum maria. Hoc et per prophetam alium ait Deus: « Non est mihi voluntas in vobis, et sacrificium non accipiam ex manibus vestris. Ab ortu enim solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, et in omni loco incensum offertur nomini meo, et sacrificium mundum [i]. » Consonantia autem his spiritualis symphonia prædicat.

Vers. 4. « Excelsus super omnes gentes Dominus, et super cœlos gloria ejus. » Omnes enim gen-
C tes didicerunt, ipsum esse sublimem, et Deum, omniumque opificem, et a cœlestibus angelis celebratum.

Vers. 5. « Quis sicut Dominus Deus noster? » Sæpius hoc divina Scriptura **1408** dicit. [Beatus enim Moses dicit:] « Quis similis est tibi inter deos, Domine? Quis similis tibi in sanctis glorificatus [j]? » Et beatus David: « Quis, inquit, in nubibus æquabitur Domino? aut quis similis erit Domino inter filios Dei [k]? » Et rursus: « Quoniam quis est Deus præter Dominum, aut quis est Deus præter Deum nostrum [l]? » Per omnia vero hæc Deum universorum cum nemine comparari posse discimus, et nihil esse quod cum Dei natura, aut
D potentia, aut vi conferri possit.

« Qui in altis habitat. [Vers. 6.] Et humilia respicit in cœlo, et in terra. » Nam ille qui in cœlis habitare videtur, omnia inspicit, et nihil eorum quæ sunt, omnino negligit.

Vers. 7, 8. « Suscitans a terra inopem, et de stercore erigens pauperem. Ut collocet eum cum prin-

[g] Psal. XIX, 5. [h] Habac. II, 14. [i] Malach. I, 10, 11. [j] Exod. XV, 11. [k] Psal. LXXXVIII, 7. [l] Psal. XVII, 31.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[40] cod. 1 ὑπό. [41] Ὅμως. Des. in cod. 1. [42] Δή. Abest etiam a cod. isto. [43] Καταχ. Hanc lectionem debemus codici 1 Aug. Prior editio habebat καταλῆψαι. [44] Ἐκ. Abest a cod. 1. [45] Μέχρι. ibid. præm. καί. [46] cod. 1 θυσία. [47] Δέ. Des. ibid. [48] cod. 1 ὑμνούμενος. [49] Ὁ. Abest a cod. 1 et a textu τῶν Ο'. [50] E cod. 1. [51] Τούτων. Abest a cod. 1. [52] Ὅτι. Des. ibid. [53] Rec. lectio h. l. est κατοικῶν. Ita quoque cod. 1. [54] Ἐφορ. In cod. 1 ex errore librarii, ut videtur, repetita sunt ista quæ præcesserant Ὁ ἐν — ἐφορῶν.

cipibus, cum principibus populi sui. » Hæc et beata Anna dixit, hymnum gratiarum actionis Deo texens [m]. Cernimus autem hæc ipsa a Deo universorum continue fieri. Sic beatum Davidem, cum pastor esset, regem fecit; sic et Josephum, cum in servitutem incidisset, in regali constituit solio; sic Mosen, cum opilio esset, populi gubernatorem fecit, Pharaonisque Deum constituit; sic gentes impietatis paupertati servientes, et in peccati stercore
1409 sedentes, bonis quæ Israeli concessa fuerant dignatus est; sic humanam naturam, cum in ipsum mortis profundum decidisset, assumpsit, et extulit, et collocavit super omnem principatum [n], et potestatem, et dominationem, et omne nomen quod nominatur, non modo in sæculo hoc, sed etiam in futuro.

VERS. 9. « Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem. » Et hoc similiter videre licet inter homines accidisse. Etenim et Saram, et Rebeccam, et Rachelem, et Annam, et Samsonis matrem, et Elisabetham, cum steriles essent, matres filiorum reddidit. Sed magis proprie et magis vere hoc in Ecclesia cerni potest: quam cum sterilis et sine filiis olim esset, matrem fecit ob innumeros filios lætantem, secundum vaticinationem dicentem: « Lætare, sterilis, quæ non paris; erumpe et clama, quæ non parturis: quoniam plures sunt filii desertæ, quam illius quæ habet virum [o]. »

A ἀρχόντων, μετὰ ἀρχόντων λαοῦ αὐτοῦ. » Ταῦτα [55] καὶ ἡ μακαρία εἴρηκεν Ἄννα, τὸν χαριστήριον ὕμνον ὑφαίνουσα [56] τῷ Θεῷ. Ὁρῶμεν δὲ αὐτὰ διηνεκῶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων γινόμενα. Οὕτω τὸν μακάριον Δαβὶδ ποιμένα ὄντα βασιλέα πεποίηκεν· οὕτω τὸν Ἰωσὴφ εἰς δουλείαν μεταπεσόντα ἐπὶ τὸν βασιλικὸν κεκάθικε θρόνον· οὕτω τὸν Μωϋσέα προβατέα γινόμενον δημαγωγὸν ἀφέπηνε τοῦ λαοῦ, καὶ Θεὸν ἐχειροτόνησε τοῦ Φαραώ [57]· οὕτω τὰ ἔθνη, τὰ τῇ πτωχείᾳ τῆς ἀσεβείας δουλεύοντα, καὶ τῇ κόπρῳ τῆς ἁμαρτίας [58] ἐπικαθήμενα, τῶν τῷ Ἰσραὴλ δεδωρημένων ἠξίωσεν ἀγαθῶν· οὕτω τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν εἰς αὐτὸν καταπεσοῦσαν τὸν τοῦ θανάτου πυθμένα ἀνέλαβε, καὶ ἀνήγαγε, καὶ ἐκάθισεν ἐπάνω πάσης ἀρχῆς, καὶ ἐξουσίας, καὶ κυριότη-
B τος, καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι.

θ'. « Ὁ κατοικίζων στεῖραν ἐν οἴκῳ, μητέρα ἐπὶ τέκνοις εὐφραινομένην. » Καὶ τοῦτο [59] ὡσαύτως ἔστιν ἰδεῖν καὶ ἐπ' ἀνθρώπων συμβαῖνον. Καὶ γὰρ καὶ τὴν Σάῤῥαν, καὶ τὴν Ῥεβέκκαν, καὶ τὴν Ῥαχὴλ, καὶ τὴν Ἄνναν, καὶ τοῦ Σαμψὼν τὴν μητέρα, καὶ τὴν Ἐλισάβετ, στερίφας [60] οὔσας, μητέρας παίδων ἀπέφηνεν. Κυριώτερον δὲ τοῦτο καὶ ἀληθέστερον ἐπὶ [61] τῆς Ἐκκλησίας ἔστιν ἰδεῖν· στεῖραν γὰρ ταύτην [62] οὖσαν πάλαι [63], καὶ ἄπαιδα, μητέρα πεποίηκεν, ἐπὶ τέκνοις ἀναριθμήτοις εὐφραινομένην, κατὰ τὴν προφητείαν τὴν λέγουσαν· « Εὐφράνθητι, στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα, ῥῆξον καὶ βόησον ἡ οὐκ ὠδίνουσα
C ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου, μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα [64]. »

[m] I Reg. II, 8. [n] Ephes. I, 21. [o] Isa. LIV. 1.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[55] *Ταῦτα — ἐν τῷ μέλλοντι.* Eadem habet Euseb. ad h. l. in Montf. Collect. nova PP. t. I, p. 709. Desunt tamen in textu Eusebii apud Cord. l. c., p. 289. [56] *Ὑφαίνουσα.* cod. 1 προσφέρουσα, ascripta tamen altera lectione. [57] *Τοῦ Φαραώ.* Meliorem Noster h. l. secutus est lectionem, quam supra in Comment. ad Exod. VII, 1. Vid. p. 134 n. 1. [58] *Ἁμαρτ.* Cod. 1 ἀσεβείας, ascripta tamen lectione altera. Apud Euseb. l. c. post ἁμαρτίας, sequitur καὶ βδελυγμίας. [59] *Καὶ τοῦτο,* κ. τ. λ. In cod. Flor. cujus Excerpta nobiscum communicavit cl. Bandinius, hæc præmittuntur: Ἐνταῦθα μείζονα (ita leg. esse putamus pro μεῖζον) ὑμνεῖ τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν, μεταβάλλοντος οὐ πράγματα μόνον ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ φύσεις, ὡς καὶ στεῖραν ποιῆσαι μητέρα. *Hoc loco celebrat superiorem Dei potentiam, quippe qui non modo ea quæ jam facta sunt, sed ipsas quoque naturas, mutat, adeo ut sterilis quoque per illum mater fiat.* Sequitur καὶ τοῦτο δὲ ὡσαύτως ἰδεῖν κ. τ. λ. [60] *Στερίφας.* cod. Flor. στείρας ἀκάρπους. [61] *Ἐπί.* cod. Flor. ἐστιν. [62] ibid. αὐτήν. [63] *Πάλαι.* In cod. Aug. 1 et in Flor. ponitur post ἄπαιδα. [64] *Ἄνδρα.* cod. Flor. addit: Ἀληθῶς γὰρ πολύπαις καὶ καλλίπαις ἡ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν Ἐκκλησία γεγένηται ὑπὲρ τὴν ἔχουσαν ἄνδρα τὸν νόμον, τὴν Ἰουδαίων Συναγωγήν· ἥτις καὶ οἶκος γέγονε πνευματικὸς, ἅτε τὸν Κύριον ἔνοικον ἔχουσα· γέγονε δὲ καὶ πολλῶν τέκνων μήτηρ μετ' εὐφροσύνης, ἐσώθη γὰρ αὐτῆς τὰ τέκνα διὰ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως. Ἔχει δέ τινα καὶ ἀντιδιαστολὴν πρὸς τὴν Συναγωγὴν, ὅτι ἐκείνη οὐκ εὐφράνθη ἐπὶ τοῖς τέκνοις ἅτε ἀπωλείᾳ παραδεδομένοις. Ἔξεστι δὲ καὶ τὴν ἀρίστην μεταβολὴν ἐνταῦθα νοῆσαι, ὅτι ὁ ἐν τῇ κοπρίᾳ τῶν παθῶν καθήμενος καὶ πτωχεύων παντὸς ἀγαθοῦ καὶ στεῖρα ὢν ψυχῇ καὶ ἄγονος, οὗτος ἀλλοιωθεὶς τὴν καλὴν ἀλλοίωσιν τῶν γηΐνων ὑπερανίσταται καὶ πλουτεῖ τοῖς ἀγαθοῖς καὶ γεννᾷ τὰ καλὰ τέκνα τῶν ἀρετῶν. Οἶμαι δὲ καὶ τὴν παρθενίαν ἐν τούτοις ἀποσεμνύνεσθαι. Τῆς μὲν γὰρ σωματικῆς συναφείας τὸ ἔργον σωμάτων νεκρῶν ἐστι κατασκευὴ, τῆς δὲ πρὸς τὸ Πνεῦμα κοινωνίας ζωὴ καὶ μητέρες αἱ φιλόθεοι· καὶ καλῶς ἔστι τὸ ἀποστολικὸν εἰπεῖν ἐπὶ τούτῳ, ὅτι Σώζεται διὰ τῆς τεκνογονίας ταύτης ἡ τῶν τοιούτων τέκνων μήτηρ εὐφραινομένη, καθὼς ἀνευφήμησεν ἡ ψαλμῳδία. Εὐφραίνεται γὰρ ὡς ἀληθῶς ἡ παρθένος ἡ μήτηρ, ἡ τὰ ἀθάνατα τέκνα κυοφοροῦσα διὰ τοῦ Πνεύματος, στεῖρα διὰ τὴν σωφροσύνην ὑπὸ τοῦ προφήτου ὠνομασμένη. *Vere enim plures pulchrioresque Filios Ecclesia e gentibus collecta peperit, quam Synagoga Judæorum, quæ virum habebat legem. Facta enim est etiam domus spiritualis, utpote quæ Dominum habuit inhabitantem. Facta quoque est multorum filiorum mater cum lætitia: filii enim ejus per fidem in Christum salvati sunt. Hoc tamen inter eam ac Synagogam intercessit discrimen, quod hæc non lætata sit de filiis suis, utpote qui internecioni dati sunt. Præstantissimam quoque observare licet mutationem istam, quod qui antea affectibus quasi luto immersus fuerat, omnique bono caruerat, sterilis quoad animam et infecundus, is nunc egregiam mutationem expertus terrenis omnibus præstet, bonis abundet, bonosque virtutum liberos procreet. Puto autem per hoc celebrari quoque virginitatem. Conjunctionis enim carnalis effectus sunt liberi mortis imperio obnoxii, iis autem qui Spiritu conjunguntur, vita ac immortalitas loco liberorum obtingunt. Variæ enim sunt virtutes quarum matres fiunt*

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΡΙΓ' ΨΑΛΜΟΥ.

A

Ἀλληλούϊα. Ὕμνος καὶ οὗτός ἐστι τὰς Ἰουδαίοις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ παρασχεθείσας εὐεργεσίας διεξιὼν, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν διηγούμενος, καὶ τῶν εἰδώλων κωμῳδῶν τὴν ἀσθένειαν. Ἁρμόττει δὲ καὶ οὗτος ὁ ὕμνος τοῖς ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκόσι, καὶ τῆς τῶν εἰδώλων πλάνης ἀπηλλαγμένοις· μανθάνουσι γὰρ ὅσον τὸ μέσον τῶν οὐκ ὄντων πρὸς τὸν ὄντα Θεόν.

α', β'. « Ἐν ἐξόδῳ Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου, οἴκου Ἰακὼβ ἐκ λαοῦ βαρβάρου. Ἐγενήθη Ἰουδαία ἁγίασμα αὐτοῦ, Ἰσραὴλ ἐξουσία αὐτοῦ. » Τῆς Αἰγύπτου, φησὶ, τὸν Ἰσραὴλ ὁ Δεσπότης ἐλευθερώσας, καὶ τῆς τῶν ἀλλοφόνων [66] ἐκείνων καὶ βαρβάρων ἀπαλλάξας δουλείας, λαὸν μὲν τοῦτον οἰκεῖον ἀπέφηνεν, ἐν δὲ τῇ Ἰουδαίᾳ τὸν νεὼν τὸν οἰκεῖον ἐδείματο. Ἁγίασμα γὰρ τοῦτον ἐκάλεσεν [66].

B

Vers. 19. « Incola ego sum in terra, ne abscondas a me mandata tua. » Terram nos omnes non inhabitamus, sed in ea diversamur. Cum enim exiguum vitæ tempus peregerimus, in aliam transimus vitam. Sane hoc non omnes volunt scire, sed de C præsentibus bonis, tanquam permanentibus et stabilibus efferuntur. Qui vero divinarum rerum cognitione instructus est, brevitatem vitæ novit. Idcirco incolam se ipsum nuncupat, et supplicat, ut divina mandata non ignoret.

Vers. 20. « Concupivit anima mea desiderare justificationes tuas omni tempore. » Multi divina judicia desiderant cœlorumque regnum appetunt, sed non semper: modo vero divinis oblectantur, et modo corporis affectus sequuntur. Sed propheta continue hoc desiderium habere exoptat.

Vers. 21. « Increpasti superbos. » Qui divinas leges despiciunt, in superbiæ morbum incidunt, sed a justo judice pœnam reportant. Hoc sane Ab- D salon perpessus est, hoc Saul, hoc Pharao, et Sennacherim, et Nabuchodonosor, et alii innumeri. Hoc cum Propheta sciret, tanquam propheta subjunxit: « Maledicti qui declinant a mandatis tuis. » Hanc exsecrationem lex etiam transgredientibus

ἐπιλήσομαι τῶν λόγων σου. » Ἄληστον τῶν σῶν λογίων ἐμαυτῷ [60] φυλάξω τὴν μνήμην.

ιζʹ. « Ἀνταπόδος τῷ δούλῳ σου. » Οὐ παντός ἐστι ταύτῃ χρήσασθαι τῇ φωνῇ· οὐδεὶς γὰρ πονηρὸν συνειδὸς περιφέρων εἰς ἀνταπόδοσιν τὸν κριτὴν διεγείρει· ὁ δὲ καθαροῖς χρώμενος λογισμοῖς, σὺν παῤῥησίᾳ ταύτῃ κέχρηται τῇ φωνῇ. « Ζῆσόν με [61], καὶ φυλάξω τοὺς λόγους σου. » Τῆς σῆς γὰρ ἀπολαύων ἐπικουρίας, διαφεύξομαι τῆς ἁμαρτίας τὸν θάνατον, καὶ τὴν ἐκ τῶν λόγων σου τρυγήσω ζωήν.

ιηʹ. « Ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσια ἐκ τοῦ νόμου σου. » Οὐχ ἅπαντες οἱ τοῖς θείοις ἐντυγχάνοντες λογίοις τὰ τούτων κατανοοῦσι θαυμάσια, ἀλλ' οἱ τῆς ἄνωθεν ἀπολαύοντες αἴγλης. Ὃ δὴ καὶ [62] ὁ μακάριος ἔφη Παῦλος· « Ὅτ' ἂν δὲ ἐπιστρέψῃ πρὸς Κύριον, περιαιρεῖται τὸ κάλυμμα· ὁ δὲ Κύριος τὸ πνεῦμά ἐστιν. » Αὐτὸς μέν τοι τῷ φωτὶ τῷ θείῳ καταυγαζόμενος εἰκότως ἐβόα· « Ἡμεῖς δὲ ἅπαντες ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμενοι τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου πνεύματος. » Ἡμᾶς δὲ προσήκει τὸν Δεσπότην ἀντιβολεῖν, ἵνα τὸ κάλυμμα τῶν τῆς διανοίας ἡμῶν περιελὼν ὀφθαλμῶν, ἀποδείξῃ [62*] τῶν θείων λογίων τὴν δύναμιν.

ιθʹ. « Πάροικος ἐγώ εἰμι ἐν τῇ γῇ· μὴ ἀποκρύψῃς ἀπ' ἐμοῦ τὰς ἐντολάς σου. » Τὴν γῆν οὐ κατοικοῦμεν, ἀλλὰ παροικοῦμεν· βραχὺν γὰρ [63] διαβιώσαντες χρόνον, εἰς ἕτερον μεταβαίνομεν βίον. Τοῦτο δὲ οὐ πάντες ἐθέλουσιν εἰδέναι, ἀλλ' οἱ ἐπὶ τοῖς παροῦσιν ἀγαθοῖς, ὡς ἐπὶ μονίμοις καὶ διαρκέσι βρενθύονται. Ὁ δὲ τὰ θεῖα πεπαιδευμένος [64] οἶδε τοῦ βίου τὸ πρόσκαιρον. Διὸ δὴ καὶ πάροικον ἑαυτὸν ὀνομάζει, καὶ ἱκετεύει τὰς θείας ἐντολὰς μηδαμῶς ἀγνοῆσαι.

κʹ. « Ἐπεπόθησεν [65] ἡ ψυχή μου τοῦ ἐπιθυμῆσαι τὰ κρίματά σου ἐν παντὶ καιρῷ. » Ἐπιθυμοῦσι τῶν θείων κριμάτων πολλοὶ, καὶ τῆς οὐρανῶν ἐφίενται βασιλείας, ἀλλ' οὐκ ἀεί. Νῦν μὲν [66] θείοις ἀρέσκονται, νῦν δὲ τοῖς τοῦ σώματος ἀκολουθοῦσι παθήμασιν· ὁ δὲ προφήτης ἱμείρεται τοῦτον ἔχειν τὸν πόθον διηνεκῶς.

καʹ. « Ἐπετίμησας ὑπερηφάνοις. » Οἱ τῶν θείων νόμων καταφρονοῦντες τῇ τῆς ὑπερηφανίας περιπίπτουσι νόσῳ· ἀλλὰ τὴν παρὰ τοῦ δικαίου κριτοῦ δέχονται τιμωρίαν. Τοῦτο δὲ [67] πέπονθε Ἀβεσσαλὼμ, τοῦτο Σαοὺλ, τοῦτο Φαραὼ, καὶ Σενναχηρεὶμ, καὶ Ναβουχοδονόσορ [68], καὶ ἕτεροι μυρίοι. Τοῦτο εἰδὼς ὁ Προφήτης, ἅτε δὴ προφήτης [69], ἐπήγαγεν· « Ἐπικατάρατοι οἱ ἐκκλίνοντες ἀπὸ τῶν ἐντολῶν

[z] II Cor. III, 16, 17. [a] ibid. 18.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[60] *Ἐμαυτῷ*. cod. 1 præm. ἐν. [61] *Ζῆσόν με*. cod. 1 ζήσομαι, quæ est rec. lectio h. l. [62] *Ὃ δὴ καί*. cod. 1 οὗ δὴ χάριν καί. Hanc lectionem secutus est Carafa. [62*] cod. 1 ὑποδείξῃ. [63] *Γάρ*. id. δέ. [64] ibid. παιδευόμενος. [65] *Ἐπεπ. κ. λ.* Hebr. *Quasi fracta est anima mea desiderio.* [66] *Μέν*. cod. 1 add. γὰρ τοῖς. [67] *Δέ*. Des. in cod. 1. [68] *Καὶ Ναβουχ*. Des. ibid. [69] *Ἅτε δὴ προφ*. Des. ibid.

σου. » Ταύτην καὶ ὁ νόμος τὴν ἀρὰν τοῖς παραβάταις προσφέρει· « Ἐπικατάρατος γὰρ, φησὶ, πᾶς, ὃς οὐκ ἐμμένει τοῖς ἐγκειμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου, τοῦ ποιῆσαι αὐτά.

κβ'. « Περίελε ἀπ' ἐμοῦ ὄνειδος καὶ ἐξουδένωσιν, ὅτι τὰ μαρτύριά σου ἐξεζήτησα. » Ὠνείδισε τὸν Προφήτην ὁ Νάβαλ, δοῦλον δραπέτην ἀποκαλέσας· ὠνείδισαν αὐτὸν οἱ Γετθαῖοι. Ἀλγυνόμενος τοίνυν ἐπὶ τούτοις, ἀποτρίψασθαι τὰ ὀνείδη παρακαλεῖ, ἅτε δὴ τὰ θεῖα ἐκζητήσας μαρτύρια· οὐχ ἁρμόττει τοίνυν τοῖς παρὰ τοῦ Σεμεεὶ ὀνείδεσι[70] τὰ παρόντα ῥητά. Ἐκεῖνα γὰρ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐγένετο· τὰ δὲ τοῦ Νάβαλ, καὶ τῶν ἄλλων, πρὸ τῆς ἁμαρτίας.

κγ'. « Καὶ γὰρ ἐκάθισαν ἄρχοντες, καὶ κατελάλουν κατ' ἐμοῦ. » Καὶ Σαοὺλ, καὶ Ἀβενὴρ, καὶ Ἀχιτόφελ, καὶ Ἀβεσσαλὼμ, ἐλοιδόρουν τὸν Δαβίδ[71]. « Ὁ δὲ δοῦλός σου ἠδολέσχει ἐν τοῖς δικαιώμασί σου. » Ἐγὼ δὲ τὴν σὴν δεσποτείαν ὁμολογῶν, μελέτην εἶχον τὰ σὰ δικαιώματα.

κδ'. « Καὶ γὰρ τὰ μαρτύριά σου μελέτη μού ἐστι, καὶ[72] αἱ συμβουλαί[73] μου τὰ δικαιώματά σου. » Πᾶσαν γὰρ ἀνθρωπίνην εἰσήγησιν ἀπωσάμενος, ταῖς σαῖς ὑποθήκαις ἀκολουθῶ.

κε'. « Ἐκολλήθη τῷ ἐδάφει ἡ ψυχή μου[74]. » Τὴν[75] ὑπερβολὴν τῆς ταπεινώσεως διὰ τούτων ἐδήλωσεν. Οὕτω καὶ γὰρ ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ καὶ τρίτῳ ἔφη ψαλμῷ· « Ὅτι ἐταπεινώθη εἰς χοῦν ἡ ψυχὴ ἡμῶν· ἐκολλήθη εἰς γῆν ἡ γαστὴρ ἡμῶν. » — « Ζῆσόν με κατὰ τὸν λόγον σου. » Οὐκ ἀορίστως αἰτεῖ ζωὴν, ἀλλὰ τὴν κατὰ νόμον ζωήν.

κς'. « Τὰς ὁδούς μου ἐξήγγειλα, καὶ ἐπήκουσάς μου· δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου. » Πάσας σοι, Δέσποτα, τὰς ἐμὰς δεδήλωκα πράξεις· καὶ οὐδέν σε λαθεῖν τῶν ἐμῶν ἀνεσχόμην[76]. Διά τοι τοῦτο ταῖς ἐμαῖς ἱκεσίαις ἐπίνευσον[77]· ἀντιβολῶ δὲ μαθεῖν ἀκριβῶς τὰ σά[78] δικαιώματα.

κζ'. « Ὁδὸν δικαιωμάτων σου συνέτισόν με, καὶ ἀδολεσχήσω ἐν τοῖς θαυμασίοις σου. » Θείας ἡμῖν συνέσεως δεῖ, ὥστε κατὰ τὸν θεῖον νόμον τὴν ἀρετὴν μετελθεῖν, καὶ τὸν φιλανθρωπίᾳ χρώμενον μὴ πρὸς κενοδοξίαν ἰδεῖν, καὶ τὸν ἀσκητικὸν μὴ θηρᾶσαι τὸν ἀνθρώπειον ἔπαινον, τὸν σώφρονα μὴ διὰ τὴν τῆς ἀκολασίας αἰσχύνην, ἀλλὰ διὰ τὸν πόθον τῆς ἀρετῆς, μετιέναι τὴν σωφροσύνην. Εἰκότως τοίνυν ὁ Προφήτης ἀντιβολεῖ συνέσεως θείας μεταλαχεῖν, ὡς διαγνῶναι τὴν τῆς δικαιοσύνης ὁδόν.

κη'. « Ἐνύσταξεν[79] ἡ ψυχή μου ἀπὸ ἀκηδίας· βεβαίωσόν με[80] ἐν τοῖς λόγοις σου. » Ἡ συνεχὴς[81] προσβολὴ τῆς ἁμαρτίας διαλύει πολλάκις τὸν τόνον τῶν λογισμῶν, καὶ ἀπαυδῆσαι[82] παρασκευάζει τὸν

A affert : « Maledictus enim, ait, omnis, **1444** qui non permanet in iis, quæ jacent in libro legis hujus, ut faciat ipsa.

VERS. 22. « Aufer a me opprobrium et contemptum, quia testimonia tua exquisivi. » Contumeliis affecit Prophetam Nabal, servum fugitivum vocans: affecerunt et Gettha i. Mœrens igitur de his, orat ut opprobria deleantur, utpote qui divina testimonia quæsierit. Non respondent igitur hæc verba conviciis a Semei jactatis. Illa enim peccatum secuta sunt : Nabalis vero aliorumque convicia peccatum præcesserunt.

VERS. 23.* « Etenim sederunt principes, et adversus me locuti sunt. » Et Saul, et Abner, et Achi-
B tophel, et Absalon conviciis Davidem impetebant. « Servus autem tuus meditatus est justificationes tuas. » Ego autem tuam dominationem confitens, tuas justificationes meditabar.

VERS. 24. « Nam et testimonia tua meditatio mea sunt, et consilia mea justificationes tuæ. « Humana enim doctrina rejecta, tua mandata sequor.

VERS. 25. «Adhæsit pavimento anima mea.» Singularem quamdam humilitatem per hæc declaravit. Sic enim et in quadragesimo tertio ait psalmo : « Quoniam humiliata est in pulvere anima nostra, conglutinatus est in terra venter noster. » — « Vivifica me secundum verbum tuum. » Non absolute vitam petit, sed vitam secundum legem.
C
VERS. 26. « Vias meas enuntiavi, et exaudivisti me, doce me justificationes tuas. » Omnes meas actiones tibi, Domine, exposui, et nihil mearum rerum **1445** te latere permisi. Idcirco meis precibus annue : precor autem te, ut accurate tuas justificationes perdiscam.

VERS. 27. « Viam justificationum tuarum doceas me, et meditabor mirabilia tua. » Divina prudentia nobis opus est, ut secundum divinam legem virtutem consectemur ; et qui aliis misericordiam impertit, ad inanem non respiciat gloriam, et qui religiosam vitam colit, humanam laudem minime captet, et vir continens non ob intemperantiæ dedecus, sed ob virtutis desiderium continentiam ample-
D ctatur. Jure igitur Propheta supplicat, ut divinæ prudentiæ particeps sit, ut justitiæ viam cognoscat.

VERS. 28. « Dormitavit anima mea præ tædio, confirma me in verbis tuis. » Assiduus peccati impetus mentis ac rationis nervos sæpe infringit, facitque ut athleta deficiat, et sic dictam ἀκήδιαν

[b] Deut. XXVII, 49.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[70] ibid. ὀνειδισθεῖσι. [71] *Ἐλοιδ. τὸν Δαβ.* Des. in cod. [72] *Καὶ—σοῦ*. Hebr. viri consilii mei. Symm. ὡς ἄνδρες ὁμογνώμονές μοι. Edit. V ἄνδρες τῆς βουλῆς μου. [73] cod. 1 συμβουλίαι, quæ est rec. lectio h. l. [74] *Μου.* in cod. 4 ex sequentibus add. ζῆσόν με κατὰ τὸν λόγον σου. [75] *Τὴν — γαστὴρ ἡμῶν*. Hæc partem constituunt eorum quæ Cord. l. c. p. 394 ; Origeni tribuit. [76] cod. ἠνεσχόμην. [77] ib. ἱκετείαις ἐπένευσας. [78] Σά. Des. ibid. [79] *Ἐνύσταξεν*. Hebr. *Stillat*. Symm. κατέσταξεν. Edit. V et VI ἔσταξεν. [80] *Βεβ. με.* Heb. *Erige me*. [81] *Ἡ συνεχὴς*, κ. τ. λ. Hæc etiam Origeni tribuuntur a Cord. l. c. p. 395. [82] cod. 1 ἀναυδῆσαι.

producit : remissa vero anima in somnum incidit, somnus autem mortem attrahit. Idcirco ut confirmetur et corroboretur Propheta obsecrat. Hoc etiam in alio psalmo precatur dicens : « Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte [c]; » ubi peccatum mortem appellat.

* Vers. 29, 30. « Viam iniquitatis amove a me, et lege tua miserere mei. Viam veritatis elegi, et judiciorum tuorum non sum oblitus. » Necessaria est etiam hæc precatio. Oportet enim nos ab universorum Deo implorare auxilium, ut ab injustitiæ via deflectamus, et veritatis **1446** iter sectemur, et perpetuam memoriam Dei testimoniorum circumferamus.

Vers. 31. « Adhæsi testimoniis tuis, Domine, noli me confundere. » Non simpliciter dixit : *Secutus sum*, sed *adhæsi*, hoc est ne tantillum quidem ab hisce meam mentem segregavi. Cæterum expetit, ut hujusmodi affectus fructum percipiat : nimirum ut nullam ignominiam incurrat.

Vers. 32. « Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. » Utroque opus est, et nostra animi promptitudine, et Dei auxilio. Neque enim divina gratia bonam alacritatem non habentibus datur : neque humana natura absque cœlesti auxilio virtutem consequi potest. Hoc et Propheta docet : Mandatorum tuorum viam sine impedimento cucurri, cursus facilitatem a te accipiens. *Latitudinem* enim *facilitatem* vocavit. Et alibi ait : « In tribulatione amplum mihi fecisti locum [d]. » Et rursus : « Dilatasti gressus meos sub me, et non sunt infirmata vestigia mea [e]. »

Vers. 33. « Legem pone mihi, Domine, viam justificationum tuarum, et exquiram eam semper. » *Legem pone* Symmachus *ostende* dixit : Aquila et Theodotio, *illustra*. Semper, inquit, illustratione tua tuisque præceptionibus indigeo, ut justificationum tuarum viam cognoscam, et hanc sine impedimento decurram.

Vers. 34. « Da mihi intellectum, et scrutabor legem tuam, et custodiam illam toto corde meo. » Et Dominus, ut Scripturas perscrutemur, jussit : sed perscrutantibus cœlesti lumine opus est, ut et inveniant illud quod quæritur, **1447** et conservent quod ceperunt.

Vers. 35. « Deduc me in semitam mandatorum tuorum quia ipsam volui. » Non simpliciter efflagitat, ut universorum Deum habeat ducem, sed ostenso propensi animi desiderio.

Vers. 36.* « Inclina cor meum in testimonia tua, et non in avaritiam. » Aquarum natura in proclive ferri solet, et si quem exitum invenerit,

A ἀθλητὴν, καὶ τὴν καλουμένην *ἀκηδίαν* ἐργάζεται· χαυνουμένη δὲ ἡ ψυχὴ τὸν ὕπνον εἰσδέχεται· ὁ δὲ ὕπνος ἐπάγει τὸν θάνατον. Διόπερ βεβαιωθῆναι καὶ στηριχθῆναι ὁ Προφήτης ἀντιβολεῖ. Τοῦτο δὲ καὶ ἐν ἑτέρῳ ἔφη ψαλμῷ· « Φώτισον τοὺς ὀφθαλμούς μου, μήποτε ὑπνώσω εἰς θάνατον· » θάνατον τὴν ἁμαρτίαν καλῶν [83].

κθʹ, λʹ. « Ὁδὸν ἀδικίας ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ, καὶ τῷ νόμῳ σου ἐλέησόν με. Ὁδὸν ἀληθείας ᾑρετισάμην, τὰ [84] κρίματά σου οὐκ ἐπελαθόμην. » Ἀναγκαία καὶ αὕτη ἡ δέησις. Προσήκει γὰρ ἡμᾶς αἰτεῖν παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων βοήθειαν, ὥστε τῆς ἀδικίας ἐκτρέπεσθαι τὴν ὁδὸν, καὶ τὴν τῆς ἀληθείας προαιρεῖσθαι πορείαν, καὶ ἄληστον ἐπιφέρειν τῶν τοῦ Θεοῦ μαρτυρίων τὴν μνήμην.

B λαʹ. « Ἐκολλήθην τοῖς μαρτυρίοις σου, Κύριε, μή με καταισχύνῃς. » Οὐχ ἁπλῶς εἶπεν, *ἠκολούθησα*, ἀλλ' *ἐκολλήθην*, τουτέστιν, οὐδὲ πρὸς βραχὺ τούτων ἐχώρισα τὸν ἐμαυτοῦ λογισμόν. Ζητεῖ δὲ τρυγῆσαι τῆς τοσαύτης [85] διαθέσεως καρπὸν, τὸ μηδεμιᾶς πεῖραν αἰσχύνης λαβεῖν.

λβʹ. « Ὁδὸν ἐντολῶν σου ἔδραμον, ὅταν ἐπλάτυνας καρδίαν μου. » Ἀμφοτέρων χρεία, καὶ τῆς ἡμετέρας προθυμίας, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ προμηθείας. Οὔτε γὰρ ἡ θεία χάρις δίδοται τοῖς τὴν ἀγαθὴν οὐκ ἔχουσι προθυμίαν· οὔτε ἀνθρωπεία φύσις ἀρετὴν δύναται κατορθῶσαι δίχα τῆς ἄνωθεν βοηθείας. Τοῦτο καὶ ὁ Προφήτης διδάσκει, ὅτι Τῶν ἐντολῶν σου τὴν ὁδὸν ἔτρεχον ἀκωλύτως, παρὰ σοῦ λαμβάνων τοῦ δρόμου τὴν εὐκολίαν. *Πλατύτητα* γὰρ τὴν *εὐκολίαν* ἐκά-

C λεσε. Καὶ ἀλλαχοῦ φησιν· « Ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς μοι. » Καὶ πάλιν· « Ἐπλάτυνας τὰ διαβήματά μου ὑποκάτω μου, καὶ οὐχ ἠσθένησαν τὰ ἴχνη μου. »

λγʹ. « Νομοθέτησόν με [86], Κύριε, τὴν ὁδὸν τῶν δικαιωμάτων σου, καὶ ἐκζητήσω αὐτὴν διαπαντός. » Τὸ *νομοθέτησον* ὁ Σύμμαχος *ὑπόδειξον* εἶπεν· Ἀκύλας καὶ Θεοδοτίων, *φώτισον*· διαπαντὸς, φησὶ, τῆς σῆς δέομαι φωταγωγίας καὶ νομοθεσίας, ὥστε καὶ γνῶναι τῶν δικαιωμάτων σου τὴν ὁδὸν, καὶ ταύτην ἀκωλύτως ὁδεύειν.

λδʹ. « Συνέτισόν με, καὶ ἐξερευνήσω [87] τὸν νόμον σου· καὶ φυλάξω αὐτὸν ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου. » Καὶ ὁ Κύριος προσέταξεν ἐξερευνᾷν [88] τὰς Γραφάς· ἀλλὰ τοῖς ἐρευνῶσι χρεία τῆς ἄνωθεν αἴγλης, ἵνα καὶ εὕρωσι τὸ ζητούμενον, καὶ φυλάξωσι τὸ θηρώμενον.

D λεʹ. « Ὁδήγησόν με ἐν τῇ τρίβῳ τῶν ἐντολῶν σου, ὅτι αὐτὴν ἠθέλησα. » Οὐχ ἁπλῶς αἰτεῖ γενέσθαι ποδηγὸν αὐτοῦ τὸν τῶν ὅλων Θεόν· ἀλλὰ δεικνὺς τῆς πορείας τὸν πόθον.

λϛʹ. « Κλῖνον τὴν καρδίαν μου εἰς τὰ μαρτύριά σου, καὶ μὴ εἰς πλεονεξίαν. » Ἐπὶ τὸ πρανὲς φέρεσθαι πέφυκε τῶν ὑδάτων ἡ φύσις· κἂν τινος ἐπιλά-

[c] Psal. XII, 5. [d] Psal. IV, 1. [e] Psal. XVII, 36.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[83] *Τὴν ἁμαρτ. καλῶν*. Des. in cod. 1. [84] *Τὰ — ἐπελαθ.* Hebr. *Et judicia tua posui* sc. coram me. [85] *Τοσαύτης*. cod. 1 τοιαύτης. [86] *Νομοθ. με*. Hebr. *Doceas me*. [87] *Ἐξερ.* Hebr. *servabo*. [88] cod. 1 ἐρευνᾷν.

δηται διεξόδου, ἐκεῖσε πᾶσα χωρεῖ. Οὕτω τοῦ διαβό- A
λου τὴν ἐπὶ τὴν ἁμαρτίαν ὁδὸν διανοίξαντος[89] τῶν ἀνθρώπων ἔῤῥεψεν ἐπὶ τὸ χεῖρον[90] ἡ φύσις. Σφόδρα τοίνυν ὁ Προφήτης ἁρμοδίως ἀντιβολεῖ ἐπὶ τὰ θεῖα μαρτύρια τὴν καρδίαν κλιθῆναι, καὶ τῆς ἐπὶ τὸ θάτερον[91] τὴν πεῖραν διαφυγεῖν.

λζ'. « Ἀπόστρεψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, τοῦ μὴ ἰδεῖν ματαιότητα. » Καὶ *μάταιόν* ἐστι τὸ ἀκερδὲς, καὶ ἀνόνητον· τοιαῦτα δὲ τὰ δοκοῦντα τοῦ βίου τερπνά. Οὕτως αὐτὰ καὶ ὁ σοφὸς Σολομῶν ὀνομάζει, « Ματαιότης ματαιοτήτων, τὰ πάντα ματαιότης. » Καὶ διηγησάμενος ὅπως ᾠκοδόμησεν οἰκίας, καὶ ἐφύτευσε παραδείσους, καὶ κατεσκεύασε[92] κολυμβήθρας ὑδάτων[93], ἐπήγαγεν· « Καὶ ἰδοὺ πάντα ματαιότης, καὶ προαίρεσις πνεύματος. » Ἱκετεύει τοίνυν ὁ Προφήτης εἰς ἑτέραν θεωρίαν ῥέψαι τῆς διανοίας τὰ B
ὄμματα, καὶ τῇ τῶν παρόντων ματαιότητι μὴ θελχθῆναι. « Ἐν τῇ ὁδῷ σου ζῆσόν με. » Κατὰ τοὺς σοὺς δός μοι πολιτεύεσθαι νόμους.

λη'. « Στῆσον τῷ δούλῳ σου τὸ λόγιόν σου, εἰς τὸν φόβον σου. » Βέβαιον ἐν τοῖς σοῖς λόγοις[94] ἀπόφηνόν με, ἀπεριτρέπτως φυλάττων τῷ φόβῳ σου· ἀντὶ τοῦ, Ἐπικείσθω μοι ὁ φόβος σου, δεδιττόμενος, καὶ μὴ ἐῶν ἐκτραπῆναι τῶν λογίων σου.

λθ'. « Περίελε τὸν ὀνειδισμόν μου ὃν ὑπώπτευσα, ὅτι τὰ κρίματά σου χρηστά. » Ὁ δὲ Ἀκύλας, ἀντὶ τοῦ *ὑπώπτευσα, ὑπεστάλην* εἴρηκεν. Οὕτω δὴ[95] καὶ ὁ Θεοδοτίων. Ὁ δὲ Σύμμαχος, *ὃν εὐλαβοῦμαι*· *ὀνειδισμὸν* δὲ ἐνταῦθα καλεῖ, τὸν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας C
γενόμενον. Τοῦτον γὰρ καὶ ὑπεστέλλετο, καὶ ἐδεδίει, καὶ ὕποπτον ἔζη ζωήν. Διὰ τοῦτο οὐκ ἐπήγαγε συνήθως, Ὅτι κρίματά σου ἐξεζήτησα, ἢ ἐφύλαξα· ἀλλ' « Ὅτι τὰ κρίματά σου χρηστά. » Οὐ μόνον γὰρ τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἀπειλεῖς τιμωρίαν, ἀλλὰ καὶ τοῖς μεταμελομένοις ὑπίσχνῃ σωτηρίαν. *Κρίματα* γὰρ καλεῖ τὰς τοῦ Θεοῦ δικαίας ψήφους.

μ'. « Ἰδοὺ ἐπεθύμησα τὰς ἐντολάς σου, ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ζῆσόν με. » Γλιχομένῳ παράσχου τὴν ἐν δικαιοσύνῃ ζωήν.

μα'. « Καὶ ἔλθοι ἐπ' ἐμὲ τὸ ἔλεός σου, Κύριε. » Πάντες γὰρ ἐνδεεῖς τῆς θείας φιλανθρωπίας, καὶ ὁ αὐτὴν κατειληφὼς τὴν ἀκροτάτην τῆς ἀρετῆς κορυφὴν, ταύτης δεῖται διηνεκῶς. D

« Τὸ σωτήριόν σου κατὰ τὸν λόγον σου. [μβ'] Καὶ ἀποκριθήσομαι τοῖς ὀνειδίζουσί μοι λόγον. » Ἣν ὑπέσχου, Δέσποτα, σωτηρίαν ἐν τοῖς ἱεροῖς σου λόγοις παράσχου, ἵνα τοῖς ἐπιτωθάζουσί μοι σὺν παῤῥησίᾳ διαλεχθῶ. Ὁ γὰρ ἐν συμφοραῖς ὢν φέρει τὰ ὀνείδη σιγῶν· ὁ δὲ τὴν θυμήρη βιοτεύων ὁδὸν[96], διελέγχει τοὺς κακῶς ὀνειδίζοντας. « Ὅτι ἤλπισα

illuc tota confluit: sic diabolo peccato viam reserante, hominum natura in pejus vergit. Hinc admodum congruenter Propheta precatur ut in divina testimonia cor inclinetur, nec in alteram partem impetu quodam feratur.

Vers. 37. « Averte oculos meos, ne videant vanitatem. » *Vanitas*, quod inutile et stultum est, vocatur. Hujusmodi vero sunt ea quæ in vita jucunda videntur. Sic hæc et sapiens Salomon nominat: « Vanitas vanitatum, et omnia vanitas [f]. » Et cum enarrasset quomodo ædes ædificaverit, et conseverit hortos, et fecerit piscinas aquarum, subdidit: « Et ecce omnia vanitas, et afflictio spiritus [g]. » Supplicat igitur Propheta ut mentis oculi in aliam contemplationem vergant, et ne præsentium rerum vanitate demulceantur. « In via tua vivifica me. » Secundum tuas leges ut vivere possim mihi concede.

Vers. 38. « Statue servo tuo eloquium tuum ad timorem tui. » Constantem ac firmum in tuis sermonibus me redde, jugiter per timorem tuum sic me custodiens, ut nulla vi resupinari queam: quasi dicat: Timor tuus mihi **1448** incumbat, territans, et nequaquam sinens ut a tuis oraculis deflectam.

Vers. 39. « Aufer opprobrium meum, quod suspicatus sum, quia judicia tua jucunda. » Aquila autem pro *suspicatus sum*, dixit *formidavi*. Sic etiam Theodotio. Symmachus vero, *quod vereor* interpretatus est. *Opprobrium* autem hoc loco vocat, quod ex peccato oritur. Hoc enim et formidabat, et timebat, et suspectam ducebat vitam. Propterea non subdidit, ut solet: Quoniam judicia tua quæsivi, aut custodivi, sed, « Quoniam judicia tua jucunda. » Non solum enim peccatoribus supplicium minaris, verum etiam pœnitentibus salutem polliceris. *Judicia* enim justas Dei sententias vocat.

Vers. 40. « Ecce concupivi mandata tua, in æquitate tua vivifica me. » Mihi optanti viam justam concede.

* Vers. 41. « Et veniat super me misericordia tua, Domine. » Omnes enim divinæ benignitatis indigentes sumus: et ille qui ultimum virtutis fastigium apprehendit, hac continue indiget.

« Salutare tuum secundum eloquium tuum. [Vers. 42.] Et respondebo exprobrantibus mihi verbum. » Quam salutem, o Domine, in sacris tuis sermonibus pollicitus es, largire, ut ad illos qui insultant mihi cum fiducia loquar. Qui enim in calamitatibus versatur, tacendo convicia suffert; qui vero jucundam vitam ducit, refutat eos a quibus

[f] Eccle. I, 2. [g] Eccle. II, 11.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[89] cod. 1 ἀνοίξαντος. [90] *Ἐπὶ τὸ χεῖρον*. In cod. 1 ponitur post φύσις. [91] *Θάτερον*. ib. seq. θύρας. [92] ibid. μετεσκεύασε. [93] *Ὑδάτων*. Des. ibid. [94] *Λόγοις*. Des. ib. [95] *Δή*. ib. δέ. [96] *Ὁδόν*. cod. 1 βίον.

per injuriam contumeliis afficitur. « Quia spem reposui in sermonibus tuis. » A tuis enim promissis pendeo, et in hac spe incedo.

VERS. 43. « Et ne auferas de ore meo verbum veritatis usquequaque, quia in judiciis tuis spem posui. » Ut veritatem diligamus Propheta nos docet, **1449** et ut hanc cum omni alacritate ab universorum Deo efflagitemus.

VERS. 44. « Et custodiam legem tuam semper in sæculum, et in sæculum sæculi. » Sic enim promptiori quoque animo in legum tuarum custodiam incumbam. Per hoc igitur : « In sæculum, et in sæculum sæculi, » futuram vitam demonstravit, in qua pura et sincera divinarum legum observantia omnibus dabitur.

VERS. 45, 46. « Et ambulabam in latitudine, quia mandata tua exquisivi. Et loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum, et non confundebar. » Cum multa, inquit, facilitate incedens, et secundum mandata tua vivens, neque regiam potentiam timui, sed cum multa fiducia cum ipsis colloquebar. Vita enim secundum legem acta fiduciam affert. Et hujus testis est magnus David. Nam ante peccatum cum multa fiducia cum Saule sermocinabatur; post peccatum vero parricidam fugiens filium, prospiciens in terram, caputque operiens, ambulabat. Et Elias ille magnus justitia fretus, Achabi impietatem redarguebat. Sic divinus Daniel Nabuchodonosori dicebat : « Et nunc, o rex, consilium meum placeat tibi, eleemosynis redime peccata tua, et iniquitates tuas misericordiis pauperum [h]. » Sic divinus Paulus Agrippam, et Festum, et Felicem alloquebatur. * Sic triumphatores martyres impios reges despiciebant.

VERS. 47, 48. « Et meditabar **1450** in mandatis tuis, quæ dilexi magnopere. Et levavi manus meas ad mandata tua, quæ dilexi. » Non enim in sermone est Dei regnum, sed in opere : et qui fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Idcirco divinus Propheta meditationi actionem præposuit. Cum enim dixisset : « Meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi valde, » et ardentem cupiditatem declarasset, subdidit : « Et levavi manus meas ad mandata tua, quæ dilexi. » Quæ enim per divina oracula didici, hæc per opera exsecutus sum. Non enim auditores legis justi sunt apud Deum, ut divinus ait Apostolus, sed factores legis justificabuntur [h']. « Et meditatus sum justificationes tuas. » Continuo enim has meditatus sum.

A ἐπὶ τοὺς λόγους [97] σου. » Τῆς γὰρ σῆς ἐπαγγελίας ἐξήρτημαι, καὶ ἐπὶ ταύτης ὁδεύω τῆς ἐλπίδος.

μγ'. « Καὶ μὴ περιέλῃς ἐκ τοῦ στόματός μου λόγον ἀληθείας ἕως σφόδρα, ὅτι ἐπὶ τοῖς κρίμασί σου ἐπήλπισα. » Ἐρᾷν ἡμᾶς τῆς ἀληθείας ὁ Προφήτης διδάσκει, καὶ ταύτην αἰτεῖν παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων σὺν προθυμίᾳ πολλῇ.

μδ'. « Καὶ φυλάξω τὸν νόμον σου διαπαντὸς εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. » Οὕτω γάρ [98] προθυμότερος περὶ τὴν τῶν σῶν νόμων γενήσομαι φυλακήν. Διά μέν τοι τοῦ· « Εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, » ἐδήλωσε τὸν μέλλοντα βίον, ἐν ᾧ καθαρὰ καὶ ἀκραιφνὴς δοθήσεται ἅπασι τῶν θείων νόμων ἡ φυλακή.

B με', μς'. « Καὶ ἐπορευόμην [99] ἐν πλατυσμῷ, ὅτι τὰς ἐντολάς σου ἐξεζήτησα. Καὶ ἐλάλουν ἐν τοῖς μαρτυρίοις σου, ἐναντίον βασιλέων, καὶ οὐκ ᾐσχυνόμην [1]. » Μετὰ πολλῆς, φησὶν, ὁδεύων εὐκολίας, καὶ κατὰ τὰς σὰς ἐντολὰς βιοτεύων, οὐδὲ βασιλικὴν ἔδεισα δυναστείαν, ἀλλὰ σὺν παῤῥησίᾳ πολλῇ τὴν πρὸς αὐτοὺς ἐποιούμην διάλεξιν. Ἡ γὰρ ἔννομος ζωὴ, παῤῥησίας δημιουργός. Καὶ τούτου μάρτυς ὁ μέγας Δαβίδ. Πρὸ μὲν γὰρ τῆς ἁμαρτίας, μετὰ πολλῆς τῷ Σαοὺλ διαλέγεται παῤῥησίας· μετὰ δὲ τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τὸν πατραλοίαν ἀποδιδράσκων [2] υἱὸν, κύπτων [3] εἰς γῆν, καὶ τὴν κεφαλὴν καλύπτων, ἐβάδιζεν. Καὶ Ἠλίας ὁ πάνυ τῇ δικαιοσύνῃ θαῤῥῶν, τοῦ Ἀχαὰβ διήλεγχε τὴν ἀσέβειαν. Οὕτως ὁ θεσπέσιος Δανιὴλ τῷ

C Ναβουχοδονόσωρ ἔλεγεν· « Καὶ νῦν, βασιλεῦ, ἡ βουλή μου ἀρεσάτω σοι, καὶ τὰς ἀνομίας σου ἐν ἐλεημοσύναις ἀπόλουσαι, καὶ τὰς ἁμαρτίας σου ἐν οἰκτιρμοῖς πενήτων. » Οὕτως ὁ θεσπέσιος [4] Παῦλος πρὸς Ἀγρίππαν, καὶ τὸν Φῆστον, καὶ τὸν Φήλικα διελέγετο. Οὕτως οἱ καλλίνικοι μάρτυρες τῶν δυσσεβῶν κατεφρόνησαν βασιλέων.

μζ', μη'. « Καὶ ἐμελέτων ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου, αἷς ἠγάπησα σφόδρα. Καὶ ἦρα τὰς χεῖράς μου πρὸς τὰς ἐντολάς σου, ἃς ἠγάπησα. » Οὐ γὰρ ἐν λόγῳ ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἐν δυνάμει· καὶ ὁ ποιήσας, καὶ ὁ διδάξας, οὗτος μέγας κληθήσεται ἐν [5] τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ θεῖος Προφήτης τῇ μελέτῃ τὴν πρᾶξιν προτέθεικεν. Εἰρηκὼς γὰρ, « Ἐμελέτων ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου, αἷς ἠγάπησα σφό-

D δρα, » καὶ τὸν θερμὸν ἐπιδείξας πόθον, ἐπήγαγεν· « Καὶ ἦρα τὰς χεῖράς μου πρὸς τὰς ἐντολάς σου, ἃς ἠγάπησα. » Ἃ γὰρ διὰ τῶν θείων λόγων ἐδιδασκόμην [6], ταῦτα διὰ τῶν ἔργων μετῄειν [7]. Οὐ γὰρ οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου δίκαιοι παρὰ τῷ Θεῷ, φησὶν [8] ὁ θεῖος Ἀπόστολος, ἀλλὰ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται. « Καὶ ἠδολέσχουν ἐν τοῖς δικαιώμασί σου. » Ἐνδελεχῶς γὰρ τὴν τούτων ἐποιούμην μελέτην [9].

[h] Dan. IV, 24. [h'] Rom. II. 13.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[97] cod. Vat. τοῖς λόγοις. [98] *Γάρ*. cod. 1 add. διαπαντός. [99] *Ἐπορ*. Hebr., *ambulabo*. [1] *Ἐλάλουν* et *ᾐσχυν*. Hebr., *loquar —pudore afficiar*. [2] cod. 1 ἀπεδίδρασκεν. [3] *Κύπτων*. ib. sequitur γάρ. [4] *Θεσπ*. cod. 1 θεῖος. [5] *Ἐν—οὐρανῶν*. Des. in cod. 1. [6] ib. ἐδιδάσκετο. [7] *Μετῄειν*. cod. 1 μέτεισι. [8] *Φησίν*. ib. præm. ἦ. [9] *Μελέτην*. ib. μνήμην, ascripta tamen lectione altera.

μθ'. « Μνήσθητι τῶν λόγων σου τῷ δούλῳ σου, ὧν ἐπήλπισάς με. » Νομοθετῶν ὁ Θεὸς, καὶ τοῖς φυλάττουσι τὸν νόμον τὴν οἰκείαν εὐμένειαν ἐπηγγείλατο, καὶ τοῖς παραβάταις τὴν τιμωρίαν. Μνησθῆναι τοίνυν τὸν Θεὸν τῶν οἰκείων ὑποσχέσεων ἱκετεύει. Εἰς ἐκείνας γὰρ, φησὶν, ἐλπίζειν ἐδίδαξάς με· καὶ δεικνὺς τῆς ἐλπίδος τὸ χρήσιμον, ἐπήγαγεν·

ν'. « Αὕτη με παρεκάλεσεν ἐν τῇ ταπεινώσει μου, ὅτι τὸ λόγιόν σου ἔζησέ με. » Ταύτην γὰρ ἔσχον παραψυχὴν ἐν ταῖς συμφοραῖς· καὶ ταύτης ὀχούμενος [10] ὑπερέπλευσα τῶν κυμάτων.

να'. « Ὑπερήφανοι παρηνόμουν ἕως σφόδρα, ἀπὸ δὲ τοῦ νόμου σου οὐκ ἐξέκλινα. » *Ὑπερηφάνους* καλεῖ τὸν Σαοὺλ, τὸν Ἀβεσσαλὼμ, τὸν τῶν Ἀμμανιτῶν βασιλέα, τὸν τὰ παράνομα ἐκεῖνα εἰς τοὺς ἀποσταλέντας παρ' αὐτοῦ πεποιηκότα. Ἀλλὰ ἐκεῖνοι μὲν, φησὶ, παράνομον ἠσπάσαντο βίον· ἐγὼ δὲ τοῖς σοῖς ἠκολούθησα νόμοις. Ταῦτα δὲ εἴποιεν ἂν καὶ οἱ καλλίνικοι μάρτυρες, ἀπὸ [11] τῶν ἀπανθρώπων [12] καὶ δυσσεβῶν τυράννων τὰ δεινὰ ἐκεῖνα καὶ χαλεπὰ πεπονθότες.

νβ'. « Ἐμνήσθην τῶν κριμάτων σου ἀπ' αἰῶνος, Κύριε, καὶ παρεκλήθην. » Ἔλαβον γὰρ εἰς νοῦν τὰ κατὰ τὸν Ἄβελ, τὰ κατὰ τὸν Ἀβραὰμ, τὰ κατὰ τὸν Ἰσαὰκ, τὰ κατὰ τὸν Ἰακὼβ, τὰ κατὰ τὸν Ἰωσὴφ, τὰ [13] κατὰ τὸν Ἰὼβ, τὰ κατὰ τὸν Μωσῆ, ὅπως [14] καὶ ποικίλοις περιπεσεῖν συνεχωρήθησαν πειρασμοῖς, καὶ περιφανεῖς αὐτοὺς ὕστερον καὶ περιβλέπτους ἀπέφηνας, ψυχαγωγίαν [15] ἐντεῦθεν ἀποχρῶσαν ἐπορισάμην.

νγ'. « Ἀθυμία [16] κατέσχε με ἀπὸ ἁμαρτωλῶν τῶν ἐγκαταλιμπανόντων τὸν νόμον σου. » Ἐγὼ μὲν κακῶς πάσχων τῇ μνήμῃ τῶν σῶν ἐψυχαγωγούμην κριμάτων· ἠνιώμην δὲ ὅμως, καὶ διετέλουν ἀσχάλλων, πολλοὺς ὁρῶν ἀδεῶς τοὺς σοὺς παραβαίνοντας νόμους.

νδ'. « Ψαλτὰ ἦσάν μοι τὰ δικαιώματά σου, ἐν τόπῳ παροικίας μου. » Παρῴκησεν [18] ὁ μακάριος Δαβὶδ ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ διωκόμενος παρὰ τοῖς Ἀλλοφύλοις. *Παροικίαν* δὲ οἶμαι αὐτὸν καλεῖν, οὐκ ἐκεῖνον τὸν χρόνον, ἀλλὰ πάντα τὸν βίον. Οὐ γὰρ ὡς κατοικῶν, ἀλλὰ ὡς παροικῶν αὐτὸν διετέλεσε, καὶ ᾄδων τὰ τοῦ Θεοῦ δικαιώματα τὸν βίον διώδευσεν. Οὕτω γὰρ ἡρμήνευσαν καὶ οἱ λοιποὶ ἑρμηνευταί· « Ἄσματα ἦν μοι πάντα [17] τὰ προστάγματά σου, ἐν τόπῳ τῆς παροικίας μου. »

νε'. « Ἐμνήσθην ἐν νυκτὶ τοῦ ὀνόματός σου, Κύριε, καὶ ἐφύλαξα τὸν νόμον σου. » Νύκτωρ [20] μὲν ἀεὶ διανιστάμενος ὁ τῶν ἁγίων χορὸς, καὶ προσεύχεται, καὶ ἀνυμνεῖ τὸν τῶν ὅλων Θεόν. Οἶμαι δὲ *νύκτα* ἐνταῦθα τῶν πειρασμῶν τὸν καιρὸν ὀνομάζεσθαι. Ζόφον γὰρ ἐπιφέρει, καὶ νυκτὸς δίκην τοῖς ἀνθρώποις ἐπέρχεται.

A Vers. 49. « Memor esto verborum tuorum servo tuo (datorum), in quibus mihi spem dedisti. » Legem ferens Deus et custodientibus legem benevolentiam suam promisit, et transgredientibus supplicium. Ut igitur suarum promissionum recordetur, Deum precatur. In illis enim, ait, spem ponere me docuisti. Et ostendens spei utilitatem subdidit:

Vers. 50. « Hæc fuit consolatio mea in humilitate mea, quia eloquium tuum vivificavit me. » Hanc enim in calamitatibus consolationem habui, et hac vectus super undis navigavi.

Vers. 51. « Superbi admodum inique agebant, a lege autem tua non declinavi. » *Superbos* nun-
B cupat Saulem, Absalonem, Ammanitarum regem, **1451** qui fecit iniqua illa in eos qui ab ipso missi fuerunt. Sed illi quidem, inquit, iniquam amplexi sunt vitam: ego vero tuas leges secutus sum. Cæterum hæc dicere possent etiam triumphatores martyres, qui gravia et aspera illa a crudelibus et impiis tyrannis perpessi sunt.

Vers. 52. « Memor fui judiciorum tuorum a sæculo, Domine, et consolatus sum. » In mentem enim reduxi ea quæ Abeli, et Abrahamo, et Isaaco, et Jacobo, et Josepho, et Jobo, et Mosi acciderunt, quomodo in varias tentationes ipsos incidere permiseris, et deinceps illustres et spectabiles ipsos reddideris, unde consolationem idoneam re-
C portabam.

Vers. 53. « Defeci animo propter peccatores derelinquentes legem tuam. » Ego quidem mala patiens tuorum judiciorum memoria reficiebar: mœrebam tamen, ac perpetuo mœrore afficiebar, multos cernens impune tuas violare leges.

Vers. 54. « Cantabiles mihi erant justificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. » Diversatus est beatus David apud Allophylos, cum a Saule persecutionem pateretur. *Peregrinationem* autem ipsum vocare opinor, non illud tempus, sed totam vitam. Non enim veluti habitans, sed tanquam diversans vivebat, Deique justificationes canens vitam tradu-
D cebat. Sic enim verterunt et cæteri interpretes: « Cantica erant mihi omnia mandata tua **1452** in loco peregrinationis meæ. »

Vers. 55. « Memor fui noctu nominis tui, Domine, et custodivi legem tuam. » Noctu semper sanctorum chorus surgens, et preces fundit, et Deum universorum laudat. Opinor porro *noctem* hoc loco tentationum tempus nominari. Nebulam enim infert, et noctis instar super homines venit.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[10] *Ταύτης ὀχούμ.* ib. ἐποχούμενος. [11] cod. 1 ὑπό. [12] *Ἀπανθρ.* ib. ἀπηνῶν. [13] *Τὰ — Ἰώβ.* Des. ibid. [14] *Ὅπως.* ib. ὁπόσοις. [15] *Ψυχαγ.* cod. 1 præm. καί. [16] *Ἀθυμία—ἁμαρτ.* Hebr.: *Horror corripuit me propter impios.* [17] *Ψαλτά.* Hebr., *cantica.* [18] *Παρῴκ.* cod. 1 add. μέν. [19] *Πάντα.* Des. in cod. 1, nec exstat apud Montf. in Hexapl. ad h. l. [20] *Νύκτωρ.* cod. 1 præm. καί.

In hoc vero potissimum necessaria et universorum Dei memoria, quæ recreat, et bono esse animo jubet, contrariasque cogitationes exigit.

VERS. 56. « Hæc facta est mihi, quia justificationes tuas exquisivi. » Sic, inquit, superare potui, et eligere tuarum justificationum possessionem.

VERS. 57. « Portio mea es, Domine, dixi custodire legem tuam. » Non omnium portio est Deus, sed eorum qui perfectionem amplexi sunt. Sic sacerdotum et Levitarum pars et hæreditas fuit. « Filiis enim Levi, inquit, non erit pars inter fratres eorum, quoniam pars eorum ego Dominus [i]. » Sic etiam in decimo quinto psalmo ait : « Dominus pars hæreditatis meæ, et calicis mei [j]. » Dicit igitur et hoc in loco : Omnia alia despiciens, te partem, et opum copiam, et divitias habeo. Idcirco tuas leges custodire festino.

VERS. 58. « Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo. » Ubique apponit « in toto corde meo, » etiam in hoc legi obtemperans. Sic enim universorum Deus jussit : « Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex omnibus viribus tuis, et ex tota **1453** potentia tua [k]. » — « Miserere mei secundum eloquium tuum. » Non absolute misericordiam concedi postulat, sed consequi misericordiam secundum divinum oraculum. Hoc dicere potest etiam prudens ægrotus medico : Ut scis, medicinam adhibe, et ut ars præcipit. Hoc etiam prudens mercator gubernatori dicere potest : Secundum legem artis dirige navem, et ut scientia jubet, guberna. Sic etiam decet nos divinam misericordiam prædicare : nam qui rogatur, scit misericordiæ modum. Sæpe enim per animadversionem salutem procurat, et pœna fit benignitas. Sic etiam medicus et secat, et urit, laboranti sanitatem comparans. Sic etiam nos decet misericordiam petere. Nam aliquando per paupertatem misericordiam impertit, et per ægritudines benignitatem largitur, et secundum medicinæ rationem contrariis contraria curat.

VERS. 59. « Cogitavi vias tuas, et converti pedes meos ad testimonia tua. » Hebræus habet *vias meas*, et sic etiam cæteri interpretes verterunt, et Septuaginta in Hexaplo. Dicit autem : Perpendens vias meas, ad testimonia tua pedes meos direxi, nec sinebam ut ab itinere quod ad te ducit, deflecterent.

VERS. 60. « Paratus sum, et non sum turbatus, ut custodiam mandata tua. » Cum enim adversus rerum tristium impetus paratum me reddidissem,

A Ἐν δὲ τούτῳ διαφερόντως ἀναγκαία τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἡ μνήμη, ψυχαγωγοῦσα, καὶ παραθαῤῥύνουσα, καὶ τοὺς ἐναντίους ἐξελαύνουσα λογισμούς.

νϛʹ. « Αὕτη ἐγενήθη μοι, ὅτι τὰ δικαιώματά σου [21] ἐξεζήτησα. » Οὕτω, φησὶν, ἠδυνήθην περιγενέσθαι, καὶ τῶν σῶν δικαιωμάτων προελέσθαι τὴν κτῆσιν.

νζʹ. « Μερίς μου εἶ, Κύριε, εἶπα τοῦ φυλάξασθαι τὸν νόμον σου [22]. » Οὐ πάντων ἐστὶ μερὶς ὁ Θεὸς, ἀλλὰ τῶν ἀσπαζομένων τὰ τέλεια. Οὕτω τῶν ἱερέων καὶ Λευϊτῶν μερὶς καὶ κλῆρος ἐγένετο. « Τοῖς γὰρ υἱοῖς, φησὶ, Λευῒ οὐκ ἔσται μερὶς ἐν μέσῳ τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν, ὅτι μερὶς αὐτῶν ἐγὼ Κύριος. » Οὕτω καὶ ἐν τῷ πέμπτῳ καὶ δεκάτῳ ἔφη ψαλμῷ, « Κύριος μερὶς τῆς κληρονομίας μου, καὶ τοῦ ποτηρίου μου. » Λέγει τοίνυν καὶ ἐνταῦθα, ὅτι Τῶν ἄλλων ἁπάντων B ὑπεριδὼν σε ἔχω μερίδα, καὶ περιουσίαν, καὶ πλοῦτον. Διὸ δὴ καὶ φυλάξαι τοὺς σοὺς ἐπείγομαι νόμους.

νηʹ. « Ἐδεήθην τοῦ προσώπου σου ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου. » Πανταχοῦ τὸ « ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου » προστίθησι, τῷ νόμῳ καὶ ἐν τούτῳ πειθόμενος. Οὕτω γὰρ καὶ τῶν ὅλων Θεὸς ἐνετείλατο, « Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου, ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς δυνάμεώς σου. » — « Ἐλέησόν με κατὰ τὸ λόγιόν σου. » Οὐχ ἀορίστως ἐλεηθῆναι παρακαλεῖ· ἀλλὰ κατὰ τὸ θεῖον λόγιον τοῦ ἐλέους τυχεῖν. Τοῦτο δ' ἂν εἴποι καὶ συνετὸς ἄῤῥωστος τῷ ἰατρῷ, Ὡς οἶδας θεράπευσον, ὡς ἡ τέχνη διαγορεύει. Τοῦτο καὶ ὁ C συνετὸς ἔμπορος εἴποι ἂν τῷ κυβερνήτῃ, Κατὰ τοὺς νόμους τῆς τέχνης ἴθυνον τὸ σκάφος, ὡς καὶ [23] ἡ ἐπιστήμη κελεύει, κυβέρνησον. Οὕτω καὶ ἡμᾶς προσήκει τὸν θεῖον ἔλεον ἐπαγγέλλειν [24]. Ὁ γὰρ αἰτούμενος οἶδε τοῦ ἐλέου τὸν τρόπον· πολλάκις γὰρ διὰ παιδείας [25] πραγματεύεται σωτηρίαν, καὶ γίνεται ἡ τιμωρία φιλανθρωπία. Οὕτω καὶ ἰατρὸς, καὶ τέμνει, καὶ καίει, τῷ κάμνοντι τὴν ὑγίειαν πραγματευόμενος [26]. Οὕτω καὶ ἡμᾶς αἰτεῖν τὸν ἔλεον χρή. Ἔστι γὰρ ὅτε καὶ διὰ πενίαν [27] ἔλεος χορηγεῖται, καὶ δι' ἀῤῥωστίας φιλανθρωπίαν παρέχεται, καὶ κατὰ τὸν ἰατρικὸν λόγον τοῖς ἐναντίοις τὰ ἐναντία ἰᾶται.

νθʹ. « Διελογισάμην τὰς ὁδούς σου, καὶ ἐπέστρεψα τοὺς πόδας μου εἰς τὰ μαρτύριά σου. » Ὁ Ἑβραῖος δὲ *τὰς ὁδούς μου* ἔχει· ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ ἄλλοι ἡρμήνευσαν ἑρμηνευταὶ, καὶ οἱ Ἑβδομήκοντα ἐν τῷ D Ἑξαπλῷ. Λέγει δὲ, ὅτι Λογιστεύων μου τὰς ὁδοὺς, πρὸς τὰ μαρτύριά σου τοὺς ἐμοὺς πόδας κατεύθυνον, καὶ οὐκ εἴων ἐκτρέπεσθαι τῆς πρὸς σὲ φερούσης ὁδοῦ.

ξʹ. « Ἡτοιμάσθην [28] καὶ οὐκ ἐταράχθην τοῦ φυλάξασθαι τὰς ἐντολάς σου. » Εὐτρεπῆ γὰρ ἐμαυτὸν πρὸς τὰς τῶν δεινῶν ἐμβολὰς καταστήσας, ἐκ τῆς

[i] Josue XIII, 33. [j] Psal. XV, 5. [k] Matth. XXII, 37.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[21] *Τὰ δικ. σου.* Hebr. פקדיך quod h. l. et v. 93 ac 94, per δικαιώματα, alias vero in hoc psalmo per ἐντολὰς vertitur. [22] *Τὸν νόμον σου.* Hebr., *verba tua.* [23] *Καί.* Des. in cod. 1. [24] ib. ἀπαγγέλλειν. [25] ib. παιδείαν. [26] Ὑγ. πραγμ. ib. οἰκείαν πραγματευόμενος σωτηρίαν. [27] Ib. πενίας. [28] *Ἡτοιμ.* — *ἐταράχθην.* Hebr., *Festinavi, nec cunctatus sum.*

ἀθρόας προσβολῆς οὐχ ὑπέμεινα ζάλην. Οὕτως ὁ θεῖος Δανιὴλ, οὕτως οἱ μακάριοι παῖδες, οὕτως οἱ θαυμάσιοι Μακκαβαῖοι, οὕτως ἅπαντες τοῦ Σωτῆρος οἱ μάρτυρες, τὰς τῶν δυσσεβῶν [29] ἐνίκησαν προσβολάς. Τοῦτο καὶ ὁ Κύριος ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις παρεγγυᾷ· « Γρηγορεῖτε, ὅτι οὐκ οἴδατε ποίᾳ ὥρᾳ ὁ κλέπτης ἔρχεται. »

ξα'. « Σχοινία ἁμαρτωλῶν περιεπλάκησάν μοι, καὶ τοῦ νόμου σου οὐκ ἐπελαθόμην. » Τὰς ἐπιβουλὰς, ἤτοι δαιμόνων, ἤτοι ἀνθρώπων, *σχοινία* ἐκάλεσεν· ἐκ τῆς πλοκῆς τὴν ἀφορμὴν λαβὼν τῆς τροπῆς. Οὕτω καὶ Ἡσαΐας· « Οὐαὶ [30] οἱ ἐπισπώμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν ὡς σχοινίῳ μακρῷ! » Τούτων δὲ, φησὶ, τῶν σχοινίων περιταθέντων μοι, οὐκ ἀπεσεισάμην τοῦ θείου νόμου τὴν μνήμην. Εἶτα διδάσκει καὶ τῆς μνήμης τὰ αἴτια.

ξβ'. « Μεσονύκτιον ἐξεγειρόμην τοῦ ἐξομολογεῖσθαί σοι ἐπὶ τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου. » Οὐ γὰρ μεθ' ἡμέραν μονον, ἀλλὰ καὶ νύκτωρ κατ' αὐτὸ [31] τῆς νυκτὸς τὸ μεσαίτατον, ἐν ᾧ μετὰ πλείονος ἡδονῆς ὁ ὕπνος τοῖς ἀνθρώποις ἐπέρχεται, ὑμνῶν σε διετέλουν, τὰς δικαίας σου ψήφους ἀνευφήμουν. Τοῦτο καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος μετὰ τοῦ Σίλα [[32] πεποίηκεν· πεπεδημένος γὰρ σὺν τῷ Σίλᾳ] καὶ τῇ ποδοκάκῃ [33] προσδεδεμένος μετὰ αἰκίας καὶ μάστιγος, τῇ προσευχῇ τὴν ὑμνῳδίαν ἐκέρασε, καὶ τῆς καλῆς ἀγρυπνίας ἐτρύγησαν [34] τὸν καρπόν· τῆς θείας γὰρ φιλοτιμίας ἀπήλαυσαν.

ξγ'. « Μέτοχος ἐγώ εἰμι πάντων τῶν φοβουμένων σε καὶ τῶν φυλασσόντων τὰς ἐντολάς σου. » Ὁ δὲ Σύμμαχος, ἀντὶ τοῦ *μέτοχος*, *συνημμένος* εἴρηκεν, ὁ δὲ Σύρος, *φίλος*. Ἀποστρεφόμενος γὰρ τοὺς τἀναντία τοῖς σοῖς νόμοις προαιρουμένους, κοινωνοὺς εἶχον [35] καὶ συνήθεις τοὺς τὸν [[36] σὸν], φόβον περὶ πολλοῦ ποιουμένους, καὶ βιοτεύειν ἐννόμως προαιρουμένους. Τοῦτο [37] καὶ ἐν ἑτέρῳ ἔφη ψαλμῷ, «Ἐμοὶ δὲ λίαν ἐτιμήθησαν οἱ φίλοι σου, ὁ Θεός·»

ξδ'. « Τοῦ ἐλέους σου, Κύριε, πλήρης ἡ γῆ· τὰ δικαιώματά σου δίδαξόν με. » Ἐπὶ πάντας, φησὶ, πλουσίως ἐκχέεις τὰς τοῦ ἐλέους πηγὰς, καὶ ἀνατέλλεις τὸν ἥλιόν σου [38] ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχεις ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους, καὶ οὐκ ἐπάγεις τὴν ὀργὴν καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἀλλὰ φέρεις μακροθύμως [39] τοὺς μὲν γάμους διορύττοντας ἀλλοτρίους, τοὺς δὲ αἵματι μιαινομένους ἀδίκῳ· ἄλλους δὲ σφετεριζομένους τὰ μὴ προσήκοντα· τοὺς δὲ βλασφημίαις τὴν γλῶτταν μολύνοντας, καὶ τοὺς ἄλλους ἄλλο τι τῶν παρανόμων τολμῶντας. Τοσαύτῃ τοίνυν φιλανθρωπίᾳ χρώμενος, κἀμὲ ταύτης ἀξίωσον, Δέσποτα, τῶν σῶν μοι δικαιωμάτων παρέχων τὴν γνῶσιν.

ξε'. « Χρηστότητα ἐποίησας μετὰ τοῦ δούλου σου,

A ex inopinata irruptione tempestatem non sum perpessus. Sic divinus Daniel, sic beati pueri, sic admirabiles illi Machabæi, sic omnes **1454** Salvatoris martyres impiorum impetus vicerunt. Hoc etiam Dominus in sacris Evangeliis monet : « Vigilate, quoniam nescitis qua hora fur veniat [l]. »

VERS. 61. « Funes peccatorum circumplexi sunt me, et legis tuæ non sum oblitus. » Insidias sive dæmonum, sive hominum, *funes* vocavit : accipiens occasionem similitudinis ex nexu. Sic etiam Isaias : « Væ, inquit, trahentibus peccata sua quasi funiculo longo [m] ! » Cum autem hi, ait, funiculi me circumdedissent, divinæ * legis memoriam minime deposui. Deinde recordationis causas docet.

B

VERS. 62. « Media nocte surgebam ad confitendum tibi super judicia justitiæ tuæ. » Non modo enim interdiu, verum etiam de nocte, et in ipso medio noctis, in quo majori cum voluptate somnus hominibus supervenit, te laudare non desistebam, et justas tuas sententias extollebam. Hoc etiam divinus Apostolus cum Sila fecit [n]. Vinctus enim cum Sila, et compedibus alligatus, post verbera et flagella, hymnorum cantilenam cum precibus miscuit, et optimæ vigiliæ fructus percepit : divinæ enim liberalitatis compotes fuerunt.

VERS. 63. « Particeps ego sum omnium timentium te, et custodientium mandata tua. » Symmachus pro *particeps*, dixit *conjunctus*, et Syrus, *amicus*. Aversatus enim eos qui legibus tuis repugnantia elegerunt, socios habui et familiares **1455** eos qui tuum timorem magni faciebant, quique vitam legitime traducere decreverunt. Hoc etiam in alio psalmo dixit : « Penes me autem valde honorati sunt amici tui, o Deus [o]. »

C

VERS. 64. « Misericordia tua, Domine, plena est terra : justificationes tuas doce me. » In omnes, inquit, affatim misericordiæ fontes profundis, et oriri facis solem tuum super bonos et malos, et pluis super justos et injustos : et non quotidie iram inducis, sed suffers patienter tum hos qui nuptias alienas disjungunt, tum hos qui injusto sanguine fedantur : et alios qui aliena sibi vindicant, alios qui impiis vocibus linguam maculant, et alios qui aliquid iniqui patrare audent. Tali igitur benignitate utens, et me hac, o Domine, dignum fac, tuarum justificationum scientiam largiens.

D

VERS. 65. « Benignitatem exhibuisti servo tuo,

[l] Matth. XXIV, 42. [m] Isa. V, 18. [n] Act. XVI, 25. [o] Psal. CXXXVIII, 17.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[29] *Δυσσεβῶν*. cod. 1 δαιμόνων. [30] *Οὐαί*. Repetitur in cod. 1. [31] cod. 1 κατὰ τ' αὐτό. [32] Hæc quæ in textu Græco desiderabantur, e cod. 1 suppl. [33] *Ποδοκ*. cod. 1 πέδῃ. [34] cod. 1 ἐτρύγησε. [35] ib. ἔχω. [36] E cod. 1 supp. [37] *Τοῦτο*. cod. 1 τ' αὐτό. [38] *Σου*. Abest a cod. 1. [39] *Μακροθ*. Des. ibid.

secundum verbum tuum. » Tuæ bonitatis periculum feci : propterea rursus ut hanc consequar precor, et ut secundum tuas leges vivam obsecro.

VERS. 66. « Bonitatem, et disciplinam, et scientiam doce me, quia mandatis tuis credidi. » Novit Propheta castigationis utilitatem, et Dominum benignitate utendo hanc correptionem hominibus afferre : propterea ut hanc consequatur petit. Deus enim bonitate utens castigationem ' inducit, castigatio vero scientiam producit. Sic etiam propheta Jeremias precatur : « Corripe nos, Domine : verumtamen in judicio, et non in furore, ne forte paucos facias **1456** nos [p]. » Sic etiam ægrotus sanitatem desiderans, et ferri incisionem et cauterium quærit. Deinde docet unde castigationis utilitatem cognoverit.

VERS. 67. « Priusquam humiliarer, ego deliqui : propterea eloquium tuum custodivi. » Ego, ait, mihi ipsi castigationis causa fui. Sententia de pœna injustitia vacat : peccatum secuta est castigatio, castigationem legum observantia : ægrotavi, incisus sum, convalui.

VERS. 68. « Bonus es tu, Domine. » Revera enim bonus es, et benignus. « Et in bonitate tua doce me justificationes tuas. » Idcirco confidenter peto tuarum justificationum scientiam a te accipere.

VERS. 69. « Multiplicata est super me iniquitas superborum, ego autem toto corde meo scrutabor mandata tua. » Qui enim superbia utuntur, omnem insidiarum speciem in me nectunt : verumtamen ad illorum flagitia non exstimulor, tuis mandatis directus.

VERS. 70. « Coagulatum est sicut lac cor eorum, ego vero legem tuam meditatus sum. » Simile est hoc illi prophetæ dicto : « Incrassatum est enim cor populi hujus, et auribus graviter audierunt, et oculos suos clauserunt [q]. » Simile est etiam illis quæ in Exodo de Pharaone dicuntur : « Et induratum est cor Pharaonis [r]. » Illi igitur, ait, durum ac renitens habuerunt cor, cum ipsius mollitiem in duritiem converterint, **1457** et veluti lac firmaverint, et coagulaverint : ego vero legis tuæ meditationi adhæsi.

VERS. 71. « Bonum mihi, quia humiliasti me, ut discam justificationes tuas. » Gratias agit Propheta ob severa medici remedia, sanitatem agnoscens quæ inde processit.

A Κύριε, κατὰ τὸν λόγον σου. » Πεῖραν τῆς σῆς ἔλαβον ἀγαθότητος· διόπερ αὖθις ταύτης ἀπολαῦσαι παρακαλῶ, καὶ κατὰ τοὺς σοὺς διαβιῶναι νόμους ἀντιβολῶ.

ξς'. « Χρηστότητα καὶ παιδείαν [50] καὶ γνῶσιν δίδαξόν με, ὅτι ταῖς ἐντολαῖς σου ἐπίστευσα. » Οἶδεν ὁ Προφήτης παιδείας [51] τὸ χρήσιμον· καὶ ὅτι φιλανθρωπίᾳ χρώμενος ὁ Δεσπότης ταύτην ἐπιφέρει τοῖς ἀνθρώποις. Οὗ δὴ χάριν ταύτης μεταλαχεῖν ἀξιοῖ. Χρηστότητι γὰρ χρώμενος ὁ Θεὸς τὴν παιδείαν ἐπάγει, ἡ δὲ παιδεία τὴν γνῶσιν ἐργάζεται. Οὕτω καὶ ὁ προφήτης Ἱερεμίας ἀντιβολεῖ, « Παίδευσον ἡμᾶς, Κύριε· πλὴν ἐν κρίσει, καὶ μὴ ἐν θυμῷ, ἵνα μὴ ὀλιγοστοὺς ποιήσῃς ἡμᾶς. » Οὕτω καὶ ἄῤῥωστος ὑγίειαν ποθῶν, καὶ σιδήρου τομὴν, καὶ καυστήρια [52] ἐπιζητεῖ. B Εἶτα διδάσκει πόθεν ἔγνω [53] τῆς παιδείας τὸ χρήσιμον.

ξζ'. « Πρὸ τοῦ με ταπεινωθῆναι, ἐγὼ ἐπλημμέλησα· διὰ τοῦτο [54] τὸ λόγιόν σου ἐφύλαξα. » Ἐγὼ, φησὶν, ἐμαυτῷ τὴν παιδείαν προὐξένησα. Ἀδικίας ἐλευθέρα τῆς τιμωρίας ἡ ψῆφος· τῇ ἁμαρτίᾳ [55] ἠκολούθησεν ἡ παιδεία· τῇ παιδείᾳ, τῶν νόμων ἡ φυλακή. Ἠῤῥώστησα, ἐτμήθην, ἐῤῥώσθην.

ξη'. « Χρηστὸς εἶ σὺ, Κύριε [56]. » Τῷ ὄντι [[57] γὰρ] χρηστὸς ὑπάρχεις καὶ φιλάνθρωπος. « Καὶ ἐν τῇ χρηστότητί σου [58] δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου. » Διὰ τοῦτο θαῤῥῶν αἰτῶ παρὰ σοῦ λαβεῖν τῶν σῶν δικαιωμάτων τὴν γνῶσιν.

ξθ'. « Ἐπληθύνθη [59] ἐπ' ἐμὲ ἀδικία ὑπερηφάνων· C ἐγὼ δὲ ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου ἐξερευνήσω [60] τὰς ἐντολάς σου. » Οἱ μὲν γὰρ ἀλαζονείᾳ χρώμενοι πᾶν εἶδος ἐπιβουλῆς καττύουσι κατ' ἐμοῦ· ἀλλ' ὅμως πρὸς τὴν αὐτῶν παρανομίαν [61] οὐκ ἐρεθίζομαι, ταῖς σαῖς ἐντολαῖς ῥυθμιζόμενος.

ο'. « Ἐτυρώθη ὡς γάλα [62] ἡ καρδία αὐτῶν· ἐγὼ δὲ τὸν νόμον σου ἐμελέτησα. » Ἔοικε τοῦτο τῷ προφητικῷ ῥητῷ, « Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶ βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκάμμυσαν. » Ἔοικε δὲ καὶ τοῖς ἐν τῇ Ἐξόδῳ περὶ τοῦ Φαραὼ εἰρημένοις [63], « Καὶ ἐσκληρύνθη ἡ καρδία Φαραώ. » Ἐκεῖνοι μὲν οὖν, φησὶν, ἀντίτυπον ἐσχήκασι τὴν καρδίαν, αὐτοὶ [64] τὸ ἁπαλὸν αὐτῆς σκληρὸν ἐργασάμενοι, καὶ καθάπερ γάλα πήξαντες, καὶ τυρώσαντες· ἐγὼ δὲ τῇ μελέτῃ τοῦ νόμου σου [65] D προστέτηκα.

οα'. « Ἀγαθόν μοι, ὅτι ἐταπείνωσάς με [66], ὅπως ἂν μάθω τὰ δικαιώματά σου. » Χάριν ὁ Προφήτης ὁμολογεῖ, τοῖς αὐστηροτέροις τοῦ ἰατροῦ φαρμάκοις, τὴν ἐντεῦθεν γενομένην καταμαθὼν ὑγίειαν.

[p] Jerem. x, 24. [q] Isa. vi, 10 ; Matth. xiii, 15. [r] Exod. vii, 13.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[50] *Χρηστότητα καὶ παιδείαν*. Hebr. *bonitatem sensus*.. [51] *Παιδείας*. cod. 1 præm. τῆς. [52] cod. 1 καυτῆρα. [53] *Ἔγνω*. ib. εὗρε. [54] *Διὰ τοῦτο*. Hebr., *nunc autem*. [55] *Ἁμαρτ*. Hanc lectionem auctoritate cod. 1 permutavimus cum τιμωρίᾳ, ut habebat prior editio. [56] *Κύριε*. Abest a textu Hebr. [57] E cod. 1. [58] *Καὶ ἐν τῇ χρ. σου*. Hebr., *et beneficus*. [59] *Ἐπληθ.—ὑπερηφ*. Hebr.: *Nectunt contra me mendacium superbi*. [60] *Ἐξερ*. Hebr. *custodiam*. [61] *Παραν*. cod. 1 ἐπιβουλήν. [62] *Ἐτυρ. ὡς γάλα*. Ita quoque Syr. Sed Hebr.: *Obesum factum est instar adipis*. Symm. ἐμυαλώθη (Aqu. ἐλιπάνθη) ὡς στέαρ. [63] *Εἰρημ. — Φαραώ*. Des. in cod. 1. [64] cod. 1 αὐτῶν, commate ad hanc, non ad præced. vocem apposito. [65] *Σου*. Abest a cod. 1. [66] *Ἐταπ. με*. Hebr. *Quod afflictus sim*. Symm. ὅτι ἐκακώθην.

οβ'. « Ἀγαθός μοι ὁ νόμος τοῦ στόματός σου, ὑπὲρ A χιλιάδας χρυσίου καὶ ἀργυρίου. » Εἰ γὰρ καὶ τῆς βασιλείας ἀπὸ [57] τοῦ παιδὸς ἐξηλάθην, ἀλλὰ διὰ τῆς παιδείας τὸν σὸν νόμον ἀνεκτησάμην, ὃν τοῦ [58] πλούτου παντὸς τιμιώτερον ἔχω.

ογ'. « Αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με, καὶ ἔπλασάν με· συνέτισόν με, καὶ μαθήσομαι τὰς ἐντολάς σου. » Τῆς περὶ τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν φιλοστοργίας ἀναμιμνήσκει τὸν Ποιητήν. Λόγῳ γὰρ ἅπαντα τεκτηνάμενος αὐτὸς λέγεται διαπλᾶσαι τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν, οὐ χερσὶ χρησάμενος· ἀσώματος γάρ· ἀλλὰ τὴν πλείονα περὶ τόδε τὸ ποίημα διάθεσιν ἐνδειξάμενος. Ἱκετεύει τοίνυν τὸν διαπλάσαντα χορηγῆσαι τῷ ποιήματι σύνεσιν.

οδ'. « Οἱ φοβούμενοί σε, ὄψονταί με καὶ εὐφρανθήσονται, ὅτι εἰς τοὺς λόγους σου ἐπήλπισα· » Πρόφασις, φησὶν, εὐφροσύνης τοῖς εὐσεβέσι γενήσομαι, B ἐλπίσας εἰς σὲ, καὶ κατάλληλον εὑρὼν τῇ ἐλπίδι τὸ τέλος.

οε'. « Ἔγνων, Κύριε, ὅτι δικαιοσύνη τὰ κρίματά σου, καὶ ἀληθείᾳ ἐταπείνωσάς με. » Ταῦτα διαφερόντως [59] λέγει τὴν οἰκείαν εὐγνωμοσύνην δεικνύς. Οἶδα, φησὶν, ἀκριβῶς, ὡς ὀρθῶς μου καὶ δικαίως κατεψηφήσω, καὶ ταῖς παντοδαπαῖς περιέβαλες [60] συμφοραῖς.

ος'. « Γενηθήτω δὲ [61] τὸ ἔλεός σου, Κύριε [62], τοῦ παρακαλέσαι με. » Ἀλλὰ φιλανθρωπίας λοιπὸν καὶ ψυχαγωγίας καιρός. « Κατὰ τὸ λόγιόν σου τῷ δούλῳ σου. » Τῇ [63] γὰρ μεταμελείᾳ χρωμένοις τὴν σὴν εὐμένειαν ἐπηγγείλω. Τοῦτο καὶ διὰ Ἡσαΐου ἔφη· C « Ὅταν ἀποστραφῇς καὶ στενάξῃς [64], τότε σωθήσῃ. » Καὶ διὰ τοῦ Ἱερεμίου βοᾷ, « Ἐπιστράφητε πρός με, καὶ ἐπιστραφήσομαι πρὸς ὑμᾶς. »

οζ'. « Ἐλθέτωσάν μοι οἱ οἰκτιρμοί σου, καὶ ζήσομαι· ὅτι ὁ νόμος σου μελέτη μού ἐστιν. » Νεκρὸν ἑαυτὸν ἡγεῖται τῆς θείας ἐστερημένον [65] εὐμενείας· οὗ δὴ χάριν ὥσπερ ἀναβιῶναι διὰ τῆς θείας φιλανθρωπίας παρακαλεῖ.

οη'. « Αἰσχυνθήτωσαν ὑπερήφανοι ὅτι ἀδίκως ἠνόμησαν εἰς ἐμέ [66]· ἐγὼ δὲ ἀδολεσχήσω ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου. » Οὐκ ἐπαρᾶται τοῖς ἐχθροῖς, ἀλλ' ὑπερεύχεται τούτων· ἡ γὰρ αἰσχύνη σωτηρίαν πραγματεύεται· ἧς τοίνυν ἀπήλαυσεν ἰατρείας, κἀκείνους τυχεῖν ἀξιοῖ.

οθ'. « Ἐπιστρεψάτωσάν μοι [67] οἱ φοβούμενοί σε, D καὶ οἱ γινώσκοντες τὰ μαρτύριά σου. » Ὡς πόῤῥω τοῦ χοροῦ τῶν δικαίων διὰ τὴν ἁμαρτίαν γενόμενος, καὶ πάντων αὐτῶν τῷ Θεῷ παραπλησίως ἀποστραφέντων, ἱκετεύει πάλιν αὐτοῖς ἑνωθῆναι, καὶ τὴν πρὸς αὐτοὺς κοινωνίαν ἀπολαβεῖν. Τοῦτο γὰρ ὁ Σύμμαχος [68] σαφέστερον παρεδήλωσεν, *Ἀναστρεψάτωσάν με οἱ φοβούμενοί σε*.

VERS. 72. « Melior est mihi lex oris tui, quam millia auri et argenti. » Etsi enim per filium a regno exactus sum, tamen per animadversionem legem tuam suscepi, quæ quibuslibet divitiis mihi antiquior est.

VERS. 73. « Manus tuæ fecerunt me, et formaverunt me : da mihi intellectum, et discam mandata tua. » Amoris erga naturam humanam Creatori memoriam refricat. Nam cum verbo omnia crearit, ipse dicitur hominum naturam finxisse, non manibus usus, incorporeus enim est, sed majorem affectum erga hoc opus ostendens. Precatur igitur eum qui formavit, ut operi det prudentiam.

VERS. 74. « Qui timent te, videbunt me et gaudebunt, quia in verbis tuis spem posui. » Causam lætitiæ, inquit, piis hominibus præbebo, cum in te spem collocaverim, et respondentem spei finem nactus fuerim.

VERS. 75. Cognovi, Domine, quod æquitas sint judicia tua, et veritate tua humiliaveris me. » Hæc præcipue dicit ut gratum animum suum ostendat. Bene, ait, novi te et recte et juste me condemnasse, et variis calamitatibus me oppressisse.

VERS. 76. « Fiat misericordia **1458** tua, Domine, ut consoletur me. » Sed deinceps benignitatis et consolationis est tempus. « Secundum verbum tuum servo tuo (datum). » Nam his qui pœnitentia utuntur, tuam benevolentiam promisisti. Hoc etiam per Isaiam dixit : « Cum autem reversus fueris, et ingemueris, tunc salvaberis [a]. » Et per Jeremiam clamat : « Convertimini ad me, et ego convertar ad vos [b]. »

VERS. 77. « Veniant mihi miserationes tuæ, et vivam, quia lex tua meditatio mea est. » Mortuum se ipsum existimat, divina benevolentia privatum : idcirco ut quasi reviviscat per divinam benignitatem precatur.

VERS. 78. « Confundantur superbi, quia iniquitatem fecerunt contra me, ego autem meditabor mandata tua. » Non hostibus imprecatur, sed pro eis preces fundit, quandoquidem pudor salutem procurat. Quam igitur medicinam consecutus est, ut illi etiam consequantur postulat.

VERS. 79. « Convertantur ad me timentes te, et qui noverunt testimonia tua. » Ut longissime a justorum choro propter peccatum positus, et omnibus ei, non secus ac ipse Deus, offensis, precatur ut rursus cum illis in gratiam redeat, et familiaritatem renovet. Hoc enim Symmachus apertius dixit : *Convertant me qui timent te.*

[a] Isa. XXX, 15. [b] Jerem. III, 22.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

Vers. 7. « Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. » Bona fide et propriam imbecillitatem confitentur, passeri se ipsos comparantes, **1491** et Dei prædicant potentiam, hostium demonstrantes robur. Venatores enim illos appellant. Docet vero etiam salutis modum. « Laqueus contritus est, et nos liberati sumus. » Nam non modo salutem sumus consecuti, verum etiam hostium internecionem vidimus.

Vers. 8. « Adjutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cœlum et terram. » Propterea omnem humanam potentiam pro nihilo habemus, et cœlorum et terræ opificem auxilio habentes, cujus vel appellatio ad salutem nobis satis est.

INTERP. PSALMI CXXIV.

Vers. 1. « Canticum graduum. » Qui illam victoriam adepti sunt, triumphalem canunt hymnum, et spei in Deo collocatæ vim prædicant. « Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion. » Qui divina spe munitus est, sicut mons Sion firmus inconcussusque manebit, conspicuus et illustris. « Non commovebitur in æternum, qui habitat in Hierosolyma. » Eum qui Hierososolymam incolit, secundum

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[31] Rec. lectio h. l. est αὐτῶν. [32] *Τὸ ἀνυπ.* Hebr., *superbæ*, s. elatæ, sc. aquæ. Symm. et Theod. τὰ ὕδατα τὰ ὑπερήφανα. Aqu. ὡς τὰ ὕδατα οἱ ὑπερήφανοι. [33] *Ὑετῶν*. cod. 1 ὀχετῶν. [34] *Ὁ* ib. præm. *καί*. [35] *Οἱ — ἰσχύν*. Hæc ut nonnulla alia quæ ad hunc psalmum pertinent, apud Cord. l. c. p. 560 seqq. Origeni ascripta sunt. [36] *Ὡς — ὄρος*. Des. in cod. 1. [37] *Ὁ κατοικῶν*. Hebr. *sedebit*. [38] *Ἱερουσ*. Ab hoc nomine in textu Hebr. incipit versic. 2.

Hierosolymæ leges vivere oportet. Iis enim qui sic habitant, et legis scopo obtemperant, firmitatem Propheta pollicetur.

Vers. 2. « Montes in circuitu ejus, et Dominus in circuitu populi sui. » Sicut enim montes civitatem cingunt, sic divina cura pium munit populum. « Ab hoc inde tempore usque in sæculum. » Non enim temporaria est divina potentia, sed sempiterna : et hac dignatur eos qui **1492** ipsius cultum magni faciunt.

Vers. 3. « Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem justorum. » Et Assyrios *virgam furoris* per Isaiam prophetam Dominus appellavit. « Væ enim, inquit, Assyriis : virga furoris mei, et iræ meæ, in manibus eorum. Indignationem meam in gentem iniquam mittam, et contra populum meum mandabo ut spolia colligat, et prædam [c]. » Hoc est, veluti quadam virga Assyriis utens, animadversione dignos castigo. Dicit igitur etiam hic Propheta, quod justa utens sententia Dominus universorum, non permissurus sit injustorum virgam cœtui justorum infligi. Deinde causam aperit. « Ut non extendant justi ad iniquitatem manus suas. » Ne censentes, inquit, virtutis studiosi, sine ordine et sine gubernatione omnia ferri, in pejus vergant, et hinc damnum reportent.

A Ἱερουσαλὴμ κατὰ τοὺς νόμους τῆς Ἱερουσαλὴμ πολιτεύεσθαι δεῖ. Τοῖς γὰρ οὕτω κατοικοῦσι, καὶ τῷ σκοπῷ τοῦ νόμου πειθομένοις, τὸ βέβαιον ὁ προφήτης ὑπέσχετο.

β'. « Ὄρη κύκλῳ αὐτῆς, καὶ ὁ Κύριος κύκλῳ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. » Καθάπερ γὰρ τὰ ὄρη τὴν πόλιν κυκλοῖ, οὕτως ἡ θεία κηδεμονία τὸν εὐσεβῆ περιφράττει λαόν· « Ἀπὸ τοῦ νῦν, καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος. » Οὐ γὰρ πρόσκαιρος ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις, ἀλλ' αἰώνιος, καὶ ταύτης ἀξιοῖ τοὺς τὴν θεραπείαν αὐτοῦ περὶ πολλοῦ ποιουμένους.

γ'. « Ὅτι οὐκ ἀφήσει Κύριος τὴν ῥάβδον τῶν ἁμαρτωλῶν ἐπὶ τὸν κλῆρον τῶν δικαίων. » Καὶ [39] τοὺς Ἀσσυρίους *ῥάβδον θυμοῦ* διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου προσηγόρευσεν ὁ Θεός, « Οὐαὶ γάρ, φησίν, B Ἀσσυρίοις, ἡ ῥάβδος τοῦ θυμοῦ μου, καὶ τῆς ὀργῆς μου, ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν. Τὴν ὀργήν μου εἰς ἔθνος ἄνομον ἀποστελῶ, καὶ τῷ [40] ἐμῷ λαῷ συντάξω ποιῆσαι σκῦλα, καὶ προνομήν. » Ἀντὶ τοῦ, Καθάπερ τινὶ ῥάβδῳ τοῖς Ἀσσυρίοις κεχρημένος, τοὺς ἀξίους παιδεύω. Λέγει τοίνυν ὁ προφήτης καὶ ἐνταῦθα, ὅτι δικαίᾳ κεχρημένος ψήφῳ τῶν ὅλων ὁ Κύριος, οὐ συγχωρήσει τῶν παρανόμων τὴν ῥάβδον τῇ τῶν δικαίων ἐπενεχθῆναι συμμορίᾳ. Εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν διδάσκει. « Ὅπως ἂν μὴ ἐκτείνωσιν οἱ δίκαιοι ἐν ἀνομίαις χεῖρας αὐτῶν. » Ἵνα μὴ νομίσαντες, φησίν, οἱ τοῦ προσήκοντος ἐπιμελούμενοι ἄτακτα εἶναι πάντα καὶ ἀκυβέρνητα, ῥέψωσιν ἐπὶ τὸ χεῖρον, καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἑλκύσωσι βλάβην.

Vers. 4. « Benefac, Domine, bonis et rectis corde. » Cum Dei justitiam ostendisset, justas preces fundit : orat enim ut æqualia præmia boni consequantur. Hoc etiam Dominus ait : « Qua mensura metimini, iterum mensurabitur vobis [d]. » Et : « Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur [e]. »

* Vers. 5. « Declinantes autem ad dolosa consilia abducet Dominus cum operantibus iniquitatem. » *Dolosa consilia* Aquila *complicationes* vertit, Symmachus *obliquitates*, Theodotio *perversa*. Nihil autem injusti petiit Propheta, sed ut boni bona consequantur, **1493** qui vero rectam viam dereliquerunt, et obligationibus et simultatibus usi sunt, congruentem finem inveniant. « Pax super Israel. » Illis autem interitum recipientibus, hi pace potiti sunt. Sciendum est autem Jacobum hoc nomen adeptum esse, cum divino conspectu dignus habitus fuisset. Cognomines igitur habet omnes qui eosdem mores, et animam fidemque puram habent. Non enim omnes de Israele Israelitæ sunt, sed qui Israelis pietatem amplectuntur.

C δ'. « Ἀγάθυνον, Κύριε, τοῖς ἀγαθοῖς, καὶ τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ. » Δείξας τοῦ Θεοῦ τὸ δίκαιον, δικαίαν ποιεῖται τὴν δέησιν· ἱκετεύει γὰρ τῶν ἴσων τυχεῖν τοὺς ἀγαθοὺς ἀντιδόσεων. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ Κύριος ἔφη· « Ὧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. » Καί· Μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται. »

ε'. « Τοὺς δὲ ἐκκλίνοντας εἰς τὰς στραγγαλιὰς ἀπάξει Κύριος μετὰ τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν. » *Τὰς στραγγαλιὰς* ὁ μὲν Ἀκύλας *διαπλοκὰς* ἡρμήνευσε, *σκολιότητας* δὲ ὁ Σύμμαχος, ὁ δὲ Θεοδοτίων *διεστραμμένα*. Ἤτησε μέντοι οὐδὲν ἄδικον ὁ Προφήτης· ἀλλὰ τοὺς μὲν ἀγαθοὺς ἀγαθῶν ἀπολαῦσαι, τοὺς δὲ τὴν θείαν [41] καταλιπόντας ὁδόν, καὶ στραγγαλιαῖς καὶ διαπλοκαῖς κεχρημένους, τὸ κατάλληλον D τέλος εὑρεῖν. « Εἰρήνη ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ. » Ἐκείνων δὲ δεξαμένων τὸν ὄλεθρον, οὗτοι τῆς εἰρήνης ἀπήλαυσαν. Προσήκει μέν τοι εἰδέναι, ὡς ταύτης ἀπήλαυσε τῆς προσηγορίας ὁ Ἰακὼβ τῆς θείας ἀξιωθεὶς θεωρίας. Ὁμωνύμους τοιγαροῦν ἔχει τοὺς ὁμοτρόπους, καὶ καθαρὰν πίστιν [42] κεκτημένους καὶ [43] ψυχήν. Οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ οὗτοι Ἰσραήλ, ἀλλ' οἱ τοῦ Ἰσραὴλ ἀσπαζόμενοι τὴν εὐσέβειαν.

[c] Isa. x, 5, 6. [d] Matth. vii, 2. [e] Matth. v, 7.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[39] *Καὶ — βλάβην.* Hæc apud Cord. l. c. p. 562. ἀνωνύμως exhibentur. [40] *Τῷ.* cod. 1 præm. ἐν [41] *Θείαν.* cod. 1 εὐθεῖαν. [42] *Πίστιν.* ib. καὶ πιστήν. [43] *Καί.* Des. ibid.

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΡΚΕ' ΨΑΛΜΟΥ.

α'. « Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν. » Ἅπαντας [44] μὲν ὁ Κῦρος βασιλεύσας ἐπανελθεῖν Ἰουδαίους προσέταξε, μοχθηρὰν δὲ οἱ πλείους ἔχοντες γνώμην, καὶ εἰς ἅπαντα τοῖς θείοις ἀντιτείνοντες νόμοις, ἐπανελθεῖν οὐκ ἠθέλησαν. Ὅσοι δὲ τῆς προγονικῆς εὐσεβείας ἐπεμελοῦντο, καὶ τῆς κατὰ νόμον λατρείας ἐπεθύμουν, ἀσπασίως ἐποιήσαντο τὴν ἐπάνοδον. Οὗτοι τοίνυν ἐν τῷδε τῷ Ψαλμῷ τὴν οἰκείαν ἐλευθερίαν ὁρῶντες γεγήθασιν· εὔχονται δὲ ταύτης καὶ τοὺς ὁμοφύλους τυχεῖν. « Ἐν τῷ ἐπιστρέψαι Κύριον τὴν αἰχμαλωσίαν Σιὼν, ἐγενήθημεν ὡσεὶ παρακεκλημένοι [45]. » Τὸ ὡς ἐπιτάσεως ἐνταῦθα σημαντικόν. Πολλῆς, φησὶν, ἀπηλαύσαμεν [46] θυμηδίας, λύσαντος τοῦ Θεοῦ τῆς τιμωρίας τὸν ὅρον, καὶ τὴν ἐλευθερίαν B τοῖς αἰχμαλώτοις δωρησαμένου.

β'. « Τότε ἐπλήσθη χαρᾶς [47] τὸ στόμα ἡμῶν, καὶ ἡ γλῶσσα ἡμῶν ἀγαλλιάσεως. » Εὐθὺς γὰρ ὑπὸ τῆς θυμηδίας διαχυθέντες ἐκινήσαμεν εἰς ὑμνῳδίαν τὰς γλώττας. Τὴν γὰρ *ἀγαλλίασιν* ὁ μὲν Ἀκύλας *αἴνεσιν*, ὁ δὲ Σύμμαχος *εὐφημίαν*, ἡρμήνευσαν. « Τότε ἐροῦσιν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, Ἐμεγάλυνε Κύριος τοῦ ποιῆσαι μετ' αὐτῶν. » Τοῦτο δὲ ἡμᾶς πολυθρυλλήτους παρὰ πᾶσιν ἀπέφηνεν. Ἅπαντες γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ μεγαλουργίαν θαυμάζουσιν, ὅτι τῆς πικρᾶς ἡμᾶς ἐκείνης δουλείας ἀπήλλαξε· καὶ ἡμεῖς μέντοι βοῶμεν·

γ'. « Ἐμεγάλυνε Κύριος τοῦ ποιῆσαι μεθ' ἡμῶν, ἐγενήθημεν εὐφραινόμενοι. » Ἄτοπον γὰρ τοὺς μὲν τῆς θείας γνώσεως ἐστερημένους τὴν εἰς ἡμᾶς γεγενημένην θαυμάζειν φιλανθρωπίαν, ἡμᾶς δὲ τοὺς C τῆς εὐεργεσίας τετυχηκότας ἀχαριστίαν νοσεῖν.

δ'. « Ἐπίστρεψον, Κύριε, τὴν αἰχμαλωσίαν ἡμῶν, ὡς χειμάῤῥους ἐν τῷ νότῳ. » Ὧν [48] ἔτυχον ἀγαθῶν, καὶ τοὺς ἄλλους ὁμοφύλους ἀπολαῦσαι ποθοῦσι, καὶ τὸν κοινὸν Δεσπότην ἀντιβολοῦσι μεταδοῦναι τῆς ἐλευθερίας κἀκείνοις, ὥστε χειμάῤῥουν μιμεῖσθαι τῶν ἐπανιόντων τὸ πλῆθος. *Νότον* δὲ τὴν Ἱερουσαλὴμ καλῶν [49], ἀπὸ τῆς θέσεως τέθεικε τὴν προσηγορίαν· οὕτως αὐτὴν καὶ Ἰεζεκιὴλ καὶ Ἀββακοὺμ ὀνομάζουσι. Δηλοῖ δὲ καὶ ἕτερον ὁ λόγος. Ὁ γὰρ νότος ἄνεμος ὑγρὸς ὢν, νεφῶν τὸν ἀέρα πληροῖ, καὶ ὄμβρους ἐπάγει σφοδρούς· καὶ μέντοι καὶ τὴν χιόνα πεφυκὼς διαλύειν, ἐμπίπλησι τοὺς χειμάῤῥους ὑδά- D των. Οὕτω τοιγαροῦν, φησὶ, καὶ τοὺς ἡμετέρους ὁμοφύλους πανταχοῦ διεσπαρμένους κέλευσον ἀθροισθῆναι, καὶ χειμάῤῥου δίκην τὴν πορείαν ποιήσασθαι.

ε'. « Οἱ σπείροντες ἐν δάκρυσιν, ἐν ἀγαλλιάσει θεριοῦσι. » Οὐ μάτην δὲ τὰς ἱκετείας ποιούμεθα, ἀλλὰ τοὺς τῶν δακρύων εἰδότες καρπούς. Οἱ γὰρ μετὰ τούτων τὰ σπέρματα καταβάλλοντες, δαψιλῆ τὸν ἀμητὸν ὁρῶντες εὐφραίνονται.

INTERP. PSALMI CXXV.

Vers. 1. « Canticum graduum. » Omnes quidem Judæos redire Cyrus rex jussit, plurimi tamen pravam habentes mentem, et in omnibus divinis legibus repugnantes, regredi noluerunt. Quotquot autem avitæ pietatis curam gerebant, legisque cultum desiderabant, libentissime redierunt. Hi igitur in hoc psalmo suam cernentes libertatem, exsultant, et precantur pro gentilibus suis, ut eamdem consequantur. « Cum converteret Dominus captivitatem Sionis, facti sumus perquam consolati. » Illud *perquam* exaggerationem hoc loco significat. Multam, inquit, lætitiam consecuti sumus, cum Deus finem supplicii solveret, et libertatem captivis largiretur.

Vers. 2. « Tunc repletum est gaudio os nostrum, et lingua nostra exsultatione. » **1494** E vestigio enim voluptate perfusi, linguas in hymnorum cantum impulimus. *Exsultationem* enim Aquila *laudationem*, Symmachus *benedictionem* interpretati sunt. « Tunc dicent inter gentes, Magnificum Dominus se præstitit erga eos. » Hoc vero nos apud omnes celeberrimos reddidit. Omnes enim Dei magnificentiam admirantur, quod ab acerba illa servitute nos liberaverit. Nos itaque clamamus:

Vers. 3. « Magnificum se præstitit erga nos; facti sumus lætantes. » Absurdum enim est ut hi qui divina cognitione sunt orbati, benignitatem nobis exhibitam admirentur, nos vero, qui beneficia consecuti sumus, ingrati animi vitio laboremus.

Vers. 4. « Converte, Domine, captivitatem nostram, sicut torrentes in austro. » Quæ bona adepti sunt, ea ut alii gentilium suorum consequantur, desiderant, et communem Dominum obsecrant ut etiam illis libertatem impertiat, ut revertentium frequentia torrentem imitetur. *Austrum* vero Hierosolymam vocans, appellationem a situ petiit. Sic ipsam et Ezechiel et Habacuc nominant. Verum aliud etiam sermo demonstrat. Cum enim auster humidus ventus sit, nebulis aerem implet, et vehementes pluvias inducit, atque etiam cum nivem dissolvere soleat, aquis torrentes implet. Sic igitur, inquit, nostros gentiles undique dissipatos jube congregari, et torrentis instar iter facere.

Vers. 5. « Qui seminant cum lacrymis, cum exsultatione metent. » Non frustra autem preces fundimus, sed scientes **1495** lacrymarum fructus. Qui enim cum his semina jaciunt, uberrimam messem cernentes lætantur.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[44] *Ἅπαντας — τυχεῖν*. Origeni hæc aliaque eorum quæ sequuntur tribuit Cord. l. c. p. 567 seqq. [45] *Ὡσεὶ παρακεκλ.* Hebr. *Sicut somniantes*. Chrys. ἄλλος ἑρμηνευτής, ὡσεὶ ἐνυπνιαζόμενοι. [46] *Ἀπηλαύσαμεν*. cod. 1 add. ἐνταῦθα. [47] *Χαρᾶς*. Hebr. *risu*. [48] *Ὧν — ποιήσασθαι*. Hæc et quæ proxima sunt, Οὐ μάτην — εὐφρ. Cord. l. c. p. 750. ἀνωνύμως apposuit. [49] cod. 1 καλεῖ.

Vers. 6. « Euntes ibant, et flebant, spargentes semina sua. Venientes autem venient cum exsultatione, portantes manipulos suos. » Diversis modis eamdem dixit sententiam, varietate doctrinæ majorem utilitatem procurans. A

INTERP. PSALMI CXXVI.

Vers. 1. « Canticum graduum Salomonis. » Olim quidem Salomon divinum erexit templum, sed illud æquatum solo a Babyloniis Zorobabel restituit. Hunc opinor *Salomonem* nominari, et tanquam ex Salomone genus ducentem, et tanquam opus Salomonis instaurantem. Neque enim Salomonis ædificationi congruit sermo prophetæ, sed ei quæ a Zorobabele post reditum facta fuit. Tunc quidem ipsi ædificationem tentarunt: prohibebant autem finitimæ gentes * continue et ipsæ bellum inferentes, et Persarum regem in ipsos irritantes. Hæc vero Esdræ historia manifestius docet. Zorobabel igitur, et Josua filius Salathiel, et qui cum eis pietate præditi erant, hanc psalmi institutionem proferunt: « Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam. » Nemo neque ex iis qui ædificant, neque ex iis qui custodiunt, propria sit fretus **1496** potentia, sed divinum imploret auxilium. Hoc enim concurrente, utrumque facile est: procrastinante vero eo auxilium, vanum est hominum studium.

Vers. 2. « Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris. » Istud *surgite*, non est imperativum, sed infinitivum. Dicit autem omnia vana esse, Deo universorum non concurrente, et ante lucem surgere, et expergisci ob civitatis excubias, et ob præsens ædificium. Quapropter commonefacit eos qui cum dolore propter hostium impetus panem comedunt, ut spes in Deo collocent.

« Cum dederit dilectis suis somnum. [Vers. 3.] Ecce hæreditas Domini, filii, merces fructus ventris. » Somnum hoc in loco per translationem quietem appellavit: quietem vero etiam somnus hominibus præbet. Deo igitur, inquit, propria cura nos dignante, hostes superare poterimus, et sine labore ædificare, et tuto vivere, et sine cura dormire, plurimorumque filiorum patres esse, secundum divinam promissionem. Promisit enim se nostrum genus facturum sicut arenam quæ est ad littus maris. Illud et hoc loco dixit: « Ecce hære-

ς'. « Πορευόμενοι ἐπορεύοντο, καὶ ἔκλαιον, βάλλοντες τὰ σπέρματα αὐτῶν· ἐρχόμενοι δὲ ἥξουσιν ἐν ἀγαλλιάσει, αἴροντες τὰ δράγματα αὐτῶν. » Διαφόρως τὴν αὐτὴν διάνοιαν εἴρηκε, τῇ ποικιλίᾳ τῆς διδασκαλίας πλείονα τὴν ὠφέλειαν πραγματευόμενος.

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΡΚϚ' ΨΑΛΜΟΥ.

α'. « Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν τοῦ Σολομών [50]. » Πάλαι [51] μὲν τὸν θεῖον νεὼν Σολομὼν ᾠκοδόμησε, καταλυθέντα [52] δὲ ὑπὸ Βαβυλωνίων Ζοροβάβελ ἀνέστησε. Τοῦτον οἶμαι *Σολομῶντα* ὀνομάζεσθαι, καὶ ὡς ἐκ Σολομῶντος τὸ γένος κατάγοντα, καὶ ὡς Σολομῶντος ἀνανεούμενον ἔργον. Οὐδὲ γὰρ τῇ Σολομῶντος οἰκοδομίᾳ ὁ προφητικὸς ἁρμόττει λόγος,
B ἀλλὰ τῇ μετὰ τὴν ἐπάνοδον ὑπὸ τοῦ Ζοροβάβελ γεγενημένῃ. Τηνικαῦτα μὲν αὐτοὶ οἰκοδομεῖν ἐπειρῶντο, διεκώλυον [53] δὲ οἱ γειτονεύοντες, καὶ αὐτοὶ συνεχῶς πολεμοῦντες, καὶ τὴν [54] Περσῶν κατ' αὐτῶν ἐρεθίζοντες [55] βασιλείαν [56]. Καὶ ταῦτα ἡ τοῦ Ἔσδρα σαφέστερον διδάσκει γραφή· οἱ περὶ τὸν Ζοροβάβελ τοίνυν, καὶ Ἰησοῦν τὸν τοῦ Σαλαθιὴλ, καὶ οἱ μετ' αὐτῶν εὐσεβείᾳ κοσμούμενοι, τήνδε τὴν εἰσήγησιν προσφέρουσι τοῦ ψαλμοῦ· « Ἐὰν μὴ Κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες. Ἐὰν μὴ Κύριος φυλάξῃ πόλιν, εἰς μάτην ἠγρύπνησεν ὁ φυλάσσων. » Μηδεὶς μήτε τῶν οἰκοδομούντων, μήτε τῶν φυλαττόντων, τῇ οἰκείᾳ δυνάμει θαῤῥείτω, ἀλλὰ τὴν θείαν ἐπικαλείσθω ῥοπήν. Ταύτης γὰρ συνεργούσης ἑκάτερον ῥᾴδιον· ἀναβαλ-
C λομένου δὲ τοῦ Θεοῦ τὴν βοήθειαν, μάταιος ἡ τῶν ἀνθρώπων σπουδή.

β'. « Εἰς μάτην ὑμῖν ἐστι τοῦ [57] ὀρθρίζειν, ἐγείρεσθε μετὰ τὸ καθῆσθαι [58], οἱ ἐσθίοντες ἄρτον ὀδύνης. » Τὸ *ἐγείρεσθε* [59] οὐκ ἔστι προστακτικὸν, ἀλλὰ ἀπαρέμφατον. Λέγει δὲ ὅτι πάντα μάταια, τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων μὴ συνεργοῦντος, καὶ τὸ ὀρθρίζειν, καὶ τὸ ἀνίστασθαι, εἴς τε φυλακὴν τῆς πόλεως, καὶ εἰς τὴν προκειμένην οἰκοδομίαν. Διὸ παραινεῖ τοῖς μετ' ὀδύνης τὸν ἄρτον ἐσθίουσι διὰ τὰς τῶν πολεμίων ἐπαναστάσεις, εἰς τὸν Θεὸν τὰς ἐλπίδας ἔχειν.

« Ὅταν δῷ [60] τοῖς ἀγαπητοῖς αὐτοῦ ὕπνον. [γ'.] Ἰδοὺ ἡ κληρονομία Κυρίου υἱοὶ, μισθὸς τοῦ καρποῦ τῆς γαστρός. » Ὕπνον ἐνταῦθα τροπικῶς τὴν ἀνάπαυσιν [61] προσηγόρευσεν· ἀνάπαυλαν δὲ καὶ
D ὁ ὕπνος τοῖς ἀνθρώποις παρέχει. Τοῦ Θεοῦ τοίνυν, φησὶ, τῆς οἰκείας ἀξιοῦντος κηδεμονίας, δυνησόμεθα τῶν πολεμούντων περιγενέσθαι, καὶ ἀπόνως οἰκοδομῆσαι, καὶ διάγειν ἀσφαλῶς, καὶ δίχα φροντίδος καθεύδειν, καὶ πλειόνων παίδων γενέσθαι πατέρες κατὰ τὴν θείαν ὑπόσχεσιν. Ὑπέσχετο γὰρ ποιήσειν ἡμῶν τὸ γένος, ὡς τὴν ἄμμον τὴν παρὰ τὸ χεῖλος

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[50] Τοῦ Σολοομ. Abest a cod. 1. [51] *Πάλαι — προσφ. τοῦ ψαλμοῦ*. Hæc et multa quæ ad hunc psalmum pertinent, Origeni tribuit Cord. l. c. p. 576 seqq. [52] cod. 1 καταλυθέντος. [53] ib. διεκώλυσαν. [54] *Τήν*. cod. 1 τούς. [55] ib ἐρεθίζοντας. [56] ib βασιλέας. [57] *Τοῦ*. cod. Vat. τό. [58] *Ἐγείρ. μετὰ τὸ καθ*. Hebr. *Tardantibus sedere*. Aqu. βραδυνοῦσι καθῆσθαι. [59] *Ἐγείρεσθε*. Ita leg. in cod. 1 et apud Cord. l. c. p. 577. Prior editio habebat ἐγείρεσθαι. [60] *Ὅταν δῷ*. Hebr. *ita dabit*. [61] cod. 1 ἀνάπαυλαν.

τῆς θαλάσσης. Τοῦτο καὶ ἐνταῦθα ἔφη [62]· « Ἰδοὺ ἡ κληρονομία Κυρίου υἱοὶ, ὁ μισθὸς τοῦ καρποῦ τῆς γαστρός· » τουτέστιν [63], ἡ θεία ὑπόσχεσις, καὶ ἡ περὶ τοὺς παῖδας εὐλογία, καθάπερ τις ἡμῖν μισθὸς τοῖς εἰς αὐτὸν ἠλπικόσι δεδώρηται.

δ'. « Ὡσεὶ βέλη ἐν χειρὶ δυνατοῦ, οὕτως οἱ υἱοὶ τῶν τετιναγμένων [64]. » Ὁ δὲ Θεοδοτίων, Ὡς [65] *βέλη ἐν χειρὶ δυνατοῦ, οὕτως υἱοὶ νεότητος·* κατὰ ταύτην δὲ [66] καὶ ὁ Ἀκύλας [67] καὶ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσαν. Λέγει δὲ, ὅτι Ἐσόμεθα τῷ Θεῷ [68] πεποιθότες οὐ μόνον πολλοὶ, ἀλλὰ καὶ δυνατοὶ, οἷόν τινα βέλη παρὰ δυνατοῦ τινος ἐφιέμενα· καὶ οἱ νῦν ἀσθενεῖς, καὶ σφόδρα ταλαιπωρούμενοι (τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ *ἐκτετιναγμένων*), ἰσχυροὶ λίαν ἐσόμεθα, τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς ἀπολαύσαντες [69].

B ε'. « Μακάριος ὃς πληρώσει τὴν ἐπιθυμίαν αὐτοῦ [70] ἐξ αὐτῶν. » Τουτέστι τῶν πολεμίων. Οὐ μόνον γὰρ οὐχ ἡττησόμεθα, ἀλλὰ καὶ περιγενησόμεθα τούτων, καὶ ζηλωτοὶ παρὰ πᾶσιν ἐσόμεθα. « Οὐ καταισχυνθήσονται, ὅταν λαλῶσι τοῖς ἐχθροῖς αὐτοῦ [71] ἐν πύλαις. » Τουτέστιν, ἡνίκα ἂν πρὸ τῶν πυλῶν τοῖς παρὰ τῶν πολεμίων πεμπομένοις πρέσβεσι διαλεξόμεθα [72]. Τοῦτο δὲ εἶπε κατὰ τὸ παλαιὸν ἔθος· οὐδὲ γὰρ ἐδέχοντο εἴσω τῶν πυλῶν τοὺς πεμπομένους πρέσβεις, ἀλλ' ἔξω τὰς ὑποκρίσεις [73] ἐποιοῦντο. Διὰ πάντων δὲ τῆς εἰς Θεὸν ἐλπίδος τὸ ἄμαχον ἔδειξεν.

ΕΡΜΗΝ. ΡΚΖ' ΨΑΛΜΟΥ.

« Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν. » Ὅσων πρόξενον ἀγαθῶν τὸ πεποιθέναι Θεῷ δείξας ἐν τῷ προτεταγμένῳ ψαλμῷ, ἐνταῦθα μακαρίζει τοὺς μετὰ τῆς ἐλπίδος C τὸν θεῖον ἔχοντας φόβον, δι' ὃν καὶ τῆς ἀρετῆς ἡ κτῆσις προσγίνεται. Ἀναγκαῖον δὲ τοῖς τῷ Θεῷ πεπιστευκόσιν ἡ κατὰ Θεὸν πολιτεία· οὗτος γὰρ εὐσεβείας τέλειος ὅρος.

α'. « Μακάριοι πάντες οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον. » Οὐ τὸν ἐκ γένους Ἀβραὰμ, οὐδὲ τὸν ἐκ σπέρματος Ἰσραὴλ, ὁ προφητικὸς ἐμακάρισε λόγος, ἀλλὰ τὸν τῷ θείῳ φόβῳ κοσμούμενον. Τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Πέτρος ἐν ταῖς Πράξεσι λέγει· « Ἐπ' ἀληθείας καταλαμβάνομαι, ὅτι οὐκ ἔστι προσωπολήπτης ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἐν παντὶ ἔθνει ὁ φοβούμενος αὐτὸν, καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην, δεκτὸς αὐτῷ ἐστιν. » Ὑπέδειξε δὲ ὁ προφητικὸς λόγος καὶ τοῦ θείου φόβου τὸν χαρακτῆρα. Ἐπήγαγε γάρ· « Οἱ πορευόμενοι ἐν D ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ. » Οὐ πᾶς γὰρ ὁ λέγων μοι, Κύριε, Κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. » Ἴδιον τοίνυν τῶν φοβουμένων τὸν Κύριον, τὸ μὴ βαίνειν ἔξω τῶν θείων ὁδῶν, ἀλλ' ἐν αὐταῖς ποιεῖσθαι τὴν πορείαν διηνεκῶς.

[f] Act. x, 34, 35. [g] Matth. vii, 21.

A ditas Domini, filii, merces fructus ventris, » hoc est, divina promissio, et circa filios benedictio, veluti quædam merces nobis, qui in ipso spem constituimus, data est.

Vers. 4. « Sicut sagittæ in manu potentis, ita filii excussorum. » **1497** Theodotio: *Sicut sagittæ in manu potentis, sic filii juventutis;* secundum hunc quoque sensum Aquila et Symmachus interpretati sunt. Dicit * autem, Deo confidentes, non modo frequentes erimus, verum etiam potentes, veluti quædam sagittæ a potente aliquo emissæ: et qui imbecilles nunc sumus, et admodum miseri (nam hoc indicat *excussorum*), valde robusti evademus, superno auxilio fruentes.

Vers. 5. « Beatus vir qui implevit desiderium suum ex ipsis, » hoc est, hostibus. Nam non modo non vincemur, verum etiam hos superabimus, et felices apud omnes erimus. « Non confundentur si loquentur cum inimicis suis in portis. » Videlicet si ante portas cum legatis ab hostibus missis sermonem habuerimus. Hoc vero secundum veterem morem dixit. Non enim intra portas missos legatos admittebant, sed foris respondebant. Cæterum per omnia invictum robur spei in Deo collocatæ demonstravit.

INTERP. PSALMI CXXVII.

« Canticum graduum. » Cum in præcedente psalmo ostendisset quantum conciliet boni spes in Deo collocata, hic beatos eos esse dicit, qui cum spe divinum habent timorem, per quem virtutis possessio acquiritur. Necessaria quippe est his qui Deo crediderunt, vita secundum Dei voluntatem **1498** composita: quandoquidem hic finis pietatis perfectus est.

Vers. 1. « Beati omnes qui timent Dominum. » Non eum qui ex Abrahamo genus trahit, aut ex Israelis semine, beatum esse asserit sermo propheticus, sed eum qui divino timore est decoratus. Hoc et beatus Petrus in Actibus ait: « In veritate comperi, personas non accipere Deum, sed in omni gente, qui timet eum, et operatur justitiam, acceptum esse illi [f]. » Ostendit porro propheticus sermo divini etiam timoris characterem. Subdit enim: « Qui ambulant in viis ejus. » Non enim omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est [g]. » Proprium igitur est eorum qui Deum timent, a divinis viis haudquaquam deflectere, sed in ipsis continue iter facere.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[62] *Ἔφη*. ib. εἶπεν. [63] *Τουτέστιν—δεδώρηται.* Hæc Athanasio ascripta sunt a Cord. l. c. p. 578. [64] *Τῶν τετιν.* Hebr. *juventutis*. cod. 1 habet ἐκτετιναγμένων. Ad h. l. conf. Hieron. epist. ad Marcellam. [65] *Ὡς*. cod. 1 præm. οὕτως. [66] *Δέ*. ib. sequitur τὴν διάνοιαν. [67] *Ὁ Ἀκύλας*. Hic autem pro νεότητος habet ἐφηβίων, teste Montf. in Hexapl. ad h. l. [68] *Τῷ Θεῷ*. Abest a cod. 1. [69] ib. ἀπολαύοντες. [70] *Τὴν ἐπιθ. αὐτοῦ*. Hebr. *Pharetram suam*. Ita Aqu. Symm. et Theod. [71] *Αὐτοῦ*. Præstat lectio rec. αὐτῶν, Ald. autem et Compl. habent αὐτοῦ. [72] cod. 1 διαλεγόμεθα. [73] ib. ἀποκρίσεις. Ita quoque Cord. l. c. p. 579.

VERS. 2. « Labores manuum tuarum manduca- A
bis. » * Symmachus : *Laborem manuum tuarum manducans :* ut itaque apertum sit, etiam Septuaginta interpretes καρποὺς non fructuum perceptionem vocasse, sed manuum partem. Dicit autem fore ut bonorum quæ a te seminata sunt, fructus decerpas. Hoc etiam beatus ait Apostolus : « Qui parce seminat, parce quoque metet, et qui seminat in benedictionibus, in benedictionibus quoque metet [h]. » — « Beatus es, et bene tibi erit. » Non enim verbo solo felix et illustris eris, sed re ipsa felicitatem habebis.

VERS. 3. « Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. » Quoniam illa tempestate hæc felicitas censebatur, pollicetur ipsis propheticus
sermo etiam uxorum **1499** fecunditatem, ut flo- B
rentibus vitibus et botris onustis futuræ sint similes. « Filii tui sicut novellæ olivarum in circuitu mensæ tuæ. » Etiam in quinquagesimo primo psalmo justum olivæ comparavit : « Ego enim, inquit, sicut oliva fructifera in domo Dei [i]. » Et hic timentis Dominum filios novellis plantis olivarum assimilavit, tanquam pietatis irrigationem, tempestivumque fructum ferentes, et folium minime abjicientes, secundum imaginem viri qui in psalmo primo beatus dicitur.

VERS. 4. « Ecce sic benedicetur homo qui timet Dominum. » Nam morum et non generis Deus est judex. Sic etiam Jobum ex Esau genus ducentem
coronis dignatus est; sic etiam Abimelechum ad C
veritatem deduxit; sic eunuchum, sic Cornelium, sic omnes gentes.

VERS. 5. « Benedicat tibi Dominus e Sione. » Secundum opinionem quæ tunc increbuerat, locutus est. Ibi enim Deus habitare censebatur. « Et videas bona, o Hierosolyma, omnibus diebus vitæ tuæ. » Hoc enim videre sitiebant ii qui e Babylone regressi fuerant, civitatis solitudinem cernentes.

VERS. 6. « Et videas filios filiorum tuorum. » Magna gratia existimabatur ad extremam pervenire senectutem, filiosque filiorum videre. Itaque benedictiones illius temporis opinionibus accommodatas assignat. Bonorum vero possessionem minime in his bonis consistere beatus Isaias docuit : « Ne dicat
eunuchus : Ego sum lignum aridum, quoniam hæc D
dicit Dominus : Eunuchis * custodientibus Sabbata mea, et eligentibus quæ ego volo, dabo ipsis in domo mea et in pariete meo locum clarum, et nomen bonum, præstantius **1500** filiis et filiabus [j]. » — « Pax super Israel. » Rursus Israeli pacem precatur : vera autem pax, pax est cum Deo : carnalis vero Israel, cum ex illa excidisset, etiam alia orbatus est.

[h] II Cor. IX, 6. [i] Psal. LI, 8. [j] Isa. LVI, 3, 5.

β'. « Τοὺς πόνους τῶν καρπῶν σου φάγεσαι. » Ὁ [74] δὲ Σύμμαχος, *Κόπον χειρῶν σου ἐσθίων*· ὡς εἶναι δῆλον, ὅτι καὶ οἱ Ἑβδομήκοντα *καρποὺς* οὐ τὴν ἐπικαρπίαν ἐκάλεσαν, ἀλλὰ τὸ μόριον τῶν χειρῶν. Λέγει δὲ, ὅτι Τῶν ὑπὸ σοῦ σπειρομένων ἀγαθῶν τοὺς καρποὺς τρυγήσεις. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἔφη, « Ὁ σπείρων φειδομένως, φειδομένως καὶ θερίσει· καὶ ὁ σπείρων ἐπ' εὐλογίαις, ἐπ' εὐλογίαις καὶ θερίσει. » — « Μακάριος εἶ σὺ [75], καὶ καλῶς σοι ἔσται. » Οὐ γὰρ λόγῳ μόνῳ ἔσῃ ζηλωτὸς καὶ περίβλεπτος· ἀλλὰ καὶ ἔργῳ ἕξεις τὴν εὐκληρίαν.

γ'. « Ἡ γυνή σου, ὡς ἄμπελος εὐθηνοῦσα ἐν τοῖς κλίτεσι τῆς οἰκίας σου. » Ἐπειδὴ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ταύτην εὐπραξίαν ἐνόμιζον, ὑπισχνεῖται αὐτοῖς ὁ λόγος καὶ γυναικῶν εὐκαρπίαν, ὥστε ἀμπέλοις παραβάλλεσθαι τεθηλυίαις, καὶ βριθούσαις τοῖς βότρυσιν. « Οἱ υἱοί σου, ὡς νεόφυτα ἐλαιῶν, κύκλῳ τῆς τραπέζης σου. » Καὶ ἐν τῷ πεντηκοστῷ καὶ πρώτῳ ψαλμῷ τὸν δίκαιον ἐλαίᾳ παρέβαλεν· « Ἐγὼ γὰρ, ἔφη, ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ. » Καὶ ἐνταῦθα τοῦ φοβουμένου τὸν Κύριον τοὺς παῖδας νεοφύτοις ἐλαιῶν ἀπείκασεν, ὡς τῆς εὐσεβείας τὴν ἄρδειαν [76], καὶ τὸν καρπὸν τὸν ὥριμον φέροντας, καὶ τὸ φύλλον οὐκ ἀποβάλλοντας, κατὰ τὸν ἐν τῷ πρώτῳ ψαλμῷ μακαριζόμενον ἄνδρα.

δ'. « Ἰδοὺ οὕτως εὐλογηθήσεται ἄνθρωπος, ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον. » Τρόπου γὰρ ὁ Θεὸς, οὐ γένους κριτής. Οὕτω τὸν Ἰὼβ ἐκ τοῦ Ἡσαῦ τὸ γένος κατάγοντα στεφάνων ἠξίωσεν· οὕτω τὸν Ἀβιμέλεχ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐποδήγησεν· οὕτω τὸν εὐνοῦχον, οὕτω τὸν Κορνήλιον, οὕτω πάντα τὰ ἔθνη.

ε'. « Εὐλογήσαι σε Κύριος ἐκ Σιών. » Κατὰ τὴν τότε κατέχουσαν δόξαν. Ἐκεῖ γὰρ οἰκεῖν ὁ Θεὸς νενόμιστο. « Καὶ ἴδοις τὰ ἀγαθὰ Ἱερουσαλὴμ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου. » Τοῦτο γὰρ ἰδεῖν ἐπόθουν [77] οἱ ἐκ Βαβυλῶνος ἐπανελθόντες, καὶ τῆς πόλεως τὴν ἐρημίαν ὁρῶντες.

ς'. « Καὶ ἴδοις υἱοὺς τῶν υἱῶν σου. » Εὐλογία μεγάλη νενόμιστο εἰς γῆρας ἐλάσαι βαθὺ, καὶ παῖδας ἰδεῖν. Συμβαινούσας τοίνυν ταῖς γνώμαις ὁρίζει τὰς εὐλογίας· ὅτι δὲ οὐκ ἐν τούτοις εἶδε τῶν ἀγαθῶν τὴν κτῆσιν, ὁ μακάριος Ἡσαΐας ἐδίδαξε· « Μὴ λεγέτω ὁ εὐνοῦχος, ὅτι Ἐγώ εἰμι ξύλον ξηρὸν, ὅτι τάδε λέγει Κύριος· Τοῖς εὐνούχοις τοῖς φυλαττομένοις τὰ Σάββατά μου, καὶ ἐκλεγομένοις ἃ ἐγὼ θέλω, δώσω αὐτοῖς ἐν τῷ οἴκῳ μου, καὶ ἐν τῷ τείχει μου, τόπον ὀνομαστὸν, καὶ ὄνομα ἀγαθὸν, κρεῖττον υἱῶν καὶ θυγατέρων. » — « Εἰρήνη ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ. » Πάλιν ἐπεύχεται τῷ Ἰσραὴλ εἰρήνην. Ἀληθὴς δὲ εἰρήνη ἡ πρὸς Θεὸν εἰρήνη. Ὁ δὲ σαρκικὸς Ἰσραὴλ ἐκείνης ἐκπεσὼν, καὶ τῆς ἄλλης ἐστέρηται.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[74] *Ὁ καὶ — θερίσει.* Hæc Origeni tribuuntur a Cord. l. c. p. 585 seqq. [75] *Σύ.* Abest a cod. 1 et a textu τῶν Ο'. [76] *Ἄρδειαν.* cod. 1 add. δεχομένους. [77] ib. ἐπεπόθουν.

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΡΚΗ' ΨΑΛΜΟΥ.

A α'. « Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν. » Καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς πρόῤῥησιν ἔχει τῶν μετὰ τὴν ἐπάνοδον ἐπαναστάντων Ἰουδαίοις ἐθνῶν· καὶ διδάσκονται λέγειν.

Πλεονάκις ἐπολέμησάν με ἐκ νεότητός μου· εἰπάτω δὴ Ἰσραήλ. [β.'] Πλεονάκις ἐπολέμησάν με ἐκ νεότητός μου· καὶ γὰρ οὐκ ἠδυνήθησάν μοι. » *Νεότητα*[78] καλεῖ τὴν ἐν Αἰγύπτῳ διαγωγὴν, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἀπαλλαγήν. Καὶ τὸν εὐεργέτην ὑμνῶν, τὰς θείας ἀπαριθμεῖται χάριτας, ὅτι Ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς πολλοί μοι δυσμενεῖς ἐπανέστησαν, καὶ παντοδαποῖς με περιβαλεῖν κακοῖς ἐπειράθησαν· διὰ δὲ τῆς θείας ἐπικουρίας διέφυγον τὰς ἐκείνων ἐπιβουλάς. Ἀληθέστερον μέντοι ταῦτα τῷ νέῳ ἁρμόττει λαῷ, πολλὰς μὲν δεξαμένῳ προσβολὰς πολεμίων, πάντων δὲ περι- B γενομένῳ, καὶ τοὺς πολεμίους προσκυνητὰς ἀποφήναντι.

γ'. « Ἐπὶ τὸν νῶτόν[79] μου ἐτέκταινον οἱ ἁμαρτωλοί[80]. » Ὁ δὲ Ἀκύλας καὶ ὁ Θεοδοτίων, *ἠροτρίασαν* ἡρμήνευσαν. Δηλοῖ δὲ ὁ λόγος τὰς μάστιγας, καὶ τὰς αἰκίας, τὰς τοῖς νικηφόροις μάρτυσιν ἐπενεχθείσας ὑπὸ τῶν δυσσεβῶν. Ταῦτα δὲ καὶ οἱ περὶ τὸν μακάριον ὑπέμειναν Δανιὴλ, καὶ οἱ θαυμάσιοι Ἀνανίας, Ἀζαρίας καὶ Μισαὴλ, καὶ ἐπὶ Ἀντιόχου οἱ Μακκαβαῖοι. « Ἐμάκρυναν[81] τὴν ἀνομίαν αὐτῶν. » Ὁ δὲ Ἀκύλας *ἐμήκυναν*, ὁ δὲ Σύμμαχος *παρέτειναν κακοῦντες*· ἀντὶ τοῦ, Ἐπέμειναν μέχρι πολλοῦ μοι[82] πολεμοῦντες, καὶ τὴν οἰκείαν αὔξοντες ἀνομίαν.

δ'. « Κύριος δίκαιος συνέκοψεν αὐχένας[83] ἁμαρ- C τωλῶν. » Τοὺς *αὐχένας*, *βρόχους* ὁ Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος ἡρμήνευσαν· ὁ δὲ Θεοδοτίων *κλοιούς*· πάντα δὲ ἀληθῆ. Καὶ γὰρ οὓς κατεσκεύασαν τοῖς ἁγίοις βρόχους, κατέκοψεν ὁ τούτων Θεὸς, καὶ τοὺς περιταθέντας[84] αὐτοῖς κλοιοὺς συνέτριψε, καὶ αὐτοὺς τῶν ἁμαρτωλῶν τοὺς αὐχένας συνέκοψεν.

ε'. « Αἰσχυνθήτωσαν καὶ ἀποστραφήτωσαν εἰς τὰ ὀπίσω πάντες οἱ μισοῦντες Σιών. » Διαμάρτοιεν, φησὶ, τῶν πονηρῶν ἐγχειρημάτων, καὶ τράποιντο εἰς φυγὴν οἱ τὴν Σιὼν πολεμοῦντες.

ς', ζ'. « Γενηθήτωσαν ὡσεὶ χόρτος δωμάτων, ὃς πρὸ τοῦ ἐκσπασθῆναι ἐξηράνθη. Ου οὐκ ἐπλήρωσε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ὁ θερίζων, καὶ τὸν κόλπον αὐτοῦ ὁ τὰ δράγματα συλλέγων. » Ἔνια τῶν ἀντιγράφων οὐκ, *ἐξηρανθῆναι*[85], ἔχει, ἀλλὰ, *ἐκσπασθῆναι*[86]· D ὃ καὶ ἐπὶ τῶν ληΐων γινόμενον ὁρῶμεν ἀεί. Οὐδεὶς γὰρ ὑγρὸν ὄντα τὸν ἄσταχυν θερίζειν ἀνέχεται, ἀλλὰ μένει πεπανθῆναι, καὶ διαυανθῆναι, καὶ τότε τὴν δρεπάνην ἐπάγει. Ἡ δὲ ἐπὶ τῶν δωμάτων φυομένη πόα, πρὶν βλαστῆσαι καρπὸν, τῇ τοῦ ἡλίου ξηραίνεται προσβολῇ· τούτοις τῶν πολεμίων τὰς ἐγχειρήσεις ἀπεικασθῆναι παρακαλεῖ, καὶ ταύταις παραπλησίως ἄωρον δέξασθαι τέλος.

INTERP. PSALMI CXXVIII.

VERS. 1. « Canticum graduum. » Etiam hic psalmus prædictionem continet de gentibus quæ in Judæos post reditum irruerunt; et doceatur dicere.

« Sæpe impugnaverunt me a juventute mea: dicat nunc Israel. [VERS. 2.] Sæpe impugnaverunt me a juventute mea: etenim non valuerunt contra me. » *Juventutem* vocat commorationem in Ægypto, et ex ea liberationem. Et beneficii auctorem celebrans, divinas gratias enumerat, dicens. Olim et a principio multi inimici in me irruerunt, et omnis generis malis me cingere conati sunt: verum per divinum auxilium declinavi illorum insidias. Verius igitur hæc novo populo congruunt, qui multos quidem hostium impetus sustinuit, sed omnes superavit, hostesque supplices reddidit.

VERS. 3. « Super dorso meo fabricaverunt peccatores. » Aquila et Theodotio *araverunt* interpretati sunt. Indicat autem sermo flagella et verberationes triumphatoribus martyribus ab impiis inflictas. Hæc vero et beatus Daniel, et admirabiles Ananias, Azarias et Misael, et Antiochi tempore Machabæi pertulerunt. « Prolongaverunt iniquitatem suam. » Aquila *produxerunt*, Symmachus **1501** *protraxerunt malo afficientes*; hoc est, diutius mihi bellum inferre, et suam iniquitatem augere perseverarunt.

VERS. 4. « Dominus justus concidit cervices peccatorum. » *Cervices* Aquila et Symmachus *laqueos* dixerunt, sed Theodotio *torques* interpretatus est: omnia autem sunt vera. Etenim quos laqueos sanctis viris pararunt, hos illorum Deus ' contudit, et torques ipsis circumpositos contrivit, et ipsas peccatorum cervices concidit.

VERS. 5. « Confundantur et convertantur retrorsum omnes qui oderunt Sionem. » A malis suis conatibus decidant, ait, et in fugam convertantur, qui Sioni bellum inferunt.

VERS. 6, 7. « Fiant sicut fenum tectorum, quod priusquam evellatur exaruit. Quo non implevit manum suam qui metit, et sinum suum qui manipulos colligit. » Nonnulla exemplaria non habent *exarescere*, sed *evelli*, quod etiam in segetibus fieri semper cernimus. Nemo enim spicam adhuc viridem metere vult, sed exspectat ut maturescat, et arescat, et tunc falcem immittit. Herba vero super domos orta, antequam fructum producat, solis impetu arescit. His herbis ut hostium conatus similes sint precatur, utque harum instar immaturum finem accipiant.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[78] *Νεότητα — ἀποφήναντι*. Haud dissimilia sunt quæ sub Orig. nomine attulit Cord. l. c. p. 592 seqq. [79] cod. 1 τοῦ νώτου. [80] *Ἐτέκταινον οἱ ἁμαρτ*. Hebr. *araverunt aratores*. [81] *Ἐμάκρ — αὐτῶν*. Hebr. *Prolongarunt sulcos suos*. [82] *Μοι*. Abest a cod. 1. [83] *Αὐχένας*. Hebr. *funes*. [84] cod. 1 περιτεθέντας. [85] *Ἐξηρ*. ib. ἐξανθῆσαι. [86] *Ἐκσπασθ*. ib. sequ. ἔχει.

VERS. 8. « Et non dixerunt qui præteribant : Benedictio Domini super vos, benediximus vobis in nomine Domini. » Qui uberes segetes intuentur, agricolarum curam admirari solent, et prætereuntes eis benedicunt, **1502** qui talia metunt : colligentibus vero fenum e tectis, nemo unquam tale quidpiam dixit.

INTERP. PSALMI CXXIX.

VERS. 1. « Canticum graduum. » Justorum chorus hanc Deo precationem offert : testatur autem et hoc psalmi exordium. « De profundis clamavi ad te, Domine. » Hoc est, ab imo, et ex ipso corde preces fundo. Eos enim qui solis labiis utuntur divinæ Litteræ condemnant. Et nunc quidem ait propheta Jeremias Deo universorum : « Prope es ori eorum, et longe a renibus eorum [k] ; » nunc vero Deus ipse per Isaiam prophetam Judæos criminatur, dicens : « Hic populus labiis me honorat, corde autem longe abest a me [l]. » Verum qui in præsentia precantur, ex profundo corde preces emittunt.

VERS. 2. « Domine, exaudi vocem meam : aures tuæ intentæ sint in vocem deprecationis meæ. » Licet humano more verbis usus sit, tamen divinitatem incorpoream esse novit : audiendi enim vim etiam videndi potentiam appellavit. Nostri enim oculi videndi vim habent, et auribus audiendi vis indita est. Deus autem vi illa qua audit, hac etiam videt, et qua videt, hac etiam audit.

VERS. 3. « Si iniquitates observaveris, Domine. » Justorum chorus Dominum precatur, ne pœnas peccatis metiatur. Sic etiam beatus Ananias populi peccata personæ suæ ascripsit. « Domine, quis sustinebit ? » **1503** Si enim justitiæ trutinam recte tenebis, quis potest sententiam ab hac irrogatam sustinere ? necesse est enim omnes interitum subire.

VERS. 4. « Quia apud te propitiatio est. » Habes benignitatem justitiæ conjunctam, et hac magis, quam illa, uti soles. « Propter nomen tuum sustinui te, Domine : sustinuit anima mea verbum tuum. » Pro *nomen*, Aquila et Theodotio *timorem* verterunt, Symmachus autem *legem*. Cæterum sermonis sensus patet. Dicit enim : Hanc tuam bonitatem sciens (nam veluti lege quadam misericordia uteris), meliorem spem non abjicio, bonorum promissionem exspectans. Nam *verbum* hoc in loco

[k] Jerem. XII, 2. [l] Isa. XX, 13.

A η'. « Καὶ οὐκ εἶπον οἱ παράγοντες · Εὐλογία Κυρίου ἐφ' ὑμᾶς [87], εὐλογήκαμεν ἐν ὀνόματι Κυρίου. » Οἱ τὰ κομῶντα θεώμενοι λήϊα, θαυμάζειν εἰώθασι τὴν γεωργῶν ἐπιμέλειαν, καὶ εὐλογοῦσι παριόντες [88] τοὺς τὰ τοιαῦτα θερίζοντας · τοῖς δὲ τῶν δωμάτων τὸν χόρτον συλλέγουσιν, οὐδεὶς τοιοῦτο οὐδὲν ἐπεφθέγξατο [89] πώποτε.

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΡΚΘ' ΨΑΛΜΟΥ.

α'. « Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν. » Τῶν [90] δικαίων χορὸς ταύτην τῷ Θεῷ τὴν ἱκετείαν προσφέρει · μαρτυρεῖ δὲ καὶ αὐτὸ τοῦ ψαλμοῦ τὸ προοίμιον. « Ἐκ βαθέων ἐκέκραξά σοι, Κύριε. » Ἀντὶ τοῦ, Κάτωθεν καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς καρδίας ἀναπέμπω τὴν ἱκετείαν. Τῶν γὰρ μόνοις κεχρημένων τοῖς χείλεσιν ἡ θεία κατηγορεῖ Γραφή. B Καὶ νῦν μέν φησιν ὁ προφήτης Ἱερεμίας πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεόν · « Ἐγγὺς εἶ [91] στόματος αὐτῶν, καὶ πόῤῥω ἀπὸ τῶν νεφρῶν αὐτῶν · » νῦν δὲ αὐτὸς ὁ Θεὸς διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου Ἰουδαίων κατηγορεῖ λέγων · « Οὗτος ὁ λαὸς τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, τῇ δὲ καρδίᾳ πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ. » Οἱ δὲ νῦν ἱκετεύοντες ἀπὸ τοῦ βάθους τῆς καρδίας τὴν εὐχὴν ἀναπέμπουσι.

β'. « Κύριε, εἰσάκουσον τῆς φωνῆς μου, γενηθήτω τὰ ὦτά σου προσέχοντα εἰς τὴν φωνὴν τῆς δεήσεώς μου. » Καὶ ἀνθρωπίνως τοῖς λόγοις χρησάμενος, οἶδε τὸ θεῖον ἀσώματον · τὴν γὰρ ἀκουστικὴν ἐνέργειαν καὶ ὀπτικὴν προσηγόρευσεν. Ἡμῶν γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ τὴν ὀπτικὴν ἔχουσι δύναμιν, τὰ δὲ ὦτα τὴν ἀκουστικὴν ἐνέργειαν ἐπιστεύθη. Ὁ δὲ Θεὸς ᾗ C ἀκούει, ταύτῃ καὶ βλέπει, καὶ ᾗ βλέπει, ταύτῃ καὶ ἀκούει.

γ'. « Ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσῃς [92], Κύριε. » Ὁ τῶν δικαίων χορὸς ἱκετεύει τὸν Κύριον [93] μὴ ταῖς ἁμαρτίαις μετρῆσαι τὰς τιμωρίας. Οὕτω καὶ οἱ περὶ τὸν μακάριον Ἀνανίαν τοῦ λαοῦ τὰς παρανομίας τῷ προσώπῳ ἑαυτῶν περιέθεσαν. « Κύριε, τίς ὑποστήσεται ; » Ἐὰν γὰρ δικαίως τὰ τῆς δίκης κατάσχῃς [94] ζυγὰ, τίς ἱκανὸς τὴν ὑπὸ ταύτης ἐκφερομένην ψῆφον ὑπενεγκεῖν ; ἀνάγκη γὰρ πάντας ὑπομεῖναι τὸν ὄλεθρον.

δ'. « Ὅτι παρὰ σοὶ ὁ ἱλασμός ἐστιν. » Ἔχεις φιλανθρωπίαν τῇ δικαιοσύνῃ συνεζευγμένην, καὶ ταύτῃ μᾶλλον πέφυκας, ἢ ἐκείνῃ κεχρῆσθαι. « Ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου [95] ὑπέμεινά σε, Κύριε, ὑπέμεινεν D ἡ ψυχή μου εἰς τὸν λόγον σου [96]. » Ἀντὶ τοῦ *ὀνόματος*, ὁ μὲν Ἀκύλας καὶ ὁ Θεοδοτίων *φόβον* ἡρμήνευσαν, ὁ δὲ Σύμμαχος *νόμον*. Δήλη δὲ ὅμως τοῦ ῥητοῦ ἡ διάνοια. Λέγει γὰρ, ὅτι Ταύτην εἰδώς σου τὴν ἀγαθότητα (οἷον γάρ τινι νόμῳ κέχρησαι τῷ ἐλέῳ), τὰς χρηστοτέρας ἐλπίδας οὐκ ἀπαγορεύω, ἀναμένων τῶν

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[87] *Ὑμᾶς*. Prior editio habebat ἡμᾶς, quam lectionem, quæ unius Aldinæ fide nititur, commutavimus cum recepta, auctoritate codicis 1. [88] cod. 1 παρόντες. [89] cod. 1 ἐφθέγξατο. [90] *Τῶν*. ib. præm. Ὁ. [91] *Εἶ*. ib. sequitur σὺ τοῦ. [92] cod. 1 παρατηρήσῃ. [93] *Κύριον*. ib. Θεόν. [94] *Κατάσχῃς*. cod. 1 ὑπόσχῃς. [95] *Ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου*. Hebr. *ut timearis*. [96] *Εἰς τὸν λόγον σου*. Hebr. *In verbo ejus spem posui*. Sed הוחלתי ad proximum vers. retulerunt οἱ Ο', mutata verbi persona.

ἀγαθῶν τὴν ὑπόσχεσιν. *Λόγον* γὰρ ἐνταῦθα τὴν A ἀγαθὴν ὑπόσχεσιν κέκληκε· φιλανθρωπίαν δὲ τοῖς μετανοοῦσιν ὑπέσχετο.

ε'. « Ἤλπισεν ἡ ψυχή μου ἐπὶ τὸν Κύριον, ἀπὸ [97] φυλακῆς πρωΐας μέχρι νυκτός. » Ἀντὶ τοῦ, διὰ πάσης ἡμέρας· *φυλακὴ* γὰρ *πρωΐα* ἡ τελευταία ὥρα τῆς νυκτός· οἱ γὰρ τελευταῖοι φύλακες μέχρι ἐκείνου φυλάττουσι τοῦ καιροῦ.

ϛ'. « Ἀπὸ φυλακῆς πρωΐας [98] ἐλπισάτω Ἰσραὴλ ἐπὶ τὸν Κύριον. » Οὐκ [99] ἀρκοῦνται οἱ δίκαιοι μόνον [1] τῆς εἰς Θεὸν ἐλπίδος ἔχειν τὸν πλοῦτον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ἐπὶ τὴν ὁμοίαν κτῆσιν προτρέπουσι, καὶ τὸ ἐντεῦθεν φυόμενον δηλοῦσι κέρδος.

ζ'. « Ὅτι παρὰ τῷ Κυρίῳ τὸ ἔλεος, καὶ πολλὴ παρ' αὐτῷ λύτρωσις. » [[2] Φιλοικτίρμων γὰρ καὶ φιλ- B άνθρωπος ὁ Δεσπότης, καὶ τοῖς μεταμελομένοις παρέχει τὴν σωτηρίαν.]

η'. « Καὶ αὐτὸς λυτρώσεται τὸν Ἰσραὴλ ἐκ πασῶν τῶν ἀνομιῶν αὐτοῦ. » Πρόῤῥησιν ὁ λόγος ἔχει τὴν κατὰ τὸν Δεσπότην. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. Οὕτω καὶ ὁ θεῖος ἔφη Γαβριὴλ πρὸς τὴν ἁγίαν Παρθένον· « Τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν, ὅτι αὐτὸς σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. »

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΡΛ' ΨΑΛΜΟΥ.

α'. « Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν [3]. » Ταπεινοφροσύνην ὁ προφητικὸς ἐκπαιδεύει λόγος, καὶ τῶν ταύτης ἐρα- C στῶν εἰσάγει τὸ πρόσωπον προσευχομένων, καὶ τὸν Θεὸν λιπαρούντων. « Κύριε, οὐχ ὑψώθη ἡ καρδία μου. » Τῆς καρδίας τὸ ὕψος οὐ μόνοις τοῖς δυσσεβέσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἁγίοις λυμαίνεται. Καὶ διδάσκει τῶν Παραλειπομένων ἡ ἱστορία περὶ τοῦ Ἐζεκίου τοῦ εὐσεβοῦς λέγουσα βασιλέως, « Ὅτι ἐταπεινώθη ἀπὸ τοῦ ὕψους τῆς καρδίας αὐτοῦ. » Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Κύριος τοῖς ἱεροῖς αὐτοῦ παραινεῖ μαθηταῖς λέγων· « Πᾶς ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται, καὶ ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται. » — « Οὐδὲ ἐμετεωρίσθησαν οἱ ὀφθαλμοί μου. » Ἴδιον τῶν ὑπερηφάνων τὰς ὀφρῦς ἐπαίρειν, καὶ τὴν γνάθον φυσᾷν, καὶ πάντων ὑπερφρονεῖν. Οἱ δὲ τοῦ πάθους ἀπηλλαγμένοι, οὐχ ὡς ἀγνοοῦντα διδάσκουσι τοῦτο τὸν κριτὴν, ἀλλ' ὡς D εἰδότα καλοῦσιν εἰς μαρτυρίαν. « Οὐδὲ ἐπορεύθην ἐν μεγάλοις. » Ὁ δὲ Σύμμαχος, *ἐν μεγαλειότησιν*· ὁ δὲ Ἀκύλας [4], *ἐν μεγαλωσύναις*. « Οὐδὲ ἐν θαυμασίοις ὑπὲρ ἐμέ. » Ὁ [5] δὲ Σύμμαχος [6], *Οὐδὲ ἐν ὑπερβάλλουσιν ὑπὲρ ἐμέ*. Ἀντὶ τοῦ, Ἐμαυτὸν ἐμέτρουν, καὶ τοῖς ὑπερβάλλουσί μου τὴν ἀξίαν οὐκ ἐπεχείρησα.

bonam promissionem vocavit: benignitatem autem pœnitentibus pollicitus est.

Vers. 5. « Speravit anima mea in Domino, a custodia matutina usque ad noctem. » Quasi diceret, toto die: quandoquidem *matutina custodia* novissima est noctis hora: postremi enim custodes ad illud usque tempus excubant.

Vers. 6. « A custodia matutina speret Israel in Domino. » Non contenti sunt justi solum divitias spei in Deo collocatas habere, verum etiam omnes alios ad similem possessionem adhortantur, et fructum qui hinc provenit declarant.

Vers. 7. « Quia apud Dominum est misericordia, et copiosa apud eum redemptio. » [Misericors **1504** enim et hominum amantissimus est Dominus, iisque qui pœnitentiæ locum dant, salutem præstat.]

Vers. 8. « Et ipse redimet Israelem ex omnibus iniquitatibus ejus. » Vaticinationem oratio continet de Domino. Ipse enim est agnus Dei, qui tollit peccata mundi [m]. Sic etiam divinus Gabriel sanctissimæ Virgini inquit: « Paries filium, et vocabis nomen ejus Jesus, quoniam ipse salvum faciet populum suum a peccatis eorum [n]. »

* INTERP. PSALMI CXXX.

Vers. 1. « Canticum graduum. » Propheticus sermo humilitatem docet, et illorum qui hanc diligunt, personam inducit, ceu precantium, Deumque obtestantium. « Domine, non est exaltatum cor meum. » Cordis altitudo non modo impios, sed etiam sanctissimos lædit viros. Et hoc docet Paralipomenon historia, de pio rege Ezechia dicens: « Quoniam humiliatus est ab altitudine cordis sui [n*]. » Propterea etiam Dominus sacros suos discipulos adhortatur dicens: « Omnis, qui se humiliaverit, exaltabitur, et qui se exaltat, humiliabitur [o]. » — « Neque elati sunt oculi mei. » Proprium superborum est, supercilia erigere, et buccas inflare, et omnes despicere. Qui vero ab hoc morbo sunt liberi, non hoc docent judicem tanquam nescium, sed tanquam scientem in testimonium advocant. « Neque ambulavi in magnis. » Symmachus, *in majestatibus*; Aquila **1505** vero, *in magnificentiis*. « Neque in rebus me mirabilioribus. » At Symmachus: *Neque in transcendentibus super me*. Hoc est, Me ipsum metiebar, et quæ dignitatem meam excedebant, non sum aggressus.

[m] Joan. I, 29. [n] Luc. I, 31. [n*] II Paral. XXXII, 26. [o] Luc. XVIII, 14.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[97] Ἀπὸ — *νυκτός*. Hebr. *Plus quam illi qui custodiam habent sub auroram, qui custodiam habent sub diluculum.* [98] Ἀπὸ *φυλ. πρωΐας*. Hæc in cod. Alex. exstant quidem, sed aliena sunt a textu Hebr. [99] *Οὐκ — κέρδος*. Origenis nomen hæc præ se ferunt apud Cord. l. c. p. 600. [1] cod. 1 μόνοι. [2] E cod. 1. [3] *Τῶν ἀναβαθμῶν*. cod. Alex. add. τῷ Δαβίδ, præeunte textu Hebr. [4] *Ἀκύλας*. cod. 1 Θεοδοτίων. Huic Drusius interpretationem istam vindicat. [5] *Ὁ ὑπὲρ ἐμέ*. Des. in cod. 1. [6] *Σύμμαχος*. Ita quoque Theodotion. Vid. Montf. Hexapla ad h. l.

VERS. 2. « Si non humiliter sentiebam, sed exaltavi animam meam, sicut ablactatus super matrem suam, sic retribues in anima mea. » Symmachus autem: *Nisi similem feci, et comparavi animam meam infantulo a lacte depulso apud matrem suam, sic retribuatur animæ meæ.* Si te, ait, non timui, et me ipsum tibi subjeci infantis instar recens ab ubere depulsi, matremque verentis, sed altam habui mentem: obsecro, ut eamdem remunerationem consequar.

VERS. 3. « Speret Israel in Domino ab hoc inde tempore usque in sæculum. » Demonstravit propheticus sermo, qua de causa recte factorum narrationem fecerit. Non enim seipsos jactantes propriam virtutem commemorant, sed alios in æqualem amorem accendentes. Propterea totum Israelem, ut eidem spei inhæreat, adhortati sunt, et ut continue hanc habeat, utque fructus, qui hinc oriuntur, percipiat.

* INTERP. PSALMI CXXXI.

VERS. 1. « Canticum graduum. » Multam hic psalmus cum octogesimo octavo cognationem habet. Etenim ibi et hic captivi, qui Babylone erant, universorum Deum obsecrant, promissiones magno Davidi ab ipso **1506** factas pro precibus offerentes, et ut veniam consequantur orantes. Vaticinationem etiam continet de Salvatore mundi, qui secundum carnem ex Davidis genere oriturus erat. « Memento, Domine, Davidis, et omnis mansuetudinis ejus. » Quoniam, cum multa peccata commiserimus, omni fiducia orbati sumus, oramus te, Domine, ut Davidis recorderis, illiusque mansuetudinis et pietatis. Hujus sane præcedens psalmus mentionem fecit, et plane docuit ejus mentis moderationem.

VERS. 2-5. « Sicut juravit Domino, votum vovit Deo Jacobi. Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum strati mei. Si dedero somnum oculis meis, et palpebris meis dormitationem. Et requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Jacobi. » Hæc planius Paralipomenon historia docet *. Nam primum quidem oravit, ut ipse erigeret divinum templum. Postquam autem per prophetam Nathanem Deus prohibuit, prædixitque templi ædificationem a Salomone instituendam, distulit quidem exstructionem, non autem segnitiam amplexus est, sed aurum, et argentum, et ferrum, et æs, et ligna, et lapides coacervavit. Et hæc omnia, ut dixi, liber ille docet eos qui legere voluerint.

* I Paral. XVII et XXII.

A β'. « Εἰ [7] μὴ ἐταπεινοφρόνουν, ἀλλὰ ὕψωσα τὴν ψυχήν μου, ὡς τὸ ἀπογεγαλακτισμένον ἐπὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, ὡς [8] ἀνταποδώσεις ἐπὶ τὴν ψυχήν μου. » Ὁ δὲ Σύμμαχος, *Εἰ μὴ ἐξίσωσα,* [9] *καὶ ὡμοίωσα τὴν ψυχήν μου ἀπογαλακτισθέντι πρὸς μητέρα αὐτοῦ, οὕτως ἀνταποδοθείη τῇ ψυχῇ μου.* Εἰ μὴ παραπλησίως, φησὶ, βρέφει νῦν ἀπαλλαγέντι θηλῆς, καὶ τὴν μητέρα δειμαίνοντι, ἔδεισά σε, καὶ ἐμαυτόν σοι ὑπέταξα, ἀλλὰ ὑψηλὴν ἔσχον διάνοιαν, τῆς αὐτῆς ἀντιδόσεως τυχεῖν ἀξιῶ.

γ'. « Ἐλπισάτω Ἰσραὴλ ἐπὶ τὸν Κύριον, ἀπὸ τοῦ νῦν, καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος. » Ἔδειξεν ὁ προφητικὸς λόγος, τίνος χάριν ἐποιήσατο τὴν τῶν κατορθωμάτων διήγησιν. Οὐ γὰρ ἑαυτοὺς σεμνύνοντες τὴν οἰκείαν διεξίασιν ἀρετὴν, ἀλλὰ τοὺς ἄλλους εἰς τὸν ἴσον διB εγείραντες ζῆλον. Διὸ πάντα τὸν Ἰσραὴλ τῆς αὐτῆς ἐλπίδος ἔχεσθαι παρεκάλεσαν, καὶ διηνεκῶς ταύτην ἔχειν, καὶ τοὺς ἐκ ταύτης φυομένους συλλέγειν καρπούς.

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΡΛΑ' ΨΑΛΜΟΥ.

α'. « Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν. » Πολλὴν ὁ ψαλμὸς οὗτος πρὸς τὸν ὀγδοηκοστὸν ὄγδοον ἔχει συγγένειαν. Καὶ γὰρ ἐνταῦθα κἀκεῖ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν ἱκετεύουσιν οἱ ἐν Βαβυλῶνι δορυάλωτοι, τὰς πρὸς τὸν μέγαν Δαβὶδ ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένας ὑποσχέσεις ἀνθ' ἱκετηρίας προσφέροντες, καὶ τυχεῖν ἀξιοῦντες συγγνώμης. Ἔχει δὲ καὶ πρόῤῥησιν τοῦ κατὰ σάρκα βλαστήσαντος ἐκ γένους Δαβὶδ τῆς οἰκουμένης Σωτῆρος. « Μνήσθητι, Κύριε, τοῦ Δαβὶδ, καὶ πάσης τῆς πραόC τητος [10] αὐτοῦ. » Ἐπειδὴ πολλὰ πεπλημμεληκότες ἡμεῖς πάσης ἐστερήμεθα παῤῥησίας, ἱκετεύομέν σε, Δέσποτα, τοῦ Δαβὶδ ἀναμνησθῆναι, καὶ τῆς ἐκείνου πραότητός τε καὶ εὐσεβείας. Ταύτης δὲ καὶ ὁ προτεταγμένος ψαλμὸς ἐμνημόνευσε, καὶ σαφῶς ἐδίδαξε τὴν τοῦ φρονήματος αὐτοῦ μετριότητα.

β'-ε'. « Ὡς ὤμοσε τῷ Κυρίῳ, ηὔξατο τῷ Θεῷ [11] Ἰακώβ. Εἰ εἰσελεύσομαι εἰς σκήνωμα οἴκου μου, εἰ ἀναβήσομαι ἐπὶ κλίνης στρωμνῆς μου. Εἰ δώσω ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, καὶ τοῖς βλεφάροις μου νυσταγμόν. Καὶ [12] ἀνάπαυσιν τοῖς κροτάφοις μου ἕως οὗ εὕρω τόπον τῷ Κυρίῳ, σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ. » Ταῦτα σαφέστερον ἡ τῶν Παραλειπομένων ἱστορία διδάσκει. Πρῶτον μὲν γὰρ ἱκέτευσεν αὐτὸς τὸν θεῖον οἰκοδομῆσαι νεών [13]. Ἐπειδὴ δὲ διὰ τοῦ προφήτου D Νάθαν ἐκώλυσεν ὁ Θεὸς, καὶ τὴν ὑπὸ τοῦ Σολομῶντος ἐσομένην οἰκοδομίαν προείρηκεν, ἀνεβάλετο μὲν τὴν οἰκοδομίαν, οὐκ ἠσπάσατο δὲ ῥᾳστώνην· ἀλλὰ καὶ χρυσὸν, καὶ ἄργυρον, καὶ σίδηρον, καὶ χαλκὸν, καὶ ξύλα, καὶ λίθους συνήγαγε. Καὶ ταῦτα, ὡς ἔφην, ἅπαντα [14] ἡ βίβλος ἐκείνη διδάσκει τοὺς ἐντυχεῖν βουλομένους.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[7] *Εἰ ὕψωσα.* Hebr. *Si non composui et compescui.* [8] *Ὡς — μου.* Hebr. *Sicut ablactatus, inquam, apud me erat anima mea.* [9] *Ἐξίσωσα.* Prior lectio erat ἠξίωσα. Hanc autem saniori postponere non dubitavimus, auctoritate cod. 1 Aug. et Colbertini illius, cujus meminit Montf. in Hexapl. ad h. l. Vid. quoque Cord. l. c. p. 605. [10] *Πραότητος.* Hebr. *Afflictionis ejus.* [11] *Τῷ Θεῷ.* Hebr. *forti.* Ita quoque vers. 5. [12] *Καὶ — κροτάφοις μου.* Des. in textu Hebr. [13] cod. 1 ναόν. [14] *Ἅπαντα.* ibid. sequ. σαφέστερον.

ς'. « Ἰδοὺ ἠκούσαμεν αὐτὴν ἐν Ἐφραθᾷ, εὕρομεν A αὐτὴν ἐν τοῖς πεδίοις τοῦ δρυμοῦ. » Ἱκέτευεν [15] οἰκοδομῆσαι ναὸν τῷ Θεῷ· ὁ δὲ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ νεὼν ἑαυτῷ [16] ἔμψυχόν τε καὶ λογικὸν οἰκοδομήσειν ὑπέσχετο. Διό φησιν ἡ προφητεία· « Ἰδοὺ ἠκούσαμεν αὐτὴν ἐν Ἐφραθᾷ, εὕρομεν αὐτὴν ἐν τοῖς πεδίοις τοῦ δρυμοῦ. » Ἐφραθὰ δὲ ἡ νῦν καλουμένη Βηθλεὲμ ὠνομάζετο. Ἐκεῖ γὰρ [17] ὁ Δεσπότης ἐτέχθη Χριστὸς, ὃς τοῖς Ἰουδαίοις τὸ οἰκεῖον σῶμα ὑποδείξας ἔφησε· « Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον. » *Δρυμοῦ* δὲ *πεδία* καλεῖ τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις ναοῦ τὸν τόπον, ἔρημον ὄντα, [18] καὶ οἰκοδομίαν οὐκ ἔχοντα. Ἐκεῖ γὰρ τὸν ὀλοθρευτὴν ἄγγελον διὰ τῆς πρὸς Θεὸν ἱκετείας ἐπισχὼν ὁ μέγας Δαβὶδ, καὶ βωμὸν ἔστησε, καὶ θυσίαν προσήνεγκε, καὶ εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ νεὼ ἀφιέρωσεν. B Ἐπειδὴ δὲ δύο σκηναὶ, ἡ μὲν ἐκ λίθων καὶ ξύλων, ἡ δὲ ἐκ σώματος καὶ ψυχῆς, καὶ ἡ μὲν ἐν Ἱεροσολύμοις ὑπὸ Σολομῶντος ἐγένετο, τὴν δὲ ἐν τῇ Βηθλεὲμ τοῦ παναγίου Πνεύματος ἡ χάρις ἐξύφηνεν· οἱ τηνικαῦτα δὲ εὐσεβεῖς τὴν μὲν ἑώρων, τὴν δὲ προσεδόκων· εἰκότως ὁ προφητικὸς λόγος ἔφη· « Ἰδοὺ ἠκούσαμεν αὐτὴν ἐν Ἐφραθᾷ, » τουτέστιν, ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου γενησομένην [19]. « Εὕρομεν αὐτὴν ἐν τοῖς πεδίοις τοῦ δρυμοῦ, » τὴν ὑπὸ τοῦ Σολομῶντος κατὰ τὴν τοῦ Πνεύματος οἰκοδομηθεῖσαν ὑπόσχεσιν.

ζ'. « Εἰσελευσώμεθα εἰς τὰ σκηνώματα αὐτοῦ, προσκυνήσωμεν εἰς τὸν τόπον, οὗ ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ. » Τὸν χρόνον ἐνήλλαξε. Λέγουσι δὲ, ὅτι Ἐκεῖ C εἰσιόντες προσκυνοῦμεν, θείας ἐπιφανείας τὸν νεὼν ἠξιῶσθαι πιστεύοντες. Ταύτην γὰρ ἔχει διάνοιαν τὸ, « Οὗ ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ. » Οὐχ ἀσώματον γὰρ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπερίγραφον τὸ Θεῖον εἶναι πιστεύομεν. Σωματικώτερον δὲ ἡ θεία περὶ αὐτοῦ Γραφὴ διαλέγεται, ταῖς ἀνθρωπίναις ἀκοαῖς μετροῦσα [20] τοὺς λόγους.

η'. « Ἀνάστηθι, Κύριε, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου. » Ἀνάστασιν τοῦ Θεοῦ [21] καλοῦσι τὴν κατὰ νόμον λατρείαν, οὐ ταύτης δεομένου, [[22] οὐδὲ ταύτῃ ἐπιτερπομένου,] ἀλλὰ τῶν προσφερόντων τὴν εὐσέβειαν ἀσπαζομένου· καὶ παρακαλοῦσι δὲ αὖθις αὐτοῦ τὴν χάριν ἐπιφανῆναι, καὶ τὴν προτέραν δοῦναι τῷ ναῷ περιφάνειαν. « Σὺ καὶ ἡ κιβωτὸς τοῦ ἁγιάσματός σου. [23] » D Ἐπειδὴ ἐν τοῖς Ἁγίοις τῶν ἁγίων ἡ κιβωτὸς ἔκειτο τὰς πλάκας ἔχουσα τοῦ νόμου, ἐπέκειτο δὲ ταύτῃ τὸ ἱλαστήριον, δι' ἐκείνου δὲ τῷ ἀρχιερεῖ μηνύματά τινα τῆς θείας ἐπιφανείας ἐγίνετο, εἰκότως ἐμνημόνευσε τῆς κιβωτοῦ. Ὁ Θεὸς γὰρ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνὴν, οὐκ ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ. Οὕτω δὲ καὶ ὁ σοφὸς προσηύξατο Σολομών· « Εἰ ὁ

VERS. 6. « Ecce audivimus ipsum in Ephrata, invenimus ipsum in campis silvæ. » Orabat, ut Deo templum erigeret: sed unigenitum Dei Verbum ex fructu lumbi **1507** ejus sibi animatum rationisque particeps templum ædificaturum esse promisit. Quapropter dicit vaticinatio: « Ecce audivimus ipsum in Ephrata, invenimus ipsum in campis silvæ. » Ephrata autem illa, quæ nunc appellatur Bethleem, nominabatur. Ibi enim Dominus Christus natus est, qui Judæis corpus * suum ostendens dixit: « Solvite templum hoc [o]. *Campos* vero *silvæ* vocat locum templi Hierosolymitani, qui desertus erat, et ædificium nullum habebat. Ibi enim magnus David, cum exterminatorem angelum per preces Deo fusas cohibuisset, et aram erexit, et sacrificium obtulit, et locum istum ædificationi templi consecravit. Quoniam autem duo fuerunt tabernacula, unum ex lignis lapidibusque, aliud vero ex corpore et anima, et illud quidem Hierosolymæ a Salomone conditum est, hoc vero in Bethleem sancti Spiritus gratia contexuit, et qui ea tempestate pii erant, hoc quidem cernebant, illud vero exspectabant: jure propheticus sermo dicit: « Ecce audivimus ipsum in Ephrata, » hoc est, a Spiritu sancto faciendum; « Invenimus ipsum in campis silvæ, » secundum promissionem Spiritus a Salomone ædificatum.

VERS. 7. « Introeamus in tabernaculum ejus, adoremus in loco ubi steterunt pedes ejus. » Tempus permutavit. Dicunt autem: Nos illuc ingressi adoramus, credentes templum divino conspectu dignum effectum esse. Hunc enim sensum habent illa: « Ubi steterunt pedes ejus. » Non modo enim sine corpore divinitatem esse, sed etiam incircumscriptam credimus. Ad modum autem corporis divina Scriptura de ipso loquitur, humanis auribus sermonem **1508** accommodans.

VERS. 8. « Surge, Domine, ad requiem tuam. » Resurrectionem Dei vocant cultum secundum legem, non hoc indigentis, [nec oblectationem inde capientis], sed offerentium pietatem amplectentis: et obsecrant, ut ejus gratia iterum appareat, utque pristinum splendorem templo largiatur. « Tu et arca sanctificationis tuæ. » Quoniam in Sanctis sanctorum arca stabat tabulas legis habens, huic autem imminebat propitiatorium, per illud vero pontifici indicia quædam divini adventus fiebant, jure arcæ meminit. Nam Deus, qui fecit cœlum et terram, secundum beati Pauli vocem [p], non in manu factis templis habitat. Sic etiam sapiens Salomo precatus est: « Si cœlum et cœlum cœli non sufficient tibi [q]. » Hoc etiam ipse universorum

[o] Joan. II, 19. [p] Act. XVII, 24; coll. Hebr. IX, 11. [q] II Paral. VI, 18.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[15] *Ἱκέτευεν*. ib. præm. ὁ μὲν οὖν μακάριος Δαβίδ. [16] *Ἑαυτῷ*. In cod. 1 ponitur post λογικόν. [17] *Γάρ*. ibid. δέ. [18] *Ὄντα*. cod. 1 add. πάλιν. [19] *Γενησομένην*. ib. sequ. σκηνήν. [20] cod. 1 μετιοῦσα. [21] *Θεοῦ*. ib. sequitur ἡμῶν. [22] E cod. 1 [23] *Τοῦ ἁγιάσματός σου*. Hebr. *Roboris tui*.

Deus ait: « Cœlum sedes mea est, terra autem scabellum pedum meorum. Quam domum ædificabitis mihi? aut quis locus requiei meæ est [r]? »

Vers. 9. « Sacerdotes tui induentur justitia, et sancti tui exsultatione exsultabunt. » Hoc enim, ait, perfecto, et domo exstructa, et arca rursus in adytis posita, sacerdotes quidem rem divinam secundum legem facientes justificabuntur: quia vero sacerdotalis dignitatis minime participes sunt, pietatis autem sunt studiosi, omni lætitia implebuntur.

Vers. 10. « Propter Davidem servum tuum, non avertas faciem Uncti tui. » *Unctum* hoc in loco regnum nuncupat. Et **1509** quia tunc eorum reges impii erant, propter Davidem orant, ne regni genus exstinguatur. Deinde de promissionibus factis admonent.

Vers. 11. « Juravit Dominus Davidi veritatem, et non frustrabitur eam. » Verax, ait, est ille qui pollicitus est, veritatisque fons est, et fieri haudquaquam potest, quin pollicitatio suum sortiatur finem. « De fructu ventris tui ponam super thronum tuum. » Una quidem promissio hæc est, et finem habuit. Non solus enim Salomo, sed etiam qui ex Salomone originem traxerunt, regios thronos obtinuerunt. Vaticinationis porro finem Dominus Christus confirmavit, Davidis regnum corroborans. Hoc enim et beatus vaticinatus est Isaias: « Quoniam puer natus est nobis, cujus imperium super humero ejus, et vocatur nomen ejus magni consilii angelus, admirabilis, consiliarius, Deus fortis, potens, princeps pacis, pater futuri sæculi, amen [s]. » Et paulo post. « Super throno Davidis et super regno ejus sedebit, ut corrigat illud, ab hoc inde tempore usque in perpetuum. » Hanc quidem pollicitationem, ut dixi, Dominus Christus confirmavit: alteram vero non interminatam Deus dedit. Dicit autem sic:

Vers. 12. « Si custodierint filii tui testamentum meum, et testimonia mea hæc, quæ docebo eos, et filii eorum usque in sæculum sedebunt super throno tuo. » Talis igitur Domini promissio est, sed illorum iniquitas regni cursum inhibuit. Mox enim Salomo cum in impietatem incidisset, divinam iram sibi ascivit. Quapropter solium tyrannide pressum est, alteriusque **1510** regnum decem tribus admiserunt: postea autem etiam duæ tribus regno Davidico privatæ fuere.

Vers. 13. « Quoniam elegit Dominus Sionem, elegit eam sibi pro habitatione. » Olim, inquit, Domine, hanc aliis urbibus prætulisti, et hanc pro tua habitatione declaravisti.

A οὐρανὸς, καὶ ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ οὐκ ἀρκέσουσί σοι. » Τοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων ἔφη Θεός· « Ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. Ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι; ἢ τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μού ἐστιν; »

θ'. « Οἱ ἱερεῖς σου ἐνδύσονται δικαιοσύνην, καὶ οἱ ὅσιοί σου ἀγαλλιάσονται. » Τούτου [24], φησὶ, γινομένου, καὶ ᾠκοδομημένου τοῦ οἴκου, καὶ τῆς κιβωτοῦ πάλιν τιθεμένης ἐν τοῖς ἀδύτοις, οἱ μὲν ἱερεῖς τὴν κατὰ νόμον ἐπιτελοῦντες λατρείαν δικαιωθήσονται, οἱ δὲ τῆς μὲν ἱερατικῆς οὐ μετειληφότες ἀξίας, εὐσεβείας δὲ ὅμως πεφροντικότες, πάσης εὐφροσύνης πλησθήσονται.

ι'. « Ἕνεκεν Δαβὶδ τοῦ δούλου σου, μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ σου. » *Χριστὸν* ἐνταῦθα

B τὴν βασιλείαν καλεῖ. Καὶ ἐπειδὴ δυσσεβεῖς οἱ τηνικαῦτα αὐτῶν ἦσαν βασιλεῖς, διὰ τὸν Δαβὶδ ἀξιοῦσι μὴ ἀποσβῆναι τῆς βασιλείας τὸ γένος. Εἶτα τῶν γεγενημένων ἀναμιμνήσκουσι ὑποσχέσεων.

ια'. « Ὤμοσε Κύριος τῷ Δαβὶδ ἀλήθειαν, καὶ οὐ μὴ ἀθετήσει αὐτήν. » Ἀψευδής, φησὶν, ὁ ὑποσχόμενος, καὶ ἀληθείας ὑπάρχει πηγὴ, καὶ τῶν ἀδυνάτων μὴ πέρας λαβεῖν τὴν ὑπόσχεσιν. « Ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τὸν θρόνον σου. » Μία μὲν ὑπόσχεσις αὕτη, καὶ τὸ πέρας ἐδέξατο. Οὐ γὰρ μόνος Σολομὼν, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐκ Σολομῶντος, τῶν βασιλικῶν ἠξιώθησαν θρόνων. Τὸ δὲ τέλος τῆς ὑποσχέσεως ὁ Δεσπότης Χριστὸς ἐβεβαίωσε, τοῦ Δαβὶδ κρατύνας τὴν βασιλείαν. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ μακάριος

C προεθέσπισεν Ἡσαΐας· « Ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος, θαυμαστὸς, σύμβουλος, Θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστὴς, ἄρχων εἰρήνης, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, ἀμήν. » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Ἐπὶ τὸν θρόνον Δαβὶδ καὶ τὴν [25] βασιλείαν αὐτοῦ, τοῦ κατορθῶσαι αὐτὴν ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον. » Ταύτην μὲν, ὡς ἔφην, τὴν ὑπόσχεσιν ὁ Δεσπότης Χριστὸς ἐβεβαίωσε· τὴν μέντοι ἑτέραν οὐκ ἀόριστον δέδωκεν ὁ Θεός· ἔφη δὲ οὕτως·

ιβ'. « Ἐὰν φυλάξωνται οἱ υἱοί σου τὴν διαθήκην μου, καὶ τὰ μαρτύριά μου ταῦτα, ἃ διδάξω αὐτοὺς, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτῶν ἕως τοῦ αἰῶνος καθιοῦνται ἐπὶ τοῦ θρόνου σου. » Ἡ μὲν οὖν τοῦ Δεσπότου ἐπαγγελία

D τοιαύτη, ἡ δὲ ἐκείνων παρανομία τῆς βασιλείας τὸν δρόμον διέκοψεν. » Εὐθὺς γὰρ ὁ Σολομὼν ἐκπεσὼν εἰς ἀσέβειαν τὴν θείαν ὀργὴν ἐπεσπάσατο. Οὗ δὴ χάριν ὁ θρόνος ἐτυραννήθη, καὶ ἑτέρου αἱ δέκα φυλαὶ βασιλείαν ἐδέξαντο· χρόνῳ δὲ ὕστερον καὶ αἱ δύο φυλαὶ τῆς Δαβιτικῆς ἐγυμνώθησαν βασιλείας.

ιγ'. « Ὅτι ἐξελέξατο Κύριος τὴν Σιὼν, ᾑρετίσατο αὐτὴν εἰς κατοικίαν ἑαυτῷ. » Ἄνωθεν, φησὶν, ὦ Δέσποτα, ταύτην τῶν ἄλλων προετίμησας πόλεων, καὶ οἰκεῖον ἀπέφηνας οἰκητήριον.

[r] II Paral. ii, 6; Act. vii, 49; Isa. lxvi, 1. [s] Isa. ix, 6.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[24] *Τούτου*. cod. 1 add. γάρ. [25] *Τήν*. cod. 1 præm. ἐπί.

ιδ'. « Αὕτη ἡ κατάπαυσίς μου εἰς αἰῶνα αἰῶνος. » A Ταῦτα, φησὶ, σὺ εἶπας, ὦ Δέσποτα, καὶ ὑπέσχου ἐπαναπαύεσθαι τῇ Σιὼν ἀεί. Καὶ τοῦτο δὲ τετύχηκε πέρατος. Εἰ γὰρ καὶ ὁ παλαιὸς νεὼς ἔρημος διὰ τὴν Ἰουδαίων μανίαν ἐγένετο, ἀλλ' οὖν ἐκεῖ πάλιν, καὶ τοῦ σταυροῦ, καὶ τῆς ἀναστάσεως, καὶ τῆς ἀναλήψεως τὰ χωρία διὰ τῆς θείας [26] ἠξίωτο χάριτος· καὶ ἐκ πάσης γῆς καὶ θαλάττης συντρέχουσιν ἅπαντες τὴν ἐν ἐκείνοις ἀναβλύζουσαν εὐλογίαν ἀρύσασθαι. « Ὧδε κατοικήσω, ὅτι ᾑρετισάμην αὐτήν. » Καὶ τοῦτο τέλους τετύχηκε, καὶ [27] ἐναλλαγή τις τῶν οἴκων ἐγένετο. Καὶ ὁ προφητικὸς δὲ λόγος τῆς Σιὼν ἐμνημόνευσεν. Ἐν ἐκείνῃ δὲ καὶ ὁ τοῦ σταυροῦ, καὶ τῆς [28] ἀναστάσεως τόπος.

ιε'. « Τὴν θήραν [29] αὐτῆς εὐλογῶν εὐλογήσω. » Ὁ δὲ Σύμμαχος, *Τὴν σίτησιν αὐτῆς εὐλογῶν εὐλογήσω*. B Τουτέστι, τῶν ἀγαθῶν αὐτοῖς ἁπάντων παρέξω τὴν ἀφθονίαν. « Τοὺς πτωχοὺς αὐτῆς χορτάσω ἄρτων. » Παρέξω δὲ καὶ τοῖς δεομένοις τῶν ἀναγκαίων τὴν χρείαν.

ιϛ'. « Τοὺς ἱερεῖς αὐτῆς ἐνδύσω σωτηρίαν. » Ἣν ἄνω δικαιοσύνην ἐκάλεσεν, ἐνταῦθα *σωτηρίαν* ὠνόμασε. Δικαιοσύνης γὰρ σωτηρία καρπός. « Καὶ οἱ ὅσιοι αὐτῆς ἀγαλλιάσει ἀγαλλιάσονται. » Οἱ δὲ τῆς εὐσεβείας ἐρασταὶ πάσης γενήσονται θυμηδίας ἀνάπλεοι.

ιζ'. « Ἐκεῖ ἐξανατελῶ κέρας τῷ Δαβίδ. » Τὸ μὲν οὖν πρόχειρον νόημα τὸν Ζοροβάβελ δηλοῖ. Ἐπειδὴ δὲ οὔτε εἰς ἐκγόνους, οὔτε μὴν εἰς παῖδας, τὴν ἡγεμονίαν παρέπεμψεν, οὐκ ἄν τις αὐτὸν εἰκότως ὀνομάσει *κέρας*, C ὀλίγον ἡγεμονεύσαντα χρόνον. Τὸ γὰρ κέρας ἰσχυρόν τι δηλοῖ καὶ μόνιμον. Ἐπειδὴ δὲ τῷ Ζοροβάβελ οὐχ ἁρμόττει ἡ προφητεία, ὁ λόγος τὴν κατὰ σάρκα τοῦ Χριστοῦ [30] γέννησιν προθεσπίζει. Οὕτω δὲ καὶ ὁ μακάριος Πέτρος ἐν ταῖς Πράξεσιν ἔφη· « Προφήτης ὑπάρχων ὁ Δαβὶδ, καὶ εἰδὼς ὅτι ὅρκῳ ὤμοσεν αὐτῷ ὁ Θεὸς ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ ἀναστῆσαι τὸ κατὰ σάρκα τὸν Χριστὸν, καθίσαι ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ, προειδὼς ἐλάλησεν περὶ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ. » « Ἡτοίμασα λύχνον τῷ Χριστῷ μου. » *Λύχνον* πάλιν ὁ προφητικὸς λόγος τὸν ἐκ Δαβὶδ ὀνομάζει ναὸν, τὸ τῆς θεότητος ὑποδεξάμενον φῶς.

ιη'. « Τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ἐνδύσω αἰσχύνην, ἐπὶ δὲ αὐτὸν ἐξανθήσει τὸ ἁγίασμά μου [31]. » Τῆς μὲν D οὖν αἰσχύνης μάρτυρες Ἰουδαῖοι, τὴν ἔχθραν ἀσπασάμενοι, καὶ τὴν αἰσχύνην δρεψάμενοι. Τὸ δὲ *ἁγίασμα* [32], αἱ κατὰ πᾶσαν γῆν καὶ θάλασσαν Ἐκκλησίαι, σῶμα μὲν τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ χρηματίζουσαι, τῆς ἁγιωσύνης τὰς πηγὰς παρ' αὐτοῦ κομιζόμεναι.

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΡΛΒ' ΨΑΛΜΟΥ.

α'. « Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν [33]. » Ἐπὶ τοῦ Ῥοβοὰμ

VERS. 14. « Hæc est requies mea in sæculum sæculi. » Hæc, inquit, tu dixisti, Domine, et pollicitus es in Sione te semper requiem habiturum esse. Atque hoc etiam finem sortitum est. Etsi enim priscum templum ob Judæorum furorem desolatum est: tamen ubi rursus per divinam gratiam, et crucis, et resurrectionis, et assumptionis loca adepta sunt, et ex omni terra et mari omnes concurrunt, ut in illis affluentem benedictionem hauriant. « Hic habitabo, quoniam elegi eam. » Et hoc suum sortitum est finem, et ædium aliqua mutatio facta est. Ac propheticus etiam sermo Sionis mentionem fecit. In illa autem est crucis resurrectionisque locus.

VERS. 15. « Venationi ejus benedicens benedicam. » Symmachus autem: *Annonæ ejus benedicens benedicam*. Hoc est, omnium bonorum affluentiam ipsis præbebo. « Pauperes ejus saturabo panibus. » Porro indigentibus largiar necessariarum rerum usum.

VERS. 16. « Sacerdotes ejus induam salute. » Quam superius justitiam vocavit, hoc in loco *salutem* nominavit. Justitiæ enim fructus est salus. « Et sancti ejus exsultatione exsultabunt. » Virtutis vero studiosi omni voluptate replebuntur.

1511 VERS. 17. « Ibi producam cornu Davidi. » Primus quidem litteralis sensus Zorobabelem designat. Quoniam autem nec in posteros, nec in filios regimen transmisit, non posset quisquam ipsum jure nominare *cornu*, cum parum temporis imperaverit. Cornu enim fortitudinem et firmitatem indicat. Quoniam vero vaticinatio Zorobabeli minime congruit, sermo Christi ortum secundum carnem prædicit. Sic etiam beatus Petrus in Actibus dicit: « Propheta igitur cum esset David, et sciret, jurejurando jurasse illi Deum, fore ut suscitaret de fructu lumbi ejus Christum secundum carnem, quem collocaret super sede ejus, prævidens locutus est de resurrectione ejus [1]. — « Paravi lucernam Uncto meo. » *Lucernam* rursus propheticus sermo templum ex Davide nominat, quod lucem divinitatis excepit.

VERS. 18. « Inimicos ejus induam confusione, super ipso autem efflorebit sanctificatio mea. » Dedecoris igitur Judæi sunt testes, qui inimicitias amplexi sunt, et confusionem retulerunt. *Sanctificatio* vero sunt Ecclesiæ ubique terra marique: quæ Christi Domini corpus vocantur, sanctitatisque fontes ab ipso reportant.

INTERPR. PSALMI CXXXII.

VERS. 1. « Canticum graduum. » Sub Roboamo

[1] Act. II, 30, 31.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[26] *Θείας*. cod. 1 σῆς. [27] *Καί*. ibid. præm. εἰ. [28] *Τῆς*. ib. præm. ὁ. [29] *Θήραν*. Hebr. *cibo ejus*. [30] *Χριστοῦ*. cod. 1 præm. Δεσπότου. [31] *Τὸ ἁγίασμά μου*. Hebr. *Corona ejus*. [32] cod. 1 τοῦ δὲ ἁγιάσματος. [33] *Τῶν ἀναβ.* cod. Alex. add. τῷ Δαβίδ, præeunte textu Hebr.

tribus divisæ fuerunt, et decem quidem Jerobo-amum secutæ sunt, duæ vero Davidicum regnum sunt amplexæ. Post reditum igitur **1512** e Babylone, et rursus coierunt, et concordiam adamarunt, et unum habuerunt imperium, et communem cultum secundum legem exhibuerunt. Hæc igitur iste psalmus præcinit : « Ecce quam bonum, et quam jucundum habitare fratres una. » Per ipsos, inquit, eventus didicimus, nihil fraterna concordia jucundius esse. *Fratres* autem appellat tribus, quoniam harum etiam principes, a quibus nomen acceperunt, unius patris filii erant.

VERS. 2. « Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaronis. » Oleum pontificale ex variis odoramentis compositum erat : sed nullum eorum per seipsum tantum odorem emittebat, sed omnium mistio et temperamentum quam plurimum et suavissimum odorem reddebat. Huic merito fraternum consensum comparavit. Multorum enim recte factorum in unum collatio perfectæ virtutis odorem efficit. « Quod descendit in oram vestimenti ejus. » Illi unguento, ait, simile est donum charitatis, quod effundebatur in caput Aaronis : non modo autem ad barbam usque deveniebat, sed ejus etiam tunicam circa pectus sanctam reddebat. *Oram* enim vocavit, quam *collare* appellamus, hoc autem Aquila *vestimentorum os* dixit. Quemadmodum igitur a capite per barbam ad vestem usque sacrum unguentum decurrens, odore sacerdotem implebat : sic a principe ad subditos usque concordiæ utilitas pervenit.

VERS. 3. « Sicut ros **1513** Hermonis, qui descendit in montem Sion. » Rursus ad aliam similitudinem transit, concordiæ utilitatem docens : et hanc dixit similem esse rori, qui ab Hermon in Sionem defertur. Tantus autem hic est, ut tegulæ stillas emittant. *Hermon* autem mons est Palæstinæ, e terra Israelis tantum non contiguus. « Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem et vitam usque in sæculum. » Non in Hermone, sed in Sione, in qua vitalis ros sancti Spiritus in sacros apostolos missus fuit, per quem fideles omnes sempiternam gratiam percipiunt.

A διηρέθησαν αἱ φυλαὶ, καὶ αἱ μὲν δέκα τῷ Ἱεροβοὰμ ἠκολούθησαν, αἱ δὲ δύο τὴν Δαβιτικὴν ἠσπάσαντο βασιλείαν. Μετὰ μέντοι τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον, καὶ [34] πάλιν συνῆλθον, καὶ τὴν συμφωνίαν ἠγάπησαν, καὶ μίαν ἔσχον ἡγεμονίαν, καὶ κοινὴν τὴν κατὰ νόμον ἐπετέλουν λατρείαν. Ταῦτα τοίνυν οὗτος ὁ ψαλμὸς προθεσπίζει. « Ἰδοὺ δὴ τί καλὸν, ἢ τί τερπνὸν, ἀλλ' ἢ κατοικεῖν [35] ἀδελφοὺς ἐπὶ τὸ αὐτό ; » Δι' αὐτῶν, φησὶ, μεμαθήκαμεν τῶν πραγμάτων, ὡς οὐδὲν τῆς ἀδελφικῆς θυμηρέστερον συμφωνίας. *Ἀδελφοὺς* δὲ καλεῖ τὰς φυλὰς, ἐπειδὴ καὶ οἱ τούτων ἐπώνυμοι φύλαρχοι ἑνὸς ὑπῆρχον παῖδες πατρός.

β'. « Ὡς μύρον ἐπὶ κεφαλῆς, τὸ καταβαῖνον ἐπὶ πώγωνα, τὸν πώγωνα τοῦ Ἀαρών. » Τὸ ἀρχιερα-
B τικὸν ἔλαιον ἐκ διαφόρων ἡδυσμάτων συνέκειτο· ἀλλ' οὐδὲν ἐκείνων αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τοσαύτην εὐοσμίαν [36] ἠφίει, ἡ δὲ πάντων μίξις καὶ κρᾶσις πλείστην ὅσην τὴν εὐωδίαν εἰργάζετο. Τούτῳ τὴν ἀδελφικὴν εἰκότως συμφωνίαν ἀπείκασεν. Ἡ γὰρ τῶν πλειόνων κατορθωμάτων συνεισφορὰ τῆς τελείας ἀρετῆς τὴν εὐοσμίαν ἐργάζεται. « Τὸ καταβαῖνον ἐπὶ τὴν ὤαν τοῦ ἐνδύματος αὐτοῦ. » Ἐκείνῳ, φησὶν, ἔοικε τῷ μύρῳ τῆς ἀγάπης τὸ χάρισμα [37], ὃ κατεχεῖτο μὲν τῆς τοῦ Ἀαρὼν κεφαλῆς, οὐ μέχρι δὲ μόνου τοῦ γενείου κατῄει, ἀλλ' [38] αὐτοῦ τοῦ χιτῶνος τὸ περὶ τὸ στῆθος ἡγίαζε. Ὤαν γὰρ ἐκάλε-
C σεν, ὃ καλοῦμεν *περιτραχήλιον*. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ Ἀκύλας *στόμα ἐνδυμάτων* εἴρηκε. Καθάπερ τοίνυν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς διὰ τοῦ γενείου μέχρι τῆς [39] ἐσθῆτος τὸ ἱερὸν διατρέχον μύρον τῆς εὐοσμίας τὸν ἱερέα ἐπλήρου, οὕτως ἀπὸ τῆς ἀρχῆς μέχρι τῶν ὑπηκόων ἡ ἀπὸ τῆς συμφωνίας ὠφέλεια χωρεῖ.

γ'. « Ὡς δρόσος Ἀερμὼν ἡ καταβαίνουσα ἐπὶ τὰ ὄρη Σιών. » Πάλιν εἰς ἑτέραν εἰκόνα μετέβη, τῆς συμφωνίας διδάσκων τὸ χρήσιμον· καὶ ταύτην ἔφησεν ἐοικέναι τῇ δρόσῳ, τῇ ἀπὸ τοῦ [40] Ἀερμὼν τῇ Σιὼν ἐπιφερομένῃ. Τοσαύτη δὲ αὕτη, ὡς καὶ σταγόνας τοὺς κεράμους ἐκπέμπειν. Τὸ δὲ *Ἀερμὼν* ὄρος ἐστὶ, καὶ αὐτὸ τῆς Παλαιστίνης, τῇ γῇ διαφέρων τοῦ Ἰσραήλ. « Ὅτι ἐκεῖ ἐνετείλατο Κύριος τὴν εὐλογίαν, ζωὴν ἕως τοῦ αἰῶνος. » Οὐχ ἐν Ἀερμὼν,
D ἀλλ' ἐν τῇ Σιὼν, ἐν ᾗ καὶ τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐπὶ τοὺς ἱεροὺς ἀποστόλους ἡ ζωοποιὸς κατεπέμφθη δρόσος, δι' ἧς ἅπαντες οἱ πιστεύοντες τὴν αἰώνιον εὐλογίαν καρποῦνται.

INTERP. PSALMI CXXXIII.

VERS. 1. « Canticum graduum. » Convenit etiam hic psalmus iis qui e Babylone regressi fuerunt. Piis autem omnibus admonitionem proponit, ut non modo interdiu, verum etiam de nocte Deum laudibus prosequantur. « Ecce nunc benedicite

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΡΛΓ' ΨΑΛΜΟΥ.

α'. « Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν. » Ἁρμόττει [41] δὲ [42] καὶ οὗτος τοῖς ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπανελθοῦσι. Προσφέρει δὲ καὶ πᾶσι τοῖς εὐσεβέσι παραίνεσιν, ὥστε μὴ μόνον μεθ' ἡμέραν, ἀλλὰ καὶ νύκτωρ τὸν Θεὸν ἀνυμνεῖν. « Ἰδοὺ δὴ εὐλογεῖτε τὸν Κύριον, πάντες οἱ δοῦ-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[34] Abest a cod. 1. [35] *Κατοικεῖν*. cod. 1 præm. τό, ut in textu Hebr. [36] cod. 1 εὐωδίαν. [37] *Χάρισμα*. ib. χρῆμα. [38] cod. 1 ἀλλὰ καί. [39] *Τῆς*. ib. præm. τῶν ἄκρων. [40] *Ἀπὸ τοῦ*. Abest a cod. 1. [41] *Ἁρμόττει — ἀνυμνεῖν*. Origeni hæc tribuit Cord. l. c. p. 629. [42] *Δέ*. cod. 1 μέν.

λοι Κυρίου.» Οὐ πάντων τὸ ὑμνεῖν, ἀλλὰ τῶν τὴν θείαν δεσποτείαν ἀσπαζομένων, καὶ τοῦ Δεσπότου τὴν θεραπείαν περὶ πολλοῦ ποιουμένων. Τῶν γὰρ τῆς ἁμαρτίας δεξαμένων τὰ τραύματα ἴδιον τὸ δακρύειν, καὶ ὀλοφύρεσθαι, καὶ τὴν θείαν φιλανθρωπίαν αἰτεῖν. «Οἱ ἑστῶτες ἐν οἴκῳ Κυρίου, ἐν [43] αὐλαῖς οἴκου Θεοῦ ἡμῶν.» Παρεγγυήσας ὑμνεῖν, ἐδίδαξε καὶ τῆς ὑμνῳδίας τὸν τρόπον. Πανταχοῦ μὲν γὰρ αἴρειν ὁσίους χεῖρας ὁ θεῖος ἐνομοθέτησε Παῦλος· οὐχ ἥκιστα δὲ ἐν τοῖς ἀφιερωμένοις προσήκει χωρίοις [44] τὴν [45] ὀφειλομένην τῷ Θεῷ προσφέρειν προσκύνησιν.

β'. «Ἐν ταῖς νυξὶν [46] ἐπάρατε τὰς χεῖρας ὑμῶν εἰς τὰ ἅγια, καὶ εὐλογεῖτε τὸν Κύριον.» Διδάξας τὸν τόπον, διδάσκει καὶ τὸν καιρόν. Ἁρμοδία γὰρ εἰς ὑμνῳδίαν ἡ νὺξ, πολλὴν παρέχουσα τὴν ἡσυχίαν, καὶ τῶν πολλῶν θορύβων ἀπηλλαγμένη. Τὸ δὲ τὰς χεῖρας αἴρειν καὶ [47] τὸ κρατῆσαν ἔθος παρακελεύεται.

γ'. «Εὐλογήσαι σε Κύριος ἐκ Σιὼν, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.» Ἵνα γὰρ μή τις ὑπολάβῃ τῇ Σιὼν περιγεγράφθαι τὸν τῶν ὅλων Θεὸν [48], εἰκότως αὐτὸν ἔδειξε τῶν ὅλων δημιουργόν· διὰ γὰρ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ [49] πᾶσαν τὴν κτίσιν περιέλαβε· ἐν [50] οὐρανῷ γὰρ ἄγγελοι, ἐπὶ γῆς δὲ ἄνθρωποι, καὶ τὰ διὰ τούτους γενόμενα.

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΡΛΔ' ΨΑΛΜΟΥ.

α'. «Ἀλληλούϊα. Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν [51].» Αἶνος οὗτος ἕτερος, καὶ ὁ αὐτὸς ὑπὸ τῶν τῆς ἐλευθερίας τετυχηκότων προσενεχθεὶς τῷ Θεῷ. Τοῦ δὲ *Ἀλληλούϊα* καὶ ἤδη τὴν ἑρμηνείαν εἰρήκαμεν. «Αἰνεῖτε τὸ ὄνομα Κυρίου· αἰνεῖτε, δοῦλοι, Κύριον.» Ἐπειδὴ ἀόρατος ἡ θεία φύσις, ὑμνεῖν δὲ ταύτην παρακελεύεται, εἰκότως εἶπεν, «Αἰνεῖτε τὸ ὄνομα Κυρίου.» Ἀρκέσθητε, φησὶ, τῇ τοῦ Θεοῦ προσηγορίᾳ, καὶ μὴ ζητήσητε ἰδεῖν, ἃ μὴ θέμις ἰδεῖν.

β'. «Οἱ ἑστῶτες ἐν οἴκῳ Κυρίου, ἐν αὐλαῖς οἴκου Θεοῦ ἡμῶν.» Βαβυλωνίων [52], φησὶν, ἀπαλλαγέντες δουλείας, καὶ τῆς τῶν θείων αὐλῶν ἀπολαύοντες εὐπρεπείας, τὸν τούτων χορηγὸν τῶν ἀγαθῶν ἀνυμνήσατε.

γ'. «Αἰνεῖτε τὸν Κύριον, ὅτι ἀγαθὸς Κύριος.» Ἀφορμὴν τῆς ὑμνῳδίας ποιήσατε τοῦ ὑμνουμένου τὴν ἀγαθότητα. «Ψάλατε τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, ὅτι καλόν.» Πολὺ δὲ καὶ ἐντεῦθεν προσγινόμενον ὑμῖν κέρδος. Εἶτα τῶν εἰς αὐτοὺς γεγενημένων εὐεργεσιῶν ποιεῖται τὴν μνήμην.

δ'. «Ὅτι τὸν Ἰακὼβ ἐξελέξατο ἑαυτῷ ὁ Κύριος, Ἰσραὴλ εἰς περιουσιασμὸν ἑαυτῷ.» Ὁ [53] δὲ Σύμμαχος οὕτως· *Καὶ τὸν Ἰσραὴλ εἰς ἐξαίρετον ἑαυτῷ.* Πλείονος αὐτὸν, φησὶν, ἐπιμελείας ἠξίωσε, καὶ οἰκεῖον λαὸν ἀπεκάλεσε, καὶ πάντων ἀνθρώπων κη-

A Domino, omnes servi Domini.» Non omnium est Deum laudare, sed eorum qui divinum imperium amplexi sunt, et Domini cultum magnifaciunt. Eorum enim qui peccati vulnera acceperunt, proprium est lacrymas profundere, et lugere, divinamque benignitatem efflagitare. «Qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri.» Cum Deum celebrare hortatus esset, docuit etiam laudis modum. Ubique enim, ut puras manus tollant, divinus Paulus præcipit: præsertim autem in consecratis locis **1514** debitum cultum Deo offerre docet.

VERS. 2. «In noctibus extollite manus vestras versus sancta, et benedicite Domino.» Cum locum docuisset, docet etiam tempus, quandoquidem ad
B hymnos canendos accommodata est nox, quæ multam quietem præbet, et a multis tumultibus est libera. Manus autem tollere, usitatus etiam mos jubet.

VERS. 3. «Benedicat tibi Dominus e Sione, qui fecit cœlum et terram.» * Nam ne quis universorum Deum Sione circumscriptum esse suspicetur, merito ipsum rerum omnium opificem esse demonstravit. Per cœlum enim et terram, totum universum comprehendit: nam in cœlo sunt angeli, in terra homines, et ea quæ propter hos facta sunt.

INTERP. PSALMI CXXXIV.

VERS. 1. «Alleluia. Canticum graduum.» Hæc
C est alia laus, et ipsa ab his, qui libertatem adepti fuerunt, Deo oblata. Cæterum *Alleluia* jam interpretati sumus. «Laudate nomen Domini, laudate, servi, Dominum.» Quoniam divina natura haudquaquam cerni potest, hanc autem laudari jubet, jure dixit: «Laudate nomen Domini.» Contenti estote, inquit, Dei appellatione, et ne quæratis cernere, quæ nefas est cernere.

VERS. 2. «Qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri.» A servitute Babyloniorum, inquit, liberati, et divinorum atriorum magnificentia fruentes, horum bonorum largitorem laudate.

VERS. 3. «Laudate Dominum, quia bonus Do-
D minus.» **1515** Ad hymnorum argumentum bonitatem ejus, qui celebratur, arripite: «Psallite nomini ejus, quoniam bonum.» Porro plurimum emolumenti hinc vobis acquiritur. Deinde beneficiorum in ipsos collatorum mentionem facit.

VERS. 4. «Quoniam Jacobum elegit sibi Dominus, Israelem sibi in possessionem.» Symmachus autem sic: *Et Israelem in selectum quoddam sibi.* Majore, ait, cura ipsum dignatus est, propriumque populum appellavit: et omnium hominum curam

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[43] *Ἐν — ἡμῶν.* Des. in textu Hebr. [44] cod. 1 χωρεῖν. [45] *Τήν.* ib. præm. καί. [46] *Ἐν ταῖς νυξίν.* Hæc ad præc. vers. pertinent. [47] *Καί.* cod. 1 κατά. [48] *Θεόν.* cod. 1 Κύριον. [49] *Καί.* Abest a cod. 1. [50] *Ἐν.* ibid. præm. ἔφη. [51] *Ὠδὴ τῶν ἀναβ.* Des. in textu Hebr. et Græco τῶν Ο'. [52] *Βαβυλ.* cod. 1 præm. τῆς τῶν. [53] *Ὁ — πεφρόντικε.* Origeni hæc tribuuntur a Cord. l. c. p. 639.

gerens hujus potissimum curam gessit. Hæc autem etiam beatus Moses dixit : « Quando dividebat Altissimus gentes, quando separabat filios Adami, constituit terminos gentium juxta numerum angelorum Dei, et factus est pars Domini populus ejus Jacob, funiculus hæreditatis ejus Israel [u]. »

VERS. 5. « Quia ego cognovi, magnum esse Dominum, et Deum nostrum præ omnibus diis. » * Per ipsas, inquit, res didicimus Dei nostri robur, et deos, qui a gentibus aliis honorantur, cum ipso minime conferri posse. Nemo enim cum eo quod est, et quod est semper, id quod non est comparat. Deinde e creatione rerum omnium Dei potentiam tacite ostendit.

VERS. 6. « Omnia quæcunque voluit, Dominus fecit in cœlo et in terra, et in maribus, et in omnibus abyssis. » Ea quæ facta sunt, non pro ratione potentiæ sed voluntatis facta sunt. Potuerat enim et plura hisce, et multo majora fabricare, sed tot et talia voluit. Verumtamen omnia sunt ejus opera, cœlum et cœlestia, terra et terrestria, **1516** mare et ea quæ in ipso sunt. Cæterum *abyssos* vocat immensam aquarum multitudinem. Multitudinis autem numero *maria* vocavit, quoniam unum mare in multa æquora dividitur. Atlanticus enim est sinus, et Oceanus, et Tyrrhenus, et Ionicus, et Ægæus, et Arabicus, et Indicus, et Pontus Euxinus, et Propontis, et Hellespontus, et alia æquora, multo plura quam supradicta.

VERS. 7. « Educens nubes ab extremo terræ. » Etenim aquarum natura, quæ deorsum tendit, divino Verbo subducitur, et sublimis fit, et continentem irrigat. Ab extremo autem terræ dixit nubes sursum tolli, quoniam ex marinis aquis constant : fines vero terræ sunt sinus marini. « Fulgura pluviæ fecit. » Prænuntiat autem affluentiam imbrium fulguribus, et ostendit miraculum omnium mirabilissimum. In aquis enim fulguris ignis discurrens, neque illas calefacit, neque ipse exstinguitur. « Qui educit ventos e thesauris suis. » Ventorum thesauros non quasi reconditoria esse dicit : sed quoniam, cum aer vento caret, sæpenumero voluntas divina nutu suo facile illum movet, thesaurum ventorum vocavit. Simul ac annuit, undique spirant. Ubi commune opificium et providentiam sic demonstravit, deinceps Judæorum beneficia persequitur.

VERS. 8. « Qui percussit primogenita Ægypti, ab homine usque ad pecus. » Novissimam plagam primam posuit, quoniam libertatem post hanc receperunt.

[u] Deut. XXXII, 8, 9.

A δόμενος [84], τούτου διαφερόντως πεφρόντικε. Ταῦτα δὲ καὶ ὁ μακάριος ἔφη Μωσῆς· « Ὅτε διεμέριζεν ὁ Ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδὰμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατ' ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ· καὶ ἐγενήθη μερὶς Κυρίου, λαὸς αὐτοῦ Ἰακὼβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ. »

ε'. « Ὅτι ἐγὼ ἔγνωκα, ὅτι μέγας ὁ Κύριος, καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν παρὰ πάντας τοὺς θεούς. » Δι' αὐτῶν, φησὶ, μεμαθήκαμεν τῶν πραγμάτων τοῦ ἡμετέρου Θεοῦ τὴν ἰσχὺν, καὶ ὅτι οὐδαμῶς αὐτῷ παραβληθῆναι δυνήσονται οἱ παρὰ τῶν ἄλλων ἐθνῶν προσκυνούμενοι θεοί. Οὐδεὶς γὰρ τῷ ὄντι καὶ ἀεὶ ὄντι συγκρίνει τὸ μηδαμῶς ὄν. Εἶτα ἀπὸ τῆς δημιουργίας ὑποδείκνυσι τὸ τοῦ Θεοῦ δυνατόν.

B ς'. « Πάντα ὅσα ἠθέλησεν ὁ Κύριος, ἐποίησεν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ, ἐν ταῖς θαλάσσαις καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἀβύσσοις. » Οὐ τῇ δυνάμει σύμμετρα τὰ γενόμενα, ἀλλὰ τῇ βουλήσει. Ἠδύνατο μὲν γὰρ καὶ πολλαπλάσια τούτων, καὶ πολλῷ μείζονα δημιουργῆσαι· ἀλλὰ τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα ἠθέλησε. Αὐτοῦ δὲ ὅμως πάντα ποιήματα, οὐρανὸς καὶ τὰ οὐράνια, γῆ καὶ τὰ ἐπίγεια, θάλασσα καὶ τὰ ἐν αὐτῇ. *Ἀβύσσους* δὲ καλεῖ τὸ ἄπειρον τῶν ὑδάτων πλῆθος. Πληθυντικῶς δὲ *θαλάσσας* ἐκάλεσεν, ἐπειδὴ εἰς πελάγη πολλὰ ἡ μία διῄρηται θάλασσα. Ἀτλαντικὸς γὰρ κόλπος, καὶ Ὠκεανὸς, καὶ Τυῤῥηνικὸς, καὶ Ἰόνιός τε, καὶ Αἰγαῖος [85], καὶ Ἀραβικὸς, καὶ Ἰνδικὸς, καὶ Εὔξεινος Πόντος, καὶ Προποντὶς, καὶ Ἑλλήσποντος, καὶ ἕτερα πελάγη πολλαπλάσια τῶν εἰρημένων.

C ζ'. « Ἀνάγων νεφέλας [86] ἐξ ἐσχάτου τῆς γῆς. » Τῷ γὰρ θείῳ Λόγῳ ἡ κατωφερὴς τῶν ὑδάτων φύσις ἀνέλκεται, καὶ μετέωρος γίνεται, καὶ ἄρδει τὴν ἤπειρον [87]. Ἐξ ἐσχάτου δὲ τῆς γῆς ταύτην εἶπεν ἀνάγεσθαι, ἐπειδὴ ἐκ τῶν θαλαττίων ὑδάτων συνίσταται. Τέρματα δὲ τῆς γῆς οἱ θαλάττιοι κόλποι. « Ἀστραπὰς εἰς ὑετὸν ἐποίησεν. » Προμηνύει δὲ τῶν ὑετῶν τὴν χορηγίαν ταῖς ἀστραπαῖς, καὶ δείκνυσι θαῦμα πάντων παραδοξότατον. Ἐν ὕδασι γὰρ τὸ ἀστραπαῖον [88] διατρέχον πῦρ, οὔτε ἐκεῖνα [89] θερμαίνει, οὔτε αὐτὸ κατασβέννυται. « Ὁ ἐξάγων ἀνέμους ἐκ θησαυρῶν αὐτοῦ. » Θησαυροὺς ἀνέμων οὐκ ἀποθήκας εἶναι λέγει τινὰς, ἀλλ' ἐπειδὴ ἀπήνεμον ὄντα τὸν ἀέρα πολλάκις ῥᾳδίως ἐθελήσας κινεῖ τὸ βούλημα τὸ θεῖον, D θησαυρὸν ἀνέμων ἐκάλεσεν. Ἅμα τε γὰρ νεύει, καὶ πανταχόθεν προσίασιν. Οὕτω τὴν κοινὴν δημιουργίαν καὶ πρόνοιαν ὑποδείξας, τὰς Ἰουδαίων λοιπὸν εὐεργεσίας διέξεισιν.

η'. « Ὃς ἐπάταξε τὰ πρωτότοκα Αἰγύπτου ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους. » Τὴν τελευταίαν πληγὴν τέθεικε πρώτην, ἐπειδὴ μετὰ ταύτην τὴν ἐλευθερίαν ἐδέξαντο.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[84] *Κηδόμενος*. cod. 1 φειδόμενος, ascripta tamen altera lectione. [85] cod. 1 Αἴγειος.. [86] *Νεφέλας*. Hebr. *vapores*. [87] *Ἤπειρον*. cod. 1 γῆν. [88] ibid. ἀστραπαῖον. [89] ib. ἐκεῖνο.

θ'. « Ἐξαπέστειλε σημεῖα καὶ τέρατα ἐν μέσῳ σου, Αἴγυπτε. » Τὰς παντοδαπὰς θαυματουργίας καὶ παιδείας διὰ τούτων ἐδήλωσεν. « Ἐν Φαραῷ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς δούλοις αὐτοῦ. » Οὐ γὰρ ἤρκεσεν ἡ βασιλεία τῶν θεηλάτων αὐτὸν ἀπαλλάξαι μαστίγων, ἀλλὰ τοῖς αὐτοῖς καὶ οἱ βασιλευόμενοι καὶ ὁ βασιλεύων κακοῖς περιέπεσεν. Οὕτω καὶ πρὸς τὸν μέγαν Μωσῆν ἔφη ὁ τῶν ὅλων Θεός· « Ἰδοὺ ἐγὼ πατάσσω πᾶν πρωτότοκον τῆς Αἰγύπτου, ἀπὸ πρωτοτόκου Φαραὼ τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ, ἕως πρωτοτόκου τῆς αἰχμαλωτίδος τῆς παρὰ τὸν μύλον. »

ι'. « Ὃς ἐπάταξεν ἔθνη πολλά. » Τὰ τὴν Παλαιστίνην πάλαι οἰκήσαντα.

« Καὶ ἀπέκτεινε βασιλεῖς κραταιούς. [ια'.] Τὸν Σηὼν βασιλέα τῶν Ἀμοῤῥαίων· καὶ τὸν Ὢγ βασιλέα τῆς Βασάν. » Τούτων ὁ θεῖος Μωσῆς τὴν βασιλείαν κατέλυσεν. « Καὶ πάσας τὰς βασιλείας Χανaάν. » Τούτους ὁ μακάριος Ἰησοῦς ἐχειρώσατο, καὶ τὰς ὑπ' ἐκείνων κατεχομένας χώρας καὶ πόλεις διένειμε τῷ λαῷ. Τοῦτο καὶ ἐνταῦθα ὁ Προφήτης φησί.

ιβ'. « Καὶ ἔδωκε τὴν γῆν αὐτῶν κληρονομίαν· κληρονομίαν Ἰσραὴλ τῷ λαῷ αὐτοῦ. » Καθάπερ γάρ τινα κλῆρον πατρῷον, τὴν ὑπ' ἐκείνων τῶν δυσσεβῶν βασιλέων πάλαι κατασχεθεῖσαν γῆν τῷ Ἰσραὴλ δέδωκεν ὁ τούτων Θεός [10].

ιγ'. « Κύριε, τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ τὸ μνημόσυνόν σου εἰς γενεὰν καὶ γενεάν. » Τὸ μὲν γὰρ μέγεθος τῶν ὑπὸ σοῦ γεγενημένων θαυμάτων τὸ σὸν ἅπαντας ἐδίδαξεν ὄνομα· καὶ μέντοι καὶ εἰς τὰς ἐσομένας γενεὰς ἡ τῶν σῶν εὐεργεσιῶν φυλαχθήσεται μνήμη.

ιδ'. « Ὅτι κρινεῖ Κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τοῖς δούλοις αὐτοῦ παρακληθήσεται. » Οὐ γὰρ περιόψῃ παρὰ τῶν δυσμενῶν ἡμᾶς πολεμουμένους ὁρῶν, οὐδὲ ἀξίας τῶν ἡμετέρων ἁμαρτάδων τιμωρίας ἐπάξεις, ἀλλ' ἵλεως ἔσῃ καὶ εὐμενής· οὕτω δείξας τοῦ ὄντος Θεοῦ τὴν δύναμιν, κωμῳδεῖ τῶν καλουμένων μὲν, οὐκ ὄντων δὲ θεῶν τὴν ἀσθένειαν· καὶ ἐπειδὴ θεοὺς ὠνόμασεν, ἀνέδειξεν [11] αὐτοὺς μετὰ τοῦ πράγματος καὶ τῆς προσηγορίας ἐρήμους.

ιε'. « Τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν ἀργύριον καὶ χρυσίον ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων. » Ὁ μὲν ἡμέτερος Θεὸς τῶν ἁπάντων ἐστὶ, φησὶ, ποιητής, ἐκεῖνοι δὲ οὐ μόνον δημιουργικὴν οὐκ ἔχουσι δύναμιν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ εἶδος παρὰ τέχνης ἀνθρωπείας ἐδέξαντο. Ἐξ ὕλης γὰρ αὐτοῖς καὶ τέχνης ἡ σύστασις.

ις', ιζ'. « Στόμα ἔχουσι, καὶ οὐ λαλήσουσιν ὀφθαλμοὺς ἔχουσι, καὶ οὐχ ὄψονται. Ὦτα ἔχουσι, καὶ οὐκ ἐνωτισθήσονται. » Εἰκόνας, φησὶν, αἰσθήσεων ἔχουσι, τῆς δὲ ἐνεργείας ἐστέρηνται. « Οὐδὲ γάρ ἐστι πνεῦμα ἐν τῷ στόματι αὐτῶν. » Τούτου δὲ καὶ τῶν ἀλόγων ἡ φύσις μετέλαχεν· ἀναπνεῖ γὰρ τῶν ζώων ἕκαστον. Τὰ δὲ εἴδωλα οὐδὲ τοῖς ἀλόγοις παραπλησίως τούτου μετέχει.

VERS. 9. « Emisit signa et prodigia in medio tui, Ægypte. » **1517** * Omnis generis miracula et animadversiones per hæc declaravit. « In Pharaonem, et omnes servos ejus. » Non enim potuit regnum a flagellis a Deo illatis ipsum liberare, sed in eadem mala et subditi inciderunt et rex. Sic et magno Mosi Deus universorum dixit : « Ecce ego percutio omne primogenitum Ægypti, a primogenito Pharaonis, qui sedet in solio ejus, usque ad primogenitum ancillæ, quæ est ad molam [v]. »

VERS. 10. « Qui percussit gentes multas. » Quæ olim Palæstinam incolebant.

« Et occidit reges fortes. [VERS. 11.] Sihonem regem Amorrhæorum, et Ogum regem Basan. » Horum regnum divinus Moses evertit. « Et omnia regna Chanaan. » Hos beatus Josua expugnavit, et regiones atque civitates, quæ ab illis detinebantur, populo distribuit. Illud et hoc in loco Propheta inquit.

VERS. 12. « Et dedit terram eorum hæreditatem, hæreditatem Israeli populo suo. » Nam veluti quamdam hæreditatem paternam, terram, quæ ab impiis illis regibus olim tenebatur, Israeli horum Deus largitus est.

VERS. 13. « Domine, nomen tuum in sæcula, et memoriale tuum in generationem et generationem. » Nam magnitudo miraculorum, quæ a te edita sunt, tuum nomen omnes edocuit : atque etiam in futura sæcula tuorum beneficiorum memoria conservabitur.

VERS. 14. « Quoniam judicabit Dominus populum suum, et in servis suis deprecabitur. » Non enim nos ab hostibus oppugnatos **1518** cernens despicies, neque condigna nostris peccatis supplicia infliges, sed propitius eris et benignus. Ita Dei qui est ostensa potentia, eorum qui dii vocantur, et non sunt, imbecillitatem deridet. Et quoniam deos nominavit, ostendit eos cum re etiam appellatione privatos.

VERS. 15. « Idola gentium, argentum et aurum, opera manuum hominum. » At Deus noster, inquit, omnium est opifex : illi autem non solum efficiendi potentiam non habent, sed etiam ipsam formam ab arte humana acceperunt. Ex materia enim et arte eorum substantia constat.

* VERS. 16, 17. « Os habent, et non loquentur, oculos habent, et non videbunt. Aures habent, et non audient. » Similitudines, inquit, sensus habent, actione autem privati sunt. « Neque enim est spiritus in ore ipsorum. » Hujus autem etiam ratione carentium natura est particeps : nam quodlibet animalium respirat. Idola autem neque in hoc ratione carentibus assimilari possunt.

[v] Exod. XI, 4, 5.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[10] *Τούτων Θεός*. cod. 1 τοῦ Θεοῦ Υἱός. [11] *Ἀνέδειξεν*. cod. 1 ἄνω· δεικνύς.

VERS. 18. « Similes illis fiant qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis. » Hujus sensuum defectus digni sunt ut participes fiant, et qui eorum sunt opifices, et qui ipsa colunt. Nam eos qui, cum rationis essent participes, deos censuerunt ea quæ vitæ sunt expertia et rationis, justum est defectus rationis illorum esse participes.

VERS. 19. « Domus Israel, benedicite Domino. » Illi quidem, ait, tantum honorem inanimis idolis tribuunt. Vos vero rerum omnium Opificem laudibus prosequimini. « Domus Aaron, benedicite Domino. » Discrevit sacerdotes a populo, et commonefecit ut apud se ipsos et seorsim laudarent : atque hac ratione discrimen illorum **1519** ostendit.

VERS. 20. « Domus Levi, benedicite Domino. » Rursus hæc est alia differentia. Levitæ enim aliis quidem sunt honoratiores, sed sacerdotibus inferiores. Ne igitur et ipsi sacerdotalem dignitatem subripiant (ausi sunt enim et olim hoc divino Mose superstite), necesse erat ut hos quoque a sacerdotibus discerneret. « Qui timetis Dominum, benedicite Domino. » Et hic est alius ordo eorum qui ex Jacobo quidem minime genus ducunt, sed illius pietatem amplectuntur. Sic autem et pios nominabant proselytos. Hoc vero ipsum etiam Judæos docere potest, universorum Deum morum cognationem corporis cognationi præferre.

VERS. 21. « Benedictus Dominus e Sione, qui habitat in Hierosolyma. » Deus cum benedicitur benedicit : sed re benedicit, benedicitur vero sermone. Et qui laudant, verba afferunt : ipse vero rerum ipsarum benedictione remunerat. Ipsum autem Hierosolymæ habitare dicit, non divinam naturam ibi circumscribens, sed ibi Deum tunc apparuisse sciens.

INTERP. PSALMI CXXXV.

VERS. 1. *Alleluia*. Hunc etiam hymnum prophetica gratia eisdem scripsit, per plura documenta utilitatem ipsis procurans. « Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia ejus. » Offerte, inquit, Deo gratiarum actionis hymnum, recordati bonorum, quæ ab ipso suppeditata fuerunt, inexplicabilemque ejus misericordiam admirantes.

VERS. 2. « Confitemini Deo deorum, **1520** quoniam in æternum misericordia ejus. » *Deos* hoc loco non idola dicit : non enim ipsum Deum deorum, qui non sunt, appellasset. Nam Deus non est Deus mortuorum, sed viventium [x]. Vocat igitur *deos* eos, qui sacerdotio præditi sunt, qui filii Dei vocantur. Sic etiam in lege ait : « Diis non detrahes, et principi populi tui non maledices [y]. » Et : « Filius primogenitus meus Israel. » Et per

A ιη'. « Ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο οἱ ποιοῦντες αὐτὰ, καὶ πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτοῖς. » Ταύτης εἰσὶν ἄξιοι τῆς ἀναισθησίας μεταλαχεῖν, καὶ οἱ δημιουργοῦντες αὐτὰ, καὶ οἱ προσκυνοῦντες. Τοὺς γὰρ λόγου μετέχοντας, καὶ θεοὺς ὑπολαμβάνοντας τὰ ζωῆς ἐστερημένα καὶ λόγου, δίκαιον τῆς ἐκείνων μετασχεῖν ἀλογίας.

ιθ'. « Οἶκος Ἰσραὴλ, εὐλογήσατε τὸν Κύριον. » Ἐκεῖνοι μὲν, φησὶ, τοσαύτην ἀπονέμουσι θεραπείαν τοῖς ἀψύχοις εἰδώλοις· ὑμεῖς δὲ τὸν τῶν ἁπάντων ὑμνήσατε Ποιητήν. « Οἶκος Ἀαρὼν, εὐλογήσατε τὸν Κύριον. » Διέκρινε τοῦ λαοῦ τοὺς ἱερέας, καὶ καθ' ἑαυτοὺς ὑμνεῖν παρηγγύησε, ταύτῃ δεικνὺς τὸ διάφορον.

κ'. « Οἶκος Λευΐ, εὐλογήσατε τὸν Κύριον. » Ἑτέρα B πάλιν ἐνταῦθα διαφορά. Οἱ γὰρ Λευῖται τῶν μὲν ἄλλων τιμιώτεροι, τῶν δὲ ἱερέων ὑποδεέστεροι. Ἵνα τοίνυν μὴ καὶ οὗτοι τὴν ἱερατικὴν ἀξίαν ἁρπάσωσιν (ἐτόλμησαν γὰρ καὶ πάλαι τοῦτο τοῦ θεσπεσίου Μωσοῦ περιόντος), ἀναγκαίως καὶ τούτους ἀπὸ τῶν ἱερέων ἀπέκρινεν. « Οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον, εὐλογήσατε τὸν Κύριον. » Ἕτερον καὶ τοῦτο τάγμα, ἐκ μὲν τοῦ Ἰακὼβ οὐ κατάγον τὸ γένος, ἐκείνου δὲ τὴν εὐσέβειαν ἀσπαζόμενον. Οὕτω δὲ καὶ τοὺς εὐσεβεῖς ὠνόμαζον προσηλύτους. Ἱκανὸν δὲ καὶ τοῦτο Ἰουδαίους διδάξαι, ὡς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τῆς σωματικῆς συγγενείας τὴν τῶν τρόπων προκρίνει συγγένειαν.

κα'. « Εὐλογητὸς Κύριος ἐκ [62] Σιὼν, ὁ κατοικῶν Ἱερουσαλὴμ [63]. » Εὐλογούμενος ὁ Θεὸς εὐλογεῖ· C ἀλλ' εὐλογεῖ μὲν ἔργῳ, εὐλογεῖται δὲ λόγῳ. Καὶ οἱ μὲν ὑμνοῦντες προσφέρουσι ῥήματα, αὐτὸς δὲ τὴν διὰ πραγμάτων ἀντιδίδωσιν εὐλογίαν. Κατοικεῖν δὲ αὐτὸν ἐν Ἱερουσαλὴμ ἔφη, οὐ τὴν θείαν ἐκεῖ περιγράφων φύσιν, ἀλλ' ἐκεῖ τηνικαῦτα τὴν θείαν ἐπιφάνειαν εἰδώς [64].

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΡΛΕ' ΨΑΛΜΟΥ.

α'. *Ἀλληλούϊα*. Καὶ τόνδε τὸν ὕμνον τοῖς αὐτοῖς ἡ προφητικὴ συνέγραψε χάρις, διὰ πλειόνων αὐτοῖς παιδευμάτων πραγματευομένη τὴν ὠφέλειαν. « Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ ὅτι ἀγαθὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. » Προσενέγκατε, φησὶ, τῷ Θεῷ τὸν χαριστήριον ὕμνον, τῶν ὑπ' αὐτοῦ χορηγηθέντων ἀγαθῶν μεμνημένοι, καὶ τὸν ἀμέτρητον αὐτοῦ θαυμάζοντες ἔλεον.

D β'. « Ἐξομολογεῖσθε τῷ Θεῷ τῶν θεῶν, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. » Θεῶν ἐνταῦθα οὐ τῶν εἰδώλων λέγει· οὐ γὰρ ἂν αὐτὸν ἐκάλεσε τῶν οὐκ ὄντων Θεόν. Οὐ γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς Θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων. Καλεῖ τοίνυν *θεοὺς* τοὺς ἱερωσύνῃ τετιμημένους, τοὺς υἱοὺς Θεοῦ χρηματίσαντας. Οὕτω καὶ ἐν τῷ νόμῳ φησί· « Θεοὺς οὐ κακολογήσεις, καὶ ἄρχοντα τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς. » Καί· « Υἱὸς πρωτότοκός μου Ἰσραήλ. » Καὶ διὰ τοῦ Ἡσαΐου·

[x] Matth. XXII, 32. [y] Exod. XXII, 28.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[62] Ἐκ. cod. Vat. habet ἐν. [63] Ἱερουσ. cod. 1 Ἰσραήλ. [64] Εἰδώς. ibid. præm. γεγενημένην.

« Υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα. » Καὶ ἐν τοῖς ψαλμοῖς· A « Ἐγὼ εἶπον· Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες. » Τούτους θεοὺς ἐκάλεσεν, ὡς υἱοὺς Θεοῦ χρηματίσαντας.

γ'. Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ τῶν κυρίων, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. » Καὶ βασιλεῖς καὶ ἄρχοντες, παρὰ Θεοῦ λαβόντες τὴν ἐξουσίαν, τῶν ὑπηκόων δεσπόζουσιν. Οὕτω καὶ ὁ Κύριος ἔφη· « Οἱ βασιλεῖς τῶν ἐθνῶν κατακυριεύουσιν αὐτῶν, καὶ οἱ ἄρχοντες κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν. » Εἰσὶ δὲ καὶ ἄγγελοί τινες ὀνομαζόμενοι κυριότητες. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἔφη· « Καὶ γὰρ εἴπερ εἰσὶ λεγόμενοι θεοὶ (πολλοὶ λεγόμενοι, οὐκ ὄντες, ὀνόματος μετέχοντες, οὐ πράγματος), εἴτε ἐν τῷ οὐρανῷ, εἴτε ἐπὶ τῆς γῆς, ὥσπερ εἰσὶ θεοὶ πολλοί [65]· ἀλλ' ἡμῖν εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς B αὐτόν· καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ. » Τοῦτον ἐκάλεσεν ὁ ψαλμὸς Κύριον τῶν ἀληθῶν κυρίων.

δ'. « Τῷ ποιήσαντι θαυμάσια μεγάλα μόνῳ, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. » Μεγαλουργίαι καὶ αἱ τῶν εὐνῶν αὐτοῦ θεραπόντων. Ἀλλὰ θεῖα καλοῦμεν καὶ τὰ Μωσοῦ, καὶ τὰ Ἰησοῦ, καὶ τὰ Ἠλίου θαυμάσια· ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ ὑπὸ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων γεγενημένα σημεῖα. Εἰκότως τοίνυν αὐτὸν ὁ Προφήτης μόνον ἔφη τῶν μεγάλων θαυμάτων δημιουργόν. Εἶτα δείκνυσιν αὐτοῦ καὶ τὰ μεγάλα ποιήματα.

ε'. « Τῷ ποιήσαντι τοὺς οὐρανοὺς ἐν συνέσει, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. » Κηρύττει γὰρ καὶ C μόνον ὁρώμενος οὐρανὸς τοῦ Θεοῦ τὴν σοφίαν. Πολὺ γὰρ τὸ μέγεθος, καὶ τὸ κάλλος, καὶ ἡ ἐπὶ τὸ πλεῖστον διαμονή.

ϛ'. « Τῷ στερεώσαντι [66] τὴν γῆν ἐπὶ τῶν ὑδάτων, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. » Καὶ τοῦτο δὲ ἀξιάγαστον, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ὑπερβαῖνον διάνοιαν, καὶ [67] πανταχόθεν τὴν γῆν περικλυζομένην τοῖς ὕδασιν ἑστάναι, καὶ ἐπὶ τῆς οἰκείας φύσεως διαμένειν. Εἰκότως δὲ τοῖς ῥητοῖς ἅπασι τὸν αἰώνιον ἔλεον ὁ μεγαλογράφος [68] συνέζευξεν, ἐπειδὴ οὐ διὰ χρείαν οἰκείαν, ἀλλὰ διὰ μόνην φιλανθρωπίαν ἐδημιούργησεν ὁ φιλάνθρωπος ἅπαντα.

ζ'. « Τῷ ποιήσαντι φῶτα μεγάλα μόνῳ [69], ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ [70]. » Τῆς θείας μεταλαχόντες Προνοίας οἱ ἄνθρωποι ἐξάπτειν λαμπάδας εἰώθασιν, D ἀλλ' ὅλον τὸ περίγειον πῦρ ἑνὸς ἀστέρος οὐ μιμεῖται λαμπρότητα. Πάντων δὲ ἀστέρων καὶ σελήνης αὐτῆς φανώτατος ἥλιος. Κἀκείνους γὰρ φαινόμενος κρύπτει, καὶ αὐτῆς τὰς ἀκτῖνας ἀμβλύνει.

η', θ'. « Τὸν ἥλιον εἰς ἐξουσίαν τῆς ἡμέρας, ὅτι [70] εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Τὴν σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας, εἰς ἐξουσίαν τῆς νυκτὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα

Isaiam : « Filios genui et exaltavi [z]. » Et in psalmis : « Ego dixi : Dii estis, et filii Excelsi omnes [a]. » Hos deos vocavit, tanquam Dei filios appellatos.

Vers. 3. « Confitemini Domino dominorum, quoniam in æternum misericordia ejus. » Et reges, et principes, cum a Deo potestatem acceperint, subditis imperant. Sic etiam Dominus ait : « Reges gentium dominantur eis, et principes potestatem exercent in ipsos [b]. » Sunt etiam angeli quidam, qui dominationes vocantur. Propterea et divinus ait Apostolus : « Nam etsi sunt, qui dicantur dii (multi qui dicuntur, sed non sunt, nominis participes, sed non rei), sive in cœlo, sive in terra ; siquidem sunt dii multi ; nobis tamen unus Deus Pater, ex quo omnia, et nos in illo, et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum [c]. » Hunc vocavit psalmus Dominum verorum dominorum.

Vers. 4. « Qui fecit mirabilia magna solus, quoniam in æternum misericordia ejus. » Miraculorum editiones sunt etiam benevolorum servorum ejus. Sed divina vocamus etiam Mosis, et Josuæ, et Eliæ mirabilia. Similiter autem et signa quæ a sacris apostolis sunt facta. Jure **1521** igitur ipsum Propheta solum dicit maximorum miraculorum opificem esse. Deinde ostendit etiam opera ejus magna.

Vers. 5. « Qui fecit cœlos prudenter, quoniam in æternum misericordia ejus. » Cœlum, si etiam tantummodo conspicitur, Dei sapientiam prædicat : multa est enim magnitudo, et pulchritudo, et diuturna perseverantia.

Vers. 6. « Qui firmavit terram super aquis, quoniam in æternum misericordia ejus. » Et hoc est admiratione dignum, et humanam mentem transcendit, quod terra undique aquis cincta stet, et super propria natura sua permaneat. Merito autem psalmographus omnibus dictis æternam misericordiam conjunxit : quoniam non ob propriam necessitatem, sed ob solam benignitatem benignus omnia condidit.

Vers. 7. « Qui fecit luminaria magna solus, quoniam in æternum misericordia ejus. » Homines divinæ Providentiæ participantes, lampades accendere solent, sed totus terrestris ignis unius astri splendorem haudquaquam imitatur. Præ stellis autem omnibus et præ luna ipsa splendidus est sol. Nam et illas apparens occulit, et ipsius lunæ radios obtundit.

Vers. 8, 9. « Solem in potestatem diei, quoniam in æternum misericordia ejus. Lunam et stellas in potestatem noctis, quoniam in æternum misericor-

[z] Isa. I, 2. [a] Psal. LXXXI, 6. [b] Matth. XX, 25. [c] I Cor. VIII, 5, 6.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[65] *Πολλοί*. cod. 1 add. οὕτω καὶ κύριοι πολλοί. [66] *Τῷ στερεώσαντι*. Hebr. *expandenti*. [67] *Καί*. cod. 1 τό. [68] ibid. μεγαλογράφος. [69] *Μόνῳ*. Abest a textu Hebr. [70] *Ὅτι — αὐτοῦ*. Des. in cod. 1, h. l. et in reliquis versic.

dia ejus. » Divisit, inquit, luminaribus tempus, et solaribus quidem radiis diem facit, luna vero et astris noctem illuminat: per hæc, quæ facta sunt, propriam bonitatem ostendens.

VERS. 10. « Qui percussit Ægyptum cum **1522** primogenitis eorum, quoniam in æternum misericordia ejus. » Sed fortasse aliquis ambigere posset, quomodo per misericordiam mors efficitur? Consideret igitur solutionem præsentium verborum: quod qui injuria affectos miseratur, injuria afficientes plectit. Illud enim hoc in loco Propheta subjunxit.

VERS. 11. « Qui eduxit Israelem de medio eorum, quoniam in æternum misericordia ejus. » Misericordia erga hunc populum illis pœnam inflixit. Et illa autem, et * hæc justitiæ conjuncta sunt. Nam et horum juste misertus est, et illos jure suppliciis affecit.

VERS. 12. « In manu potenti, et in brachio excelso, quoniam in æternum misericordia ejus. » *Manum* operationem appellavit: *brachium* vero, robur. Per utraque igitur declaravit, se per salutem populo præbitam potentiam suam monstrasse.

VERS. 13. « Qui divisit mare Rubrum in divisiones, quoniam in æternum misericordia ejus. » Nonnulli, Judæorum fabulas secuti, dixerunt divisiones mari Rubro æqualis numeri cum duodecim tribubus factas esse, quoniam Propheta non divisionem, sed *divisiones* dixit. Oportebat autem scire ipsos, mare bifariam sectum, ac duo ex uno facta fuisse. Nam aqua ipsis murus erat a dexteris, et murus a sinistris. Quapropter sectionem maris in duas partes *divisiones* appellavit.

VERS. 14, 15. « Qui eduxit Israelem per medium ejus, quoniam in æternum misericordia ejus. Et excussit Pharaonem, et virtutem ejus in mari Rubro, quoniam in æternum misericordia ejus. » Utraque enim ipsius potentiæ opera sunt, et quod his concesserit ut facile pelagus transirent, et quod **1523** ille aquis obrutus sit.

VERS. 16. « Qui duxit populum suum per desertum, quoniam in æternum misericordia ejus. » Et vero hoc divinæ virtutis est demonstratio, tantum populum tanto tempore in solitudine aluisse, rerumque necessariarum affluentiam ipsi suppeditasse.

VERS. 17, 18. « Qui percussit reges magnos, quoniam in æternum misericordia ejus. Et occidit reges fortes, quoniam in æternum misericordia ejus. » Summatim hæc jam explanavimus.

A τὸ ἔλεος αὐτοῦ. » Διένειμε, φησὶ, τοῖς φωστῆρσι τὸν χρόνον, καὶ ταῖς μὲν ἡλιακαῖς ἀκτῖσι τὴν ἡμέραν ποιεῖ, σελήνῃ δὲ καὶ ἄστροις καταφωτίζει τὴν νύκτα. Διὰ τούτων [71] γινομένων τὴν οἰκείαν δεικνὺς ἀγαθότητα.

ι'. « Τῷ πατάξαντι Αἴγυπτον σὺν τοῖς πρωτοτόκοις αὐτῶν, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. » Ἀλλ' ἴσως ἄν τις ἐπαπορήσειε, πῶς ἐλέῳ τεκταίνεται θάνατος; Σκοπείτω τοίνυν [72] τὴν λύσιν τῶν προκειμένων ῥητῶν [73]· ὡς ὁ τοὺς ἀδικουμένους οἰκτείρων, τοὺς ἀδικοῦντας κολάζει. Τοῦτο [74] γὰρ καὶ ἐνταῦθα ὁ Προφήτης ἐπήγαγε.

ια'. « Καὶ ἐξαγαγόντι τὸν Ἰσραὴλ ἐκ μέσου αὐτῶν, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. » Ὁ περὶ τοῦτον B ἔλεος ἐκείνοις τὴν τιμωρίαν ἐπήγαγε. Κἀκεῖνος δὲ, καὶ αὕτη, δικαιοσύνῃ συγκέκραται. Καὶ τούτους γὰρ δικαίως ἠλέησε, κἀκείνους ἐνδίκως ἐκόλασεν.

ιβ'. « Ἐν χειρὶ κραταιᾷ, καὶ ἐν βραχίονι ὑψηλῷ [75], ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. » *Χεῖρα* τὴν ἐνέργειαν ἐκάλεσε, *βραχίονα* δὲ τὴν ἰσχύν. Δι' ἀμφοτέρων μέντοι ἐδήλωσεν, ὡς διὰ τῆς γεγενημένης τοῦ λαοῦ σωτηρίας τὴν οἰκείαν ἀπεκάλυψε δύναμιν.

ιγ'. « Τῷ καταδιελόντι τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν εἰς διαιρέσεις, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. » Τινὲς τοῖς Ἰουδαϊκοῖς ἀκολουθήσαντες μύθοις ἰσαρίθμους ταῖς δυοκαίδεκα φυλαῖς ἔφασαν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ γεγενῆσθαι τὰς διαιρέσεις, ἐπειδὴ ὁ Προφήτης οὐ διαίρεσιν, ἀλλὰ *διαιρέσεις* εἶπεν. Ἔδει δὲ αὐτοὺς συνιδεῖν, ὅτι διχῇ τμηθὲν τὸ πέλαγος δύο ἀνθ' ἑνὸς ἐγένετο. Τὸ γὰρ ὕδωρ αὐτοῖς [76] τεῖχος ἐκ δεξιῶν, καὶ τεῖχος ἐξ εὐωνύμων· οὗ δὴ χάριν *διαιρέσεις* ἐκάλεσε τὴν εἰς δύο τοῦ πελάγους τομήν.

C ιδ', ιε'. « Καὶ διαγαγόντι τὸν Ἰσραὴλ διὰ μέσου αὐτῆς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Καὶ ἐκτινάξαντι Φαραὼ καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ εἰς θάλασσαν Ἐρυθρὰν, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. » Ἀμφότερα γὰρ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἔργα, καὶ τὸ τούτους εὐπετῶς διαβῆναι τὸ πέλαγος, καὶ τὸ ἐκεῖνον ὑποβρύχιον γενέσθαι τοῖς ὕδασι.

ις'. « Καὶ [77] διαγαγόντι τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. » Καὶ τοῦτο δὲ D τῆς θείας ἰσχύος ἀπόδειξις, τοσοῦτον λαὸν ἐπὶ χρόνῳ τοσούτῳ ἐν ἐρήμῳ διαθρέψαι, καὶ τῶν ἀναγκαίων αὐτῷ χορηγῆσαι τὴν ἀφθονίαν.

ιζ, ιη'. « Τῷ πατάξαντι βασιλεῖς μεγάλους, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Καὶ ἀποκτείναντι βασιλεῖς κραταιοὺς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. » Ἐν κεφαλαίῳ καὶ τούτων ἤδη τὴν ἑρμηνείαν ἐποιησάμεθα.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[71] *Διὰ τούτων.* cod. 1 δι' ἑκάστου. [72] *Τήν.* cod. 1 præm. ὁ. [73] *Ῥητῶν.* ib. ζητῶν. [74] *Τοῦτο — ἐπήγαγε.* Des. ibid. [75] *Ὑψηλῷ.* Hebr. *extenso.* [76] *Αὐτοῖς.* cod. 1 add. φησί. [77] *Καί.* cod. 1 τῷ, ut in textu τῶν O'.

ιθ', κ. « Τὸν Σηὼν βασιλέα τῶν Ἀμοῤῥαίων, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Καὶ τὸν Ὢγ βασιλέα τῆς Βασὰν, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. » Οὐχ ἁπλῶς δὲ, τοὺς ἄλλους παραλιπὼν βασιλέας, τούτων διαφερόντως ἐμνήσθη, ἀλλὰ τὸν λαὸν τῆς θεοσδότου νίκης ἀναμιμνήσκων· ἐπὶ ῥώμῃ γὰρ οὗτοι, καὶ δυναστείᾳ, καὶ μεγέθει σώματος ἐσεμνύνοντο. Ὁ δὲ Ὢγ καὶ κλίνῃ ἐκέχρητο σιδηρᾷ, διὰ τὸ τοῦ σώματος μέγεθος ἐννέα μὲν πήχεις τὸ μῆκος, πέντε δὲ τὸ εὖρος ἐχούσῃ.

κα', κβ'. « Καὶ δόντι τὴν γῆν κληρονομίαν [78], ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Κληρονομίαν Ἰσραὴλ δούλῳ αὐτοῦ, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. » Ἅπαντας γὰρ ἐκείνους θανάτῳ καταναλώσας, τὸν Ἰσραὴλ δεσπότην τῆς ἐκείνων ἐπέφηνε [79] γῆς.

κγ', κδ'. « Ὅτι ἐν τῇ ταπεινώσει ἡμῶν ἐμνήσθη ἡμῶν ὁ Κύριος, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Καὶ ἐλυτρώσατο ἡμᾶς ἐκ τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. » Μέμνηται τούτων [80] καὶ ὁ μακάριος Μωσῆς· « Ἐστέναξαν γὰρ, φησὶν, οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἀπὸ τῶν ἔργων, καὶ ἀνέβη ἡ βοὴ αὐτῶν πρὸς τὸν Θεόν. Καὶ αἰχμαλώτους δὲ πάλιν γενομένους ᾤκτειρε, καὶ εἰς τὴν πατρῴαν ἐπανήγαγε γῆν. »

κε'. « Ὁ διδοὺς τροφὴν πάσῃ σαρκὶ, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. » Ἀπὸ τῆς μερικῆς προνοίας πάλιν ἐπὶ τὴν καθόλου μετέβη, τὴν περὶ πάντας [81] τοῦ Θεοῦ κηρύττων κηδεμονίαν. Οὐ γὰρ μόνον τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀλόγοις τὴν κατάλληλον προσφέρει τροφήν. Οὕτω καὶ ὁ Κύριος ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις· « Ἀποβλέψατε [82] εἰς τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, ἃ οὔτε σπείρει, οὔτε συνάγει εἰς ἀποθήκας, καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τρέφει αὐτά. »

κς'. « Ἐξομολογεῖσθε τῷ Θεῷ τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. » Πάντων μὲν Θεὸς ὁ Θεός· πάντων γάρ ἐστι ποιητής· οὐρανοῦ δὲ κυρίως χρηματίζει Θεὸς, ὑπὸ τῶν ἐν οὐρανῷ διαιτωμένων ἀγγέλων θεραπευόμενος· ἐκεῖνο γὰρ τὸ χωρίον καθαρὸν ἁμαρτίας.

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΡΛϚ' ΨΑΛΜΟΥ.

Οὗτος ὁ ψαλμὸς ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις· θρασὺ δέ τινες πρᾶγμα τετολμηκότες ἐπέγραψαν, « Τῷ Δαβὶδ διὰ Ἱερεμίου [83]· » καὶ προσέθεσαν τὸ, « Ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις. » Καὶ αὐτὸ δὲ τὸ πλάσμα τῆς ἐπιγραφῆς κηρύττει τῶν ἐπιγεγραφότων τὴν ἄνοιαν. Ἱερεμίας γὰρ οὐκ εἰς Βαβυλῶνα μετὰ τῶν δορυαλώτων ἀπήχθη, ἀλλ' ὀλίγον ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ διάγων [84] χρόνον, ὑπὸ τῶν παρανόμων βιασθεὶς Ἰουδαίων, τῆς εἰς Αἴγυπτον αὐτοῖς ὁδοῦ κεκοινώνηκε· πῶς τοίνυν ἁρμόττει τῷ Ἱερεμίᾳ λέγειν, « Ἐπὶ τῶν ποταμῶν Βαβυλῶνος, ἐκεῖ ἐκαθίσαμεν

A VERS. 19 20. « Sibonem regem Amorrhæorum, quoniam in æternum misericordia ejus. Et Ogum regem Basan, quoniam in æternum misericordia ejus. » Non temere autem, alios reges præteriens, hos potissimum in medium attulit, sed populo victoriam divinitus concessam in memoriam revocans : quandoquidem isti ob robur, et * potentiam, et corporis magnitudinem gloriabantur. Et Og ferreo etiam lecto utebatur [d], cujus longitudo, ob corporis magnitudinem, novem cubitorum erat, et quinque latitudo.

VERS. 21, 22. « Et dedit terram eorum hæreditatem, quoniam in æternum misericordia ejus. Hæreditatem Israeli servo suo, quoniam in æternum misericordia ejus. » Omnes enim illos cum B morte multasset, Israelem dominum terræ effecit.

VERS. 23, 24. « Quia in humilitate nostra memor fuit nostri, quoniam in æternum misericordia ejus. Et redemit nos ab inimicis nostris, quoniam in æternum misericordia ejus. » Horum etiam beatus Moses mentionem facit : « Ingemuerunt enim, inquit, filii Israel ob opera, et ascendit clamor eorum **1524** ad Deum [e]. » Et cum rursus captivi abducti essent, misertus est et in patrium solum reduxit.

VERS. 25. « Qui dat escam omni carni, quoniam in æternum misericordia ejus. » A particulari providentia rursus ad generalem transiit, Dei curam circa omnes prædicans. Non enim hominibus solum, sed etiam ratione carentibus convenientem C cibum præbet. Sic etiam Dominus in sacris Evangeliis ait : « Respicite volatilia cœli, quæ neque serunt, neque congregant in horrea, et Pater vester cœlestis pascit illa [f]. »

VERS. 26. « Confitemini Deo, cœli, quoniam in æternum misericordia ejus. » Omnium quidem Deus est Deus, omnium enim est opifex, sed proprie cœli Deus nuncupatur, quod ab angelis, qui in cœlis degunt, colatur : ille enim locus a peccato purus est.

INTERP. PSALMI CXXXVI.

Hic psalmus sine titulo est apud Hebræos : sed nonnulli rem audacem ausi, inscripserunt, « Davidi per Jeremiam, » et addiderunt : « Sine D titulo apud Hebræos. » Porro hoc inscriptionis figmentum stultitiam eorum, qui inscripserunt, præ se fert. Jeremias enim Babylonem cum captivis non est abductus, sed cum parum temporis Hierosolymæ vixisset, ab iniquis Judæis coactus in Ægyptum cum * illis abire. Quomodo igitur convenit Jeremiæ dicere : « Ad flumina Babylonis, ibi sedimus, et flevimus? » Illi ergo **1525** prophetæ

[d] Deut. III, 2. [e] Exod. II, 23. [f] Matth. VI, 26.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[78] *Κληρον.* In textu τῶν Ο' præm. αὐτῶν. cod. 1 habet ἀντὶ κληρονομίας. [79] cod. 1 ἀπέφηνε. [80] *Τούτων.* ib. præm. δέ. [81] cod. 1 πάντα. [82] ibid. ἐμβλέψατε. [83] *Διὰ Ἱερ.* Hæc inscriptio teste Bosio exstat in edit. Ald. et Compl. cod. Alex. habet tantum τῷ Δαβίδ, Vatic. add. Ἱερεμίου. [84] cod. 1 διαγαγών.

haudquaquam hæc convenire patet ex supradictis. Verumtamen psalmi sensus planus est. Qui enim captivi fuerant abducti, et reditum consecuti, ea narrant quæ Babylone acciderant.

VERS. 1. « Ad flumina Babylonis, ibi sedimus et flevimus, cum recordaremur nos Sionis. » Mœrentes solent deserta loca petere, et ibi suas calamitates deplorare. Hi igitur ad ripas fluviorum assidentes, et suæ metropolis solitudinem perpendentes, multas profundebant lacrymas, fluviorum fluenta imitantes.

VERS. 2. « In salicibus in medio ejus suspendimus organa nostra. » Quandoquidem penitus ipsis inutilia erant, cum lex præcipiat, ut in uno loco cultus perficiatur.

VERS. 3. « Quia ibi interrogaverunt nos, qui captivos duxerunt nos, verba cantionum : et qui abduxerunt nos : Hymnum cantate nobis de canticis Sionis. » Illudentes nobis, et nostris calamitatibus insultantes, nos canere præcipiebant, ut nostris cantibus ipsos demulceremus, non ut hinc aliquam utilitatem perciperent, sed ut nostra deriderent.

VERS. 4. « Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? » Nos autem præcipientibus minime obtemperavimus, scientes iniquitatem ejus quod nobis præcipiebatur. Sane hæc iniquos Judæos redarguunt, legem implere studentes, et extra constitutos locos legalia perficientes.

VERS. 5, 6. « Si oblitus fuero tui, Hierosolyma, oblivioni detur dextera mea. Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui. » Hæc a Propheta dicere docentur, ut sacræ civitatis tenacem memoriam habeant, et spe **1526** reditus recreati, eorum, qui ipsos in servitutem abduxerant impietatem non discant. Dicunt igitur : Neque cum a te procul essem, o Hierosolyma, oblivioni memoriam tradidi : et hoc si fecero, hoc patiar, et supernum auxilium ne consequar. Hoc enim vocat *dexteram*. « Si non ' posuero Hierosolymam in principio lætitiæ meæ. » Summam, inquit, lætitiæ tui conspectum duco, tuamque instaurationem, et tuas celebritates. Ex his enim veram lætitiam percipio.

VERS. 7. « Memor esto, Domine, filiorum Edom in die Hierosolymæ, qui dicunt : Exinanite, exinanite usque ad fundamentum in ea. » Idumæi ex Esauo descendentes, in patriis inimicitiis perstiterunt. Isti Hierosolyma accensa et destructa, dicebant lætantes : « Exinanite, exinanite usque ad

A καὶ ἐκλαύσαμεν; » Ὅτι μὲν οὐδαμῶς ἐκείνῳ τῷ προφήτῃ προσήκει, δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων. Σαφὴς δὲ ὅμως τοῦ ψαλμοῦ ἡ ὑπόθεσις. Οἱ γὰρ ἀπαχθέντες αἰχμάλωτοι, καὶ τῆς ἐπανόδου τετυχηκότες, διηγοῦνται τὰ ἐν Βαβυλῶνι συμβεβηκότα.

α'. « Ἐπὶ τῶν ποταμῶν Βαβυλῶνος, ἐκεῖ ἐκαθίσαμεν, καὶ ἐκλαύσαμεν, ἐν τῷ μνησθῆναι ἡμᾶς τῆς Σιών. » Οἱ ἀθυμοῦντες εἰώθασι τὰ ἐρημότερα καταλαμβάνειν χωρία, κἀκεῖ τὰς οἰκείας ὀλοφύρεσθαι συμφοράς. Καὶ οὗτοι τοίνυν ταῖς ὄχθαις τῶν ποταμῶν προσκαθήμενοι, καὶ τῆς μητροπόλεως αὐτῶν λογιζόμενοι τὴν ἐρημίαν, πολλὰ προέχεον δάκρυα, τῶν ποταμῶν μιμούμενοι ῥεύματα.

β'. « Ἐπὶ ταῖς ἰτέαις ἐν μέσῳ αὐτῆς ἐκρεμάσαμεν τὰ ὄργανα ἡμῶν. » Ἄχρηστα γὰρ αὐτοῖς ἦν παντε-
B λῶς [85], τοῦ νόμου διαγορεύοντος ἐν ἑνὶ τόπῳ τὴν λειτουργίαν πληροῦν.

γ'. « Ὅτι ἐκεῖ ἐπηρώτησαν ἡμᾶς οἱ αἰχμαλωτεύσαντες ἡμᾶς, λόγους ᾠδῶν· καὶ οἱ ἀπαγαγόντες ἡμᾶς· Ὕμνον ᾄσατε ἡμῖν ἐκ τῶν ᾠδῶν Σιών. » Ἐπιτωθάζοντες ἡμῖν, καὶ ταῖς ἡμετέραις ἐπεμβαίνοντες συμφοραῖς, ᾄδειν ἡμῖν ἐκέλευον, καὶ ταῖς ἡμετέραις αὐτοὺς καταθέλγειν ᾠδαῖς, οὐχ ἵνα ἐντεῦθέν τινα λάβωσιν ὠφέλειαν, ἀλλ' ἵνα γελάσωσι τὰ ἡμέτερα.

δ'. « Πῶς ᾄσωμεν τὴν ᾠδὴν Κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας; » Ἡμεῖς δὲ τοῦ προστεταγμένου τὸ παράνομον εἰδότες, οὐχ εἴξαμεν [86] τοῖς κελεύουσιν· Ἔλεγχος δὲ ταῦτα Ἰουδαίων τῶν παρανόμων, πληροῦν σπου-
C δαζόντων τὸν νόμον, καὶ ἔξω τῶν νενομισμένων χωρίων ἐπιτελούντων τὰ νόμιμα.

ε', ς'. « Ἐὰν ἐπιλάθωμαί σου, Ἱερουσαλὴμ [87], ἐπιλησθείη ἡ δεξιά μου. Κολληθείη ἡ γλῶσσά μου τῷ λάρυγγί μου, ἐὰν μή σου μνησθῶ. » Ταῦτα ὑπὸ τοῦ Προφήτου διδάσκονται λέγειν, ἵνα τὴν τῆς ἱερᾶς πόλεως ἄληστον ἔχωσι μνήμην, ἐν ταῖς ἐλπίσι τῆς ἐπανόδου ψυχαγωγούμενοι, τῶν ἀνδραποδισάντων μὴ μάθωσι τὴν ἀσέβειαν. Λέγουσι τοίνυν, ὅτι Οὐδὲ πόῤῥω σου τυγχάνων, ὦ Ἱερουσαλὴμ, λήθῃ τὴν μνήμην παραδέδωκα· εἰ δὲ τοῦτο ποιήσαιμι, τοῦτο πάθοιμι [88], καὶ τῆς ἄνωθεν βοηθείας μὴ τύχοιμι. Ταύτην γὰρ καλεῖ *δεξιάν*. « Ἐὰν μὴ προσανατάξωμαι [89] τὴν Ἱερουσαλὴμ, ὡς ἐν ἀρχῇ τῆς εὐφροσύνης μου. » Τὸ
D κεφάλαιον, φησὶ, τῆς εὐφροσύνης τὴν σὴν ἔχω θέαν, καὶ τὴν σὴν νεουργίαν, καὶ τὰς ἐν σοὶ πανηγύρεις. Δι' ἐκείνων γὰρ καρποῦμαι τὴν ἀληθῆ θυμηδίαν.

ζ'. « Μνήσθητι, Κύριε, τῶν υἱῶν [90] Ἐδὼμ τὴν ἡμέραν Ἱερουσαλὴμ, τῶν λεγόντων· Ἐκκενοῦτε, ἐκκενοῦτε ἕως τῶν θεμελίων αὐτῆς. » Ἐκ τοῦ Ἡσαῦ οἱ Ἰδουμαῖοι καταγόμενοι διέμειναν τὴν πατρῴαν δυσμένειαν ἔχοντες. Οὗτοι τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐμπιπραμένης καὶ καταλυομένης, ἔλεγον ἐφηδόμενοι· « Ἐκ-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[85] *Παντ.* cod. 1 præm. ταῦτα. [86] ibid. ὑπείξαμεν. [87] *Ἱερουσ.* ib. Ἰσραήλ. [88] *Τοῦτο—πάθοιμι.* Des. ibid. [89] cod. προανατάξωμαι, quæ est rec. lectio l. c. [90] *Τῶν υἱῶν.* Præstat lectio τοῖς υἱοῖς, quam habet Drusius.

κενοῦτε, ἐκκενοῦτε ἕως τῶν θεμελίων αὐτῆς· » ἀντὶ A τοῦ, Ἐκ βάθρων αὐτὴν ἀνασπάσατε, ὥστε μηδὲ αὐτὰ μεῖναι τῶν θεμελίων τὰ ἴχνη.

η'. « Θυγάτηρ Βαβυλῶνος ἡ ταλαίπωρος [91]. » Οὕτω παραδοὺς τῷ Θεῷ τῶν Ἰουδαίων τὴν κρίσιν, προλέγει καὶ τῇ Βαβυλῶνι τὸν ἐσόμενον ὄλεθρον. *Ταλαίπωρον* δὲ αὐτὴν, ὡς ἀθλίαν ἐσομένην, καλεῖ. Ὁ δὲ Ἀκύλας, ἀντὶ τοῦ *ταλαίπωρος*, *ἡ προνενομευμένη* εἴρηκεν. « Μακάριος ὃς ἀνταποδώσει σοι τὸ ἀνταπόδομά σου, ὃ ἀνταπέδωκας ἡμῖν. » Τί δὲ τοῦτό ἐστιν;

θ'. « Μακάριος ὃς κρατήσει, καὶ ἐδαφιεῖ τὰ νήπιά σου πρὸς τὴν πέτραν. » Ἐπειδὴ [92] γὰρ καὶ αὐτοὶ τοῖς αὐτῶν νηπίοις ὠμῶς ἐχρήσαντο, τὴν ἴσην αὐτοῖς τιμωρίαν ὁ Προφήτης προείρηκε. Μακαρίζεται τοίνυν ὁ Κῦρος, ὁ κἀκείνους κολάσας, καὶ τούτους ἐλευθερώσας· οὐχ ἐπειδὴ τῆς εἰλικρινοῦς εὐσεβείας B τρόφιμος ἦν, ἀλλ' ὅτι τὸν εὐσεβῆ λαὸν τῆς ἐλευθερίας ἠξίωσε, καὶ τὸν θεῖον νεὼν οἰκοδομηθῆναι προσέταξε. Δέχεται δὲ Θεὸς καὶ τοὺς ὀλίγους καρποὺς, καὶ τὰς μεγάλας ἀντιδόσεις παρέχει· οὕτω τοὺς δύο τῆς χήρας ὀβολοὺς ἀνεκήρυξεν.

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΡΛΖ' ΨΑΛΜΟΥ.

α'. *Τῷ Δαβίδ* [93]. Μετὰ [94] τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον, τὰ ἐπαναστάντα αὐτοῖς οἱ Ἰουδαῖοι καταλύσαντες ἔθνη διὰ τῆς θείας ῥοπῆς, ὕμνον χαριστήριον προσφέρουσι τῷ Θεῷ. Ταῦτα τοίνυν ὁ θεῖος προαγορεύει Δαβίδ. « Ἐξομολογήσομαί σοι, Κύριε [95], ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου. » Οὐκ ἐγένοντο περὶ τὸν εὐεργέτην ἀχάριστοι. Ἀλλ' ἱκετείαν προσενεγκόντες, καὶ βοηθείας τετυχηκότες, τοῖς δυνατοῖς τὰς εὐεργεσίας ἀμείβονται, καὶ ὕμνους ὑπὲρ τῆς ἐπικουρίας προσφέρουσιν. C « Καὶ ἐναντίον ἀγγέλων [96] ψαλῶ σοι [97]. » Μιμησόμεθα, φησὶ, τῶν ἀγγέλων τοὺς δήμους· καὶ καθάπερ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἐκεῖνοι χορεύοντες ὑμνοῦσι τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐπὶ τῆς γῆς τὴν πνευματικὴν σοι μελῳδίαν προσοίσομεν.

β'. « Προσκυνήσω πρὸς ναὸν ἅγιόν σου, καὶ ἐξομολογήσομαι τῷ ὀνόματί σου, ἐπὶ τῷ ἐλέει σου, καὶ τῇ ἀληθείᾳ σου. » Ἔσται δέ μοι ἀντὶ τοῦ οὐρανοῦ ὁ ἀφιερωμένος τῷ ὀνόματί σου νεώς. Ἐν ἐκείνῳ προσκυνήσω σε, καὶ τὴν χαριστήριον δοξολογίαν ποιήσομαι, τὴν εἰς ἐμὲ φιλανθρωπίαν, καὶ τὴν κατὰ τῶν πολεμίων δικαιοσύνην ὁρῶν. Τῶν μὲν γὰρ, ὡς ἀδικούντων, ἀληθείᾳ χρησάμενος κατεψηφίσω τὸν ὄλεθρον· ἐμὲ δὲ τῷ σῷ ἐλέῳ διέσωσας. Ὅτι ἐμεγάλυνας ἐπὶ D πᾶν τὸ ὄνομα [98] τὸ ἅγιόν σου [99]. » Διὰ πάντων γὰρ σεπτόν τὸ ὄνομά σου· καὶ παρὰ πᾶσιν ᾄδεται τοῖς τὴν σὴν θεασαμένοις ἰσχύν.

γ'. « Ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐπικαλέσωμαί σε, ταχὺ ἐπάκουσόν μου. » Ταύτης τῆς εὐφροσύνης διηνεκῶς ἀπολαύειν ἀντιβολῶ. « Πολυωρήσεις με [1] ἐν ψυχῇ μου

A ejus fundamenta : » hoc est, ex fundamentis ipsam convellite, ut ne vestigia quidem fundamentorum remaneant.

VERS. 8. « Filia Babylonis misera. » Deo Judæorum judicium hoc modo relinquens, prædicit Babyloni futuram perniciem. *Miseram* autem ipsam, tanquam calamitosam futuram vocat. Aquila autem pro *misera*, dixit *vastata*. « Beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis. » Quid autem est hoc?

VERS. 9. « Beatus qui tenebit, et allidet parvulos tuos ad petram. » Quoniam enim et ipsi in Judæorum filios crudeles fuerunt, æqualem ipsis pœnam Propheta prædicit. **1527** Cyrus ergo beatus prædicatur, qui et in illos animadvertit, et hos liberavit : non quia sinceræ pietatis alumnus erat, sed B quia pium populum libertate donavit, et ut divinum templum ædificaretur jussit. Deus porro et exiguos fructus suscipit, et magnas remunerationes præbet : sic duos viduæ obolos laudavit.

INTERP. PSALMI CXXXVII.

VERS. 1. *Davidi.* Post reditum ex Babylone, cum gentes, quæ in ipsos irruerunt, Judæi divina ope profligassent, hymnum gratiarum actionis offerunt. Hæc itaque nunc divinus David vaticinatur. « Confitebor tibi ,Domine, toto corde meo. » Ingrati erga beneficii auctorem non fuerunt : sed cum deprecatione oblata auxilium obtinuissent, pro * viribus C beneficia compensant, et hymnos offerunt pro auxilio. « Et in conspectu angelorum psallam tibi. » Imitabimur, inquit, angelorum cœtus : et quemadmodum in cœlis illi tripudiantes laudibus universorum Deum prosequuntur, sic etiam nos in terra spiritualem concentum offeremus.

VERS. 2. « Adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo, super misericordia tua et veritate tua. » Erit autem mihi pro cœlo templum tuo nomini consecratum. In illo adorabo te, et gratiarum actionis laudes referam, benignitatem **1528** qua in me usus es, et justitiam adversus hostes cernens. Hos enim, tanquam injustos, veritate usus ad interitum condemnasti, me autem misericordia servasti. « Quoniam magnificasti super D omne nomen sanctum tuum. » In omnibus enim tuum nomen augustum est, et ab omnibus celebratur, qui tuam potentiam conspexerant.

VERS. 3. « Quocunque die invocavero te, illico exaudi me. » Ut hac lætitia continue fruar, precor. « Multa cura dignaberis animam meam virtute tua. »

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[91] *Ἡ ταλαίπ.* Hebr. *Vastata.* [92] *Ἐπειδὴ—ἐλευθερώσας.* Hæc. Origeni tribuit Cord. l. c. p. 665. Reliqua ibi desunt. [93] *Τῷ Δαβίδ.* cod. 1 Ἀλληλούϊα. In cod. Vatic. hæc leg. inscriptio, Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ, Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου. [94] *Μετὰ—Δαβ.* Origeni hæc quoque tribuuntur apud Cord. l. c. p. 672. [95] *Κύριε.* Abest a textu Hebr. [96] Ἀγγ. Hebr. *Deorum.* Aqu. et Symm. θεῶν. [97] *Σοι.* cod. Vat. add. ὅτι ἤκουσας πάντα τὰ ῥήματα τοῦ στόματός μου. Eadem verba in cod. 1 Aug. præmittuntur versiculo proximo, a textu Hebr. autem sunt aliena. [98] *Τὸ ὄνομα.* Hebr. *Nomen tuum.* [99] *Τὸ ἅγιόν σου.* Hebr. *verbum tuum.* [1] *Πολυωρ. με.* Hebr. *Animosum reddidisti me.*

Hoc est, pro tua potentia animam meam curabis, A et consolatione confidentiaque implebis. Symmachus vertit : *Constituisti virtute animæ meæ.* Multa me, ait, ope et providentia dignatus es.

Vers. 4. « Confiteantur tibi, Domine, omnes reges terræ, quoniam audierunt omnia verba oris mei. » Et tunc quidem omnes, maximam illam victoriam cum animadvertissent, universorum Dei potentiam admirati sunt. Præcipue autem post Dei et Salvatoris nostri incarnationem, et reges et principes rerum omnium Opificem laudant. In illa quidem victoria non verba audierunt, sed rem inusitatam conspexerunt : sed nunc et verba audierunt, et evangelicis prædicationibus fruuntur.

Vers. 5. « Et cantent in viis Domini, quoniam magna est gloria Domini. » Per modum optandi futura **1529** dicit, rerumque mutationem prædicit : quod Dei providentiam et gubernationem omnes admiraturi sint. *Vias* enim gubernationes vocat.

Vers. 6. « Quoniam excelsus Dominus, et humilia respicit. » Hoc etiam in alio ait psalmo : « Qui in excelsis habitat, et humilia respicit [g]. » Dicit autem, quod cum natura sublimis sit, et inexplicabilis, neque tenuiores negligit, verum etiam hos sua providentia dignatur. « Et alta e longinquo cognoscit. » Novit enim omnia antequam fiant, et quasi e longinquo eos, qui in dignitatibus ac principatibus constituti sunt, cernens, quibuslibet accommodata remedia adhibet.

Vers. 7. « Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me. » Sinceræ fidei vox est. Confido, ait, licet me undique calamitates circumstent, me inimicis superiorem fore, vitamque a tuo auxilio percepturum esse. « Super iram inimicorum meorum extendisti manus tuas, et salvum me fecit dextera tua. » Iratus enim hostibus meis, illos quidem suppliciis affecisti, me vero salute dignatus es. Et hinc patet, *manum* quidem actionem quamcunque vocari, *dexteram* vero bonam actionem. Cum hostium enim pœna manum conjunxit, cum beneficio in se collato dexteram.

Vers. 8. « Dominus retribuet pro me. » Ego, ait, cum homo sim, et peccatis involutus, beneficia compensare nequeo. Verum ipse Dominus, qui hæc largitus est mihi, cum incarnatus fuerit, meamque naturam **1530** assumpserit, meum exsolvet debitum. Consonat his et divinus Apostolus, dicens, dominum Christum delevisse chirographum [h], quod

A δυνάμει σου [1]. » Τουτέστιν, Ἐν τῇ δυνάμει σου τὴν ψυχήν μου πολυωρήσεις, καὶ ψυχαγωγίας καὶ θάρσους ἐμπλήσεις. Ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως, *Συνέστης* [2] *τῆς ψυχῆς μου δυνάμει.* Πολλῆς με, φησὶν, ἐπικουρίας καὶ προνοίας ἠξίωσας.

δ'. « Ἐξομολογησάσθωσάν σοι, Κύριε, πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, ὅτι ἤκουσαν πάντα [4] τὰ ῥήματα τοῦ στόματός [5] μου. » Καὶ τηνικαῦτα μὲν ἅπαντες τὴν μεγίστην ἐκείνην μεμαθηκότες νίκην, ἐθαύμασαν τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων τὴν δύναμιν. Διαφερόντως δὲ μετὰ τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνανθρώπησιν, καὶ βασιλεῖς καὶ ἄρχοντες τὸν ἁπάντων ὑμνοῦσι Ποιητήν. Ἐπ' ἐκείνης μέντοι τῆς νίκης, οὐ ῥημάτων ἤκουσαν, ἀλλὰ πρᾶγμα παράδοξον ἐθεάσαντο· νῦν δὲ καὶ ῥημάτων ἤκουσαν, καὶ τῶν εὐαγγελικῶν ἀπο-
B λαύουσι κηρυγμάτων.

ε'. « Καὶ ᾀσάτωσαν ἐν ταῖς ὁδοῖς Κυρίου, ὅτι μεγάλη ἡ δόξα Κυρίου. » Εὐκτικῶς [6] τὰ ἐσόμενα λέγει, καὶ τὴν τῶν πραγμάτων προλέγει μεταβολήν· ὅτι τοῦ Θεοῦ τὴν πρόνοιαν καὶ τὴν οἰκονομίαν θαυμάσουσιν ἅπαντες. *Ὁδοὺς* γὰρ τὰς οἰκονομίας καλεῖ.

ϛ'. « Ὅτι ὑψηλὸς Κύριος, καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορᾷ. » Τοῦτο καὶ ἐν ἑτέρῳ ἔφη ψαλμῷ· « Ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορῶν. » Λέγει δὲ, ὅτι φύσει ὑψηλὸς ὢν καὶ ἄῤῥητος, οὐδὲ τῶν σμικρῶν ἀμελεῖ, ἀλλὰ καὶ τούτους τῆς οἰκείας ἀξιοῖ προμηθείας. « Καὶ τὰ ὑψηλὰ ἀπὸ μακρόθεν γινώσκει. » Γινώσκει γὰρ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν· καὶ πόῤῥωθεν τοὺς ἐν δυναστείαις ὁρῶν, ἑκάστῳ φάρμακα προσφέρει
C κατάλληλα.

ζ'. « Ἐὰν πορευθῶ ἐν μέσῳ θλίψεως, ζήσεις με. » Πίστεως [7] εἰλικρινοῦς ἡ φωνή. Θαῤῥῶ, φησὶν, ὅτι κἂν πανταχόθεν ὑπὸ συμφορῶν περικλύζωμαι, κρείττων ἔσομαι τῶν δυσχερῶν, καὶ ζωὴν ἀπὸ τῆς σῆς ἐπικουρίας καρπώσομαι. « Ἐπ' ὀργὴν ἐχθρῶν [8] ἐξέτεινας χεῖράς σου, καὶ ἔσωσέ με ἡ δεξιά σου. » Ὀργισθεὶς γὰρ κατὰ τῶν ἐμῶν δυσμενῶν, ἐκείνους μὲν τιμωρίᾳ παρέδωκας, ἐμὲ δὲ σωτηρίας ἠξίωσας. Καὶ ἐντεῦθεν δῆλον, ὡς *χεῖρα* μὲν τὴν ἐνέργειαν καλεῖ, *δεξιὰν* δὲ τὴν ἀγαθὴν ἐνέργειαν. Τῇ γὰρ τιμωρίᾳ τῶν ἐχθρῶν τὴν χεῖρα συνέζευξε· τῇ δὲ εἰς αὐτὸν εὐεργεσίᾳ τὴν δεξιάν.

η'. « Κύριος ἀνταποδώσει [9] ὑπὲρ ἐμοῦ. » Ἐγὼ,
D φησὶν, ἄνθρωπος ὢν, καὶ ἁμαρτίαις ἐγκαλινδούμενος, ἀμείψασθαι τὰς εὐεργεσίας οὐ δύναμαι· αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος, ὁ τούτων μοι γενόμενος χορηγὸς, ἐνανθρωπήσας [10], καὶ τὴν ἐμὴν φύσιν ἀνειληφὼς, τὸ ἐμὸν ἐκτίσει χρέος. Συμφωνεῖ τούτοις καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος, λέγων, τὸν Δεσπότην Χριστὸν ἐξαλεῖψαι

[g] Psal. cxii, 5, 6. [h] Coloss. ii, 14.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[1] *Σου.* Abest a textu Hebr. [2] *Συνέστης — δυνάμει.* Aliam Symmachi lectionem aliorumque de illa conjecturas recensuit Montf. in Hexapl. ad h. l. cum quo conf. Cord. l. c. p. 675, et 678. Præ reliquis se commendat lectio cod. 1 Aug. quæ hæc est, σύνες τῇ τῆς ψυχῆς μου δυνάμει. [4] *Πάντα — μου.* Hebr. *Cum audiverint verba oris tui.* [5] *Τοῦ στόματος.* Des. in cod. 1. [6] *Εὐκτικῶς — καλεῖ.* Ad Orig. hæc retulit Cord. l. c. p. 675. [7] *Πίστεως — καρπ.* Des. in cod. 1. [8] *Ἐχθρῶν.* cod. 1 add. μου, et in textu τῶν Ο'. [9] *Κύρ. ἀνταπ.* cod. Vatic. Κύριε ἀνταποδώσεις, sed contra textum Hebr. cui lectio cod. Alex. h. l. respondet. [10] *Ἐνανθρωπήσας.* cod. 1 præm. Ο'.

τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον. « Κύριε, τὸ ἔλεός σου εἰς τὸν αἰῶνα, τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου μὴ παρίδῃς. » Ἐπειδὴ τοίνυν ἀμέτρητός σου ὁ ἔλεος, καὶ τῷ αἰῶνι συνεκτεινόμενος, ταχεῖαν τοῖς σοῖς ποιήμασι παράσχου τὴν σωτηρίαν. Ταύτην δὲ ὁ Προφήτης προσενήνοχεν ὑπὸ τῆς τοῦ παναγίου Πνεύματος μεμαθηκὼς χάριτος, ὡς τὸ χρέος τῆς φύσεως ὁ Ποιητὴς ἐκτίσει τῆς φύσεως.

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΡΛΗ' ΨΑΛΜΟΥ.

α'. « Εἰς τὸ τέλος· Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ. » Ἐν [11] ἐνίοις ἀντιγράφοις πρόσκειται, « Ζαχαρίου εἰς τὴν διασποράν. » Τοῦτο [12] οὔτε παρὰ τῷ Ἑβραίῳ, οὔτε παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα, οὔτε παρὰ τοῖς ἄλλοις εὗρον ἑρμηνευταῖς· ἀλλά τις ὡς ἠβουλήθη νενοηκὼς τὸν ψαλμὸν, τῆς ἐπιγραφῆς ἐποιήσατο τὴν προσθήκην. Ὁ μέντοι ψαλμὸς τοῦ Ἰωσίου τοῦ βασιλέως [13] πρόῤῥησιν ἔχει. Οὗτος γὰρ ἐκ δυσσεβοῦς βλαστήσας πατρὸς, τοιούτου δὲ καὶ πάππου γενόμενος ἔκγονος, τὴν μὲν ἐκείνων ἀσέβειαν ἐβδελύξατο, διὰ πάσης δὲ ὥδευσεν ἀρετῆς, καὶ ζήλῳ θείῳ πυρποληθεὶς, τοὺς τῶν εἰδώλων ἱερέας κατηκόντισεν ἅπαντας· τοὺς δὲ τὴν εὐσέβειαν ἀσπαζομένους πάσης θεραπείας ἠξίωσε. Ταῦτα προλέγει ὁ ψαλμός. Εἰσάγει δὲ αὐτὸν ὁ προφητικὸς λόγος προσευχόμενον, καὶ τὴν περὶ αὐτοῦ πρόγνωσιν ἐκπληττόμενον. « Κύριε, ἐδοκίμασάς με, καὶ ἔγνως με. » Βάσανος ἀρετῆς οὐ μόνον πενία καὶ ἀθυμία, ἀλλὰ καὶ βασιλεία καὶ εὐπραξία. Ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς ἀνιαροῖς δοκιμαζόμεθα, εἰ φέρειν γενναίως δυνάμεθα τὰ προσπίπτοντα λυπηρά· οὕτως καὶ ἐν ταῖς εὐημερίαις γυμναζόμεθα, καὶ δεικνύμεθα, εἴτε συνεπαιρόμεθα ταῖς εὐκληρίαις, εἴτε τὴν τούτων ἐπιστάμεθα φύσιν. Βασιλείαν τοίνυν ἐγχειρισθεὶς ὁ μακάριος Ἰωσίας, καὶ μετ' εὐσεβείας αὐτὴν κυβερνήσας, εἰκότως ἔφη·

« Κύριε, ἐδοκίμασάς με, καὶ ἔγνως με. [β'.] Σὺ ἔγνως τὴν καθέδραν μου, καὶ τὴν ἔγερσίν μου. » Πάντα, φησὶ, μεμάθηκας ἀκριβῶς, τίνα εἰργαζόμην καθήμενος, τίνα ἔδρων ἀνιστάμενος. Διὰ γὰρ τῆς *καθέδρας* καὶ τῆς *ἐγέρσεως*, πάντα τὸν βίον ἐδήλωσε [14]. Καθαρᾶς δὲ ψυχῆς καὶ συνειδότος ἐῤῥωμένου τὰ ῥήματα. Καὶ ἐπειδὴ εἶπεν, « Ἐδοκίμασάς με καὶ ἔγνως με, » ἵνα μή τις ὑπολάβῃ μετὰ τὸ τέλος τῶν πραγμάτων μανθάνειν τὸν Θεὸν τὰ γινόμενα, ἁρμοδίως μάλα ἐπήγαγε·

γ'. « Σὺ συνῆκας τοὺς διαλογισμούς μου ἀπὸ μακρόθεν. » Ἄνωθεν γὰρ, καὶ ἐξ ἀρχῆς, καὶ πρὸ πολλῶν γενεῶν τῆς ἐμῆς διαπλάσεως, οὐ μόνον τὰς ἐμὰς προεώρακας πράξεις, ἀλλὰ [15] τοὺς ἐσομένους μοι προεώρακας [16] λογισμούς. « Τὴν τρίβον μου, καὶ τὴν [17] σχοῖνόν μου σὺ [18] ἐξιχνίασας. » Ὁ δὲ Θεοδοτίων οὕτως, *Τὴν τρίβον μου, καὶ τὴν ὁδόν μου ἐξιχνίασας* [19] *Ὁδὸν* καὶ *τρίβον* τὰς πράξεις καλεῖ, σχοῖνον δὲ τὴν τούτων εὐθύτητα· ἐκ μεταφο-

A contra nos erat. « Domine, misericordia tua in sæculum; et opera manuum tuarum ne despicias. » Quoniam igitur immensa est tua misericordia, et simul cum æternitate extenditur, celerem tuis operibus salutem affer. Hanc autem deprecationem protulit Propheta, cum a Spiritus sancti gratia didicisset, debitum naturæ Opificem naturæ persoluturum esse.

INTERP. PSALMI CXXXVIII.

Vers. 1 « In finem, Psalmus Davidi. » In nonnullis exemplaribus adjunctum est : « Zachariæ in dispersionem. » Hoc nec apud Hebræum, nec apud Septuaginta, nec apud alios interpretes inveni : sed aliquis cum psalmum intellexisset ut volebat, inscrip-
B tionis additionem fecit. Cæterum psalmus prædictionem de Josia rege continet. Hic enim ex impio patre natus, talisque etiam avi nepos, impietatem quidem illorum exsecratus est, et in omni virtute incessit, divinoque amore incensus, omnes idolorum sacerdotes confixit, eos vero, qui pietatem colebant, omni cura dignatus est. Hæc psalmus vaticinatur. Inducit autem illum propheticus sermo precantem, et Dei erga se præscientiam admirantem. « Domine, probasti me, et cognovisti me. » Virtutis probatio non solum est paupertas et calamitas, sed etiam
1531 regnum et felicitas. Sicut enim in rebus tristibus probamur, si viriliter ferre possumus molesta quæ accidunt : sic quoque in secundis rebus exercemur, et ostendimur, sive ob prosperi-
C tates efferimur, sive harum naturam cognoscimus. Regnum igitur beato Josiæ cum obtigisset, et cum pietate ipsum gubernasset, jure ait :

« Domine, probasti me, et cognovisti me. [Vers. 2.] Tu cognovisti sessionem meam, et resurrectionem meam. » Omnia, inquit, accurate nosti, quæ operabar sedens, et quæ faciebam surgens : per *sessionem* enim et *resurrectionem*, totam vitam designavit. Hæc vero puræ animæ et conscientiæ sanæ sunt verba. Et quia dixit : « Probasti me, et cognovisti me, » ne quis suspicaretur Deum post finem rerum ea quæ fiunt discere, congruenter admodum subdidit :
D
Vers. 3. « Tu intellexisti cogitationes meas de longinquo. » Nam olim, et a principio, et multis sæculis ante meam creationem, non modo meas actiones prævidisti, verum et futuras meas cogitationes præscivisti. « Semitam meam, et funiculum meum investigasti. » Theodotio sic dixit : *Semitam meam, et viam meam investigasti. Viam* et *semitam* actiones vocat, *funiculum* vero harum rectitudinem, metaphora petita ab iis qui ædes fabricantur, et

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[11] *Ἐν — ἐκπληττόμενον*. Origeni hæc tribuuntur apud Cord. l. c. p. 689. [12] *Τοῦτο*. cod. 1 add. δέ. [13] *Βασιλέως*. cod. 1 add. εὐσεβείας. [14] cod. 1 παρεδήλωσε. [15] *Ἀλλά*. Ibid. sequ. καί. [16] *Προεώρακας*. Ibid. προεθεώρησας. [17] *Τὴν — ἐξιχν*. Hebr. *Accubitum meum cinxisti.* [18] *Σύ*. Additur in cod. Alex. [19] *Ἐξιχνίασας*. cod. 1 præm. σύ.

funiculo parietes dirigunt. Cognovisti, inquit, exacte meas actiones, et nihil mearum rerum tuam scientiam latuit.

Vers. 4. « Et omnes vias meas prævidisti, quia non est dolus **1532** in lingua mea. » Non modo prævidit, verum etiam prædixit universorum Deus per prophetas, et Jeroboamo sacrificanti, et juvencis divinum honorem offerenti, vaticinatus est [i], filium oriturum esse Davidi, Josiam nomine, et idolorum sacerdotes morte multaturum, et eorum ossa in illo altari combusturum.

Vers. 5. « Ecce, Domine, tu cognovisti omnia, novissima et antiqua. » Per ipsos eventus didici te omnium scientiam habere, tum eorum quæ olim facta fuere, tum eorum quæ nondum effecta sunt. « Tu formasti me, et posuisti super me manum tuam. » Quomodo enim meorum aliquid opificem meum latere potest, qui me intra maternum ventrem formavit, et omni cura dignatus est? Hoc porro: « Posuisti super me manum tuam, » simile est illi: « Manus tuæ fecerunt me, et formaverunt me [j]. » Indicat autem iisdem verbis curam etiam post creationem.

Vers. 6. « Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, et non potero ad eam (pertingere). » Ex his quæ erga me facta sunt, tuam cognovi potentiam, et sapientiam tuam laudare volens, et assequi pro dignitate non valens, me victum confiteor. Cum ergo et scientiam, et præscientiam universorum Dei admiratus sic esset, et quod nihil præteritarum et futurarum rerum latere illum possit, ad aliud transit, hæc dicens:

Vers. 7. « Quo ibo a spiritu tuo? et quo a facie tua fugiam? » Quomodo fieri potest, ut fugiens lateat eum, qui adeo manifesto omnia novit? Notandum **1533** est autem docuisse eum eamdem operationem habere et Deum et Spiritum sanctum. « Quo ibo, ait, a spiritu tuo? et quo a facie tua fugiam? » Sane quorum est una operatio, una omnino est potentia, et quorum est una potentia, una utique est natura. Una igitur est Dei et Spiritus sancti natura.

Vers. 8. « Si ascendero in cœlum, tu ibi es: si descendero in infernum, ades. » Omnia, inquit, imples, et quæ supra sunt, et quæ infra. Unum enim altitudinis est ultimum, alterum profunditatis. Recte autem cœlo conjunxit: « Tu ibi es, et inferis, ades. » In angelis quippe, qui in cœlis degunt, conquiescit. Ubique autem adest, et rebus omnibus præsto est: « et in ipso vivimus, secundum divinum Apostolum, et movemur, et sumus [k]. »

A ρᾶς τῶν οἰκοδομούντων, καὶ σπαρτίῳ τοὺς τοίχους ἀπευθυνόντων. Ἔγνως, φησὶν, ἀκριβῶς μου τὰς πράξεις, καὶ οὐδὲν τῶν ἐμῶν τὴν σὴν ἔλαθε γνῶσιν.

δ'. « Καὶ πάσας τὰς ὁδούς μου προεῖδες, ὅτι οὐκ ἔστι δόλος [20] ἐν τῇ [21] γλώσσῃ μου. » Οὐ μόνον προεῖδεν, ἀλλὰ καὶ προείρηκεν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς διὰ τῶν προφητῶν, καὶ τῷ Ἱεροβοὰμ θύοντι, καὶ ταῖς δαμάλεσι τὸ θεῖον σέβας προσφέροντι προεθέσπισεν, ὡς ἀναστήσεται υἱὸς τῷ Δαβὶδ, Ἰωσίας ὄνομα αὐτῷ, καὶ τοὺς τῶν εἰδώλων ἱερέας παραδώσει θανάτῳ, καὶ τὰ τούτων ὀστᾶ ἐν ἐκείνῳ τῷ βωμῷ κατακαύσει.

ε'. « Ἰδοὺ, Κύριε, σὺ ἔγνως πάντα, τὰ ἔσχατα καὶ τὰ ἀρχαῖα. » Δι' αὐτῶν μεμάθηκα τῶν πραγμάτων, ὡς ἅπασαν ἔχεις τὴν γνῶσιν, καὶ τῶν πάλαι B γεγενημένων, καὶ τῶν μηδέπω γεγενημένων. « Σὺ ἔπλασάς με, καὶ ἔθηκας ἐπ' ἐμὲ τὴν χεῖρά σου. » Πῶς γὰρ οἷόν τε λαθεῖν [22] τι τῶν ἐμῶν τὸν ἐμὸν ποιητὴν, τὸν ἔνδον ἐν τῇ μητρῴᾳ με διαπλάσαντα νηδύϊ, καὶ πάσης ἀξιώσαντα προμηθείας; Τὸ δὲ, « Ἔθηκας ἐπ' ἐμὲ τὴν χεῖρά σου, » ἔοικε τῷ, « Αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με, καὶ ἔπλασάν με. » Σημαίνει δὲ κατὰ ταυτὸν καὶ τὴν μετὰ τὴν διάπλασιν προμήθειαν.

ς'. « Ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου [23] ἐξ ἐμοῦ [24], ἐκραταιώθη [25], οὐ μὴ δύνωμαι πρὸς αὐτήν. » Ἐκ τῶν εἰς ἐμὲ γεγενημένων τὴν σὴν ἔγνωκα δύναμιν· καὶ ὑμνῆσαι τὴν σὴν θέλων σοφίαν, εἶτα τῆς ἀξίας διαμαρτάνων, τὴν ἧτταν ὁμολογῶ. Οὕτω καὶ τὴν C γνῶσιν, καὶ τὴν πρόγνωσιν τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων θαυμάσας, καὶ ὅτι οὐδὲν αὐτὸν ἔλαθεν, οὔτε τῶν γεγενημένων [26], οὔτε τῶν ἐσομένων, ἐφ' ἕτερον μεταβαίνει ταῦτα διηγούμενος·

ζ'. « Ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός σου; καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου ποῦ φύγω; » Τὸν οὕτω πάντα σαφῶς ἐπιστάμενον πῶς δυνατὸν λαθεῖν δραπετεύοντα; Ἐπισημήνασθαι δὲ προσήκει, ὅτι τὴν αὐτὴν ἐνέργειαν ἔχειν ἐδίδαξε, καὶ τὸν Θεὸν, καὶ τὸ πανάγιον Πνεῦμα· « Ποῦ πορευθῶ, φησὶν, ἀπὸ τοῦ πνεύματός σου, καὶ ἀπὸ προσώπου [27] σου ποῦ φύγω; » Ὧν δὲ μία ἡ ἐνέργεια, μία πάντως καὶ ἡ δύναμις· ὧν δὲ μία ἡ δύναμις, μία ἡ φύσις· μία ἄρα τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος ἡ φύσις.

η'. « Ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν, σὺ ἐκεῖ εἶ· D ἐὰν καταβῶ [28] εἰς τὸν ᾅδην, πάρει. » Ἅπαντα, φησὶ, πληροῖς, καὶ τὰ ἄνω καὶ τὰ κάτω. Τὸ μὲν γὰρ τοῦ ὕψους ἔσχατον, τὸ δὲ τοῦ βάθους. Καλῶς δὲ τῷ μὲν οὐρανῷ τὸ, « Σὺ ἐκεῖ εἶ, » συνέζευξε, τῷ δὲ ᾅδῃ τὸ *πάρει*. Τοῖς γὰρ ἐν οὐρανῷ διαιτωμένοις ἀγγέλοις ἐπαναπαύεται. Πανταχοῦ δὲ πάρεστι, καὶ τοῖς πᾶσι παρίσταται· « καὶ ἐν αὐτῷ ζῶμεν, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν. »

[i] III Reg. XIII, 2. [j] Job X, 8. [k] Act. XVII, 28.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[20] *Δόλος*. Hebr. *verbum* Aqu. λαλιά. Symmachus ἑτερολογία, ut in edit. Rom. legitur. [21] *Τῇ*. Abest a cod. 1 et a textu τῶν Ο'. [22] *Λαθεῖν*. cod. 1 præm. σέ. [23] *Σου*. Abest a textu Hebr. bene autem additum ab his interpretibus. [24] *Ἐξ ἐμοῦ*. Hebr. *Præ me*. [25] Ἐκραταιώθη. Hebr. *Elata*, s. sublimior est. [26] cod. 1 γενομένων. [27] *Προσώπου*. cod. 1 præm. τοῦ. [28] *Ἐὰν καταβῶ*. Hebr. *Si stratum fecero mihi*.

θ', ι. Ἐὰν ἀναλάβοιμι [29] τὰς [30] πτέρυγάς μου A κατ' ὄρθρον, καὶ κατασκηνώσω εἰς τὰ ἔσχατα τῆς θαλάσσης. Καὶ γὰρ ἐκεῖ ἡ χείρ σου ὁδηγήσει με, καὶ καθέξει με ἡ δεξιά σου. » Ὄρθρον τὰς ἀνατολὰς ἐκάλεσε, δυσμὰς δὲ *τῆς θαλάττης τὰ ἔσχατα*. Τῷ γὰρ ὕψει καὶ τῷ βάθει τὸ μῆκος καὶ τὸ πλάτος προσέθηκε, διδάσκων τὸ τῆς θείας φύσεως ἀπερίγραφον. Ταύτης δὲ τῆς δυνάμεως τὴν πεῖραν ἔλαβε καὶ Ἰωνᾶς ὁ προφήτης. Φυγεῖν γὰρ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν ἐπιχειρήσας, καὶ ἥλω, καὶ τοῖς κύμασιν ἐπεδήθη, καὶ οἷον εἱρκτῇ τινι παρεδόθη τῷ κήτει, καὶ πρὸς ἣν ἀπεστάλη πόλιν ἐποδηγήθη. Ἀληθῆ τοίνυν καὶ ἐνταῦθα δείκνυται τῆς προφητείας τὰ ῥήματα· ὅτι

« Εἰ κατασκηνώσαιμι εἰς τὰ ἔσχατα τῆς θαλάσσης, ἐκεῖ ἡ χείρ σου ὁδηγήσει με, καὶ καθέξει με ἡ δε- B ξιά σου. [ια'] Καὶ εἶπα, Ἄρα σκότος καταπατήσει με [31], καὶ νὺξ φωτισμὸς ἐν [32] τῇ τρυφῇ μου. » Ὁ δὲ [33] Σύμμαχος οὕτως· *Ἐὰν εἴπω, Ἴσως σκότος περισκεπάσει* [34] *με, ἀλλὰ καὶ νὺξ φωτεινὴ περὶ ἐμέ*. Κἂν πρὸς ἀνίσχοντα, φησὶ, κἂν πρὸς δυόμενον ἥλιον καταφύγω, τὴν σὴν οὐ διαφεύξομαι δύναμιν· κἂν τῷ σκότει τῆς νυκτὸς κατακαλύψασθαι πειραθῶ, οὐδ' οὕτως λήσομαι. Σοὶ γὰρ φῶς ἐστι καὶ τὸ σκότος.

ιβ'. « Ὅτι σκότος οὐ σκοτισθήσεται ἀπὸ σοῦ, καὶ νὺξ ὡς ἡμέρα φωτισθήσεται. » Ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως· *Οὔτε σκότος σκοτεινὸν ἔσται ὑπὲρ σὲ, ἀλλὰ καὶ νὺξ ὡς ἡμέρα φανεῖται* [35]. Τὸ σκότος, φησὶν, ἐμοί ἐστι σκότος· ἐγὼ γὰρ ἔχω φωτὸς καὶ σκότους διαφοράν. Σοὶ δὲ τῷ νοερῷ φωτὶ, καὶ νὺξ φανωτάτη, C καὶ πάσης μεσημβρίας φωτεινοτέρα. « Ὡς [36] τὸ σκότος αὐτῆς, οὕτως καὶ τὸ φῶς αὐτῆς. » Καθάπερ γὰρ ἐμοὶ ζοφώδης ἡ νὺξ, οὕτως ἐστί σοι φωτεινή.

ιγ'. « Ὅτι σὺ ἐκτήσω τοὺς νεφρούς μου. » Ταῦτα [37] δὲ, φησὶν, οὐχ ἁπλῶς λέγω, ἀλλὰ τῇ σῇ φωτιζόμενος χάριτι, καὶ τοῖς λογισμοῖς τὴν σὴν αἴγλην δεχόμενος. *Νεφροὺς* γὰρ ἐνταῦθα τοὺς λογισμοὺς προσηγόρευσεν. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ ἐπιθυμητικὸν ἔγκειται τοῖς νεφροῖς, οἱ λογισμοὶ δὲ τὴν ταύτης δέχονται προσβολὴν, λογισμοὺς ἐκάλεσε τοὺς *νεφρούς*. « Ἀντελάβου [38] μου ἐκ γαστρὸς μητρός μου. » Σύ μου γέγονας καὶ παιδοτρίβης, καὶ κηδεμὼν, καὶ διδάσκαλος, καὶ εὐθὺς τῆς μήτρας ἐξελθὼν τῆς σῆς D προνοίας ἀπήλαυσα.

ιδ'. « Ἐξομολογήσομαί σοι, ὅτι φοβερῶς ἐθαυμαστώθης [39]· θαυμάσια τὰ ἔργα σου, καὶ ἡ ψυχή μου γινώσκει σφόδρα. » Τούτου δὲ [40] χάριν ὑμνῶν [41] διατελῶ, ταῖς σαῖς μεγαλουργίαις καταυγαζόμενος, καὶ εἰς τοῦτο διεγειρόμενος.

VERS. 9, 10. « Si sumpsero pennas meas sub diluculo, et habitavero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me, et tenebit me dextera tua. » *Diluculum* vocavit orientem, *maris extrema* occidentem. Alto enim et profundo longitudinem et latitudinem apposuit, docens divinam naturam minime circumscribi. Hanc vero potentiam expertus est propheta Jonas [1]. Universorum enim Deum fugere conatus, et captus fuit, et undis constrictus, et velut in carcerem quemdam in cetum conjectus est, et ad quam missus erat urbem deductus est. Vera igitur hic etiam vaticinationis verba ostenduntur :

« Si habitarem in extremis maris, illuc manus tua deducet me, et **1534** tenebit me dextera tua. [VERS. 11.] Et dixi : Forsitan tenebræ conculcabunt me, et nox illuminatio mea in deliciis meis. » Symmachus autem sic : *Si dicam : Fortasse tenebræ operient me, tamen nox lucida me circumstat.* Et si ad orientem, inquit, solem, vel ad occidentem confugero, tuam non effugiam potentiam : et si tenebris noctis me ipsum occultare conatus fuero, neque sic delitescam : tibi enim lux sunt etiam tenebræ.

VERS. 12. « Quoniam tenebræ non obscurabuntur a te, et nox sicut dies illuminabitur. » Symmachus autem sic : *Neque tenebræ tenebricosæ erunt super te, sed et nox sicut dies apparebit.* Tenebræ, inquit, tenebræ mihi sunt; ego enim lucis et tenebrarum differentiam habeo. Tibi vero intellectuali lumini, et nox lucidissima est, et omni luce meridiana clarior. « Sicut tenebræ ejus, ita et lumen ejus. » Nam quemadmodum mihi tenebricosa est nox, sic est tibi lucida.

VERS. 13. « Quia tu possedisti renes meos. » Hæc autem, ait, non temere dico, sed tua illuminatus gratia, et cogitationibus splendore tuo illustratus. *Renes* enim hoc loco cogitationes appellavit. Quoniam enim vis concupiscendi in renibus posita est, cogitationes vero hujus impetum recipiunt, cogitationes *renes* vocavit. « Suscepisti me de utero matris meæ. » Tu factus es pædagogus meus, et gubernator, et præceptor, et cum primum ex utero exirem, tua **1535** providentia mihi contigit.

VERS. 14. « Confitebor tibi, quia terribili modo magnificatus es, mirabilia sunt opera tua, et anima mea cognoscit ea valde. » Propterea igitur te laudare pergo, tuis magnificentiis illustratus, et ad hoc excitatus.

[1] Jonæ I, 3, seqq.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[29] Rec. lectio h. l. est ἀνάλάβω. [30] *Τὰς — ὄρθρον*. Hebr. *Alas auroræ* cod. Vatic. pro κατ' ὄρθρον habet κατ' ὀρθόν. [31] *Καταπ. με*. Hebr. *Occultabunt me*. Symm. ἐπισκεπάσει με. [32] *Ἐν — μου*. Hebr. *Circa me*. Aqu. et Symm. περὶ ἐμέ. [33] *Ὁ δὲ*, κ. τ. λ. Nonnulla ex Orig. præmittuntur apud Cord. l. c. p. 694. [34] cod. 1 ἐπισκεπάσει. Ita quoque apud Montf. in Hexapl. ad h. l. [35] *Ἡμ. φαν*. cod. 1 ἡ ἡμέρα φαίνει. [36] *Ὡς φῶς αὐτῆς*. Hebr. *Qualis est caligo, talis est lux (tibi)*. [37] *Ταῦτα — δεχόμενος*. Des. apud Cord. l. c. p. 696. Quæ proxima sunt, ibidem ad Orig. referuntur. [38] *Ἀντελ. — μητρός μου*. Hebr. *Prætexisti me in utero matris meæ*. [39] *Ἐθαυμ*. Hebr. *Mirabiliter formatus sum*. [40] cod. 1 δή. [41] *Ὑμνῶν*. Ib. sequ. σε.

VERS. 15. « Non occultatum fuit os meum a te, A quod fecisti in occulto, et substantia mea in inferioribus terræ. » Omnia, quæ ad me spectant, inquit, exquisite cognoscis. Tu enim me adhuc in materna alvo absconditum finxisti, et perinde ac si in novissima terræ parte fuissem, in lucem eduxisti. Sic enim Aquila interpretatus est : *Non cooperta fuerunt ossa mea a te, quibus in occulto factus sum, varie formatus fui sicut in infimo terræ.* Nihil, inquit, te latere potest, qui hominum naturam in recondita naturæ officina formas.

VERS. 16. « Imperfectum meum viderunt oculi tui, et in libro tuo omnes scribentur, dies formabuntur, et nemo in eis. » Symmachus autem sic: *Informem me prævideruni oculi tui, cum omnibus,* B *qui in libro tuo scripti sunt, nullo die deficiente iis qui formantur.* Sic me, ait, vidisti, priusquam effictus et formatus essem, ut eos qui jam in lucem editi et perfecti sunt, et nullo **1536** die indigent, et in tuis libris scripti sunt. Horum librorum etiam beatus Daniel meminit : « Judicium enim, inquit, sedit, et libri aperti sunt [m]. » Et Dominus in sacris Evangeliis : « Capilli capitis vestri omnes numerati sunt [n]. » Per libros igitur intelligenda est scientia Dei, quæ omnia complectitur, et nihil obliviscens Dei memoria. Divinis hoc modo explicatis, suum aperit propositum, non ambitione utens sed utilitatis exemplar proponens.

C

VERS. 17. « Mihi autem magno in honore sunt amici tui, Deus, valde confortatus est principatus eorum. » Hoc manifesto etiam historia docet. Nam omni observantia divinos sacerdotes dignatus est. Audierunt enim omnes promissiones, quas Abrahamo Deus fecit : « Benedicam, inquiens, benedicentibus tibi, et maledicentibus tibi maledicam [o]. » Pro, « Confortatus est principatus eorum, » Theodotio sic est interpretatus : *Corroborati sunt pauperes eorum.* Qui enim olim propter impiorum regum scelera in tenui et pauperrima vita degebant, omnem honorem a Josia sunt consecuti.

VERS. 18. « Dinumerabo eos, et magis quam arena multiplicabuntur. » Nam regis pietate, et D qui olim impii erant, mente illustrati, palinodiam cecinerunt, et cultum secundum legem amplexi sunt; et qui quondam numeratu faciles erant, su-

ιε'. « Οὐκ ἐκρύβη τὸ ὀστοῦν μου ἀπὸ σοῦ, ὃ ἐποίησας [62] ἐν κρυφῇ, καὶ ἡ ὑπόστασίς μου [63] ἐν τοῖς κατωτάτοις τῆς γῆς. » Ἅπαντα, φησὶν, ἀκριβῶς γινώσκεις τὰ κατ' ἐμοῦ [64]. Σὺ γάρ ἔτι με τῇ νηδύϊ τῇ μητρῴᾳ κρυπτόμενον ἔπλασας, καὶ οἱονεὶ ἐν τῷ ἐσχάτῳ μέρει τῆς γῆς ὄντα, εἰς φῶς ἤγαγες. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Ἀκύλας ἡρμήνευσεν· *Οὐκ ἐπεκαλύφθη ὀστᾶ μου ἀπὸ σοῦ [65], οἷς ἐποιήθην ἐν ἀποκρύφῳ, ἐποικίλθην ὡς ἐν κατωτάτῳ [66] τῆς γῆς.* Οὐδέν σε, φησὶ, λαθεῖν δυνατὸν ἐν τῷ κρυπτῷ τῆς φύσεως ἐργαστηρίῳ διαπλάττοντα τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν.

ις'. « Τὸ ἀκατέργαστόν μου [67] εἶδον οἱ ὀφθαλμοί σου, καὶ ἐπὶ τὸ βιβλίον σου πάντες γραφήσονται· ἡμέραι [68] πλασθήσονται, καὶ οὐδεὶς ἐν αὐτοῖς. » Ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως· *Ἀμόρφωτόν με προσεῖδον [69] οἱ ὀφθαλμοί σου, σὺν τοῖς ἐν τῷ βιβλίῳ σου πᾶσι γεγραμμένοις [70], ἡμέρας πλασσομένοις [71] οὐκ ἐνδεούσης οὐδεμιᾶς [72].* Οὕτω μὲ, φησὶν, εἶδες πρὶν διαπλασθῆναι καὶ μορφωθῆναι, ὡς τοὺς ἤδη γεννηθέντας, καὶ τελείους γεγενημένους, καὶ οὐδεμιᾶς ἐνδεεῖς ἡμέρας, καὶ ἐν τοῖς σοῖς βιβλίοις ἀναγεγραμμένους. Τούτων τῶν βιβλίων καὶ ὁ μακάριος μέμνηται Δανιήλ· « Κριτήριον γάρ, φησίν, [73] ἐκάθισε, καὶ βίβλοι ἠνεῴχθησαν. » Καὶ ὁ Κύριος ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις, « Ὑμῶν καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς πᾶσαι ἠριθμημέναι εἰσί. » Βίβλους δὲ νοητέον τὴν πάντα περιέχουσαν τοῦ Θεοῦ γνῶσιν, καὶ τὴν ἄληστον τοῦ Θεοῦ μνήμην. Οὕτω τὰ θεῖα διηγησάμενος, τὸν οἰκεῖον ἀποκαλύπτει [74] σκοπὸν, οὐ φιλοτιμίᾳ χρώμενος, ἀλλ' ὠφελείας ἀρχέτυπον προτιθείς.

ιζ'. « Ἐμοὶ δὲ λίαν ἐτιμήθησαν οἱ φίλοι σου [75], ὁ Θεὸς, λίαν [76] ἐκραταιώθησαν αἱ ἀρχαὶ αὐτῶν. » Τοῦτο σαφῶς καὶ ἡ ἱστορία διδάσκει· πάσης γὰρ τοὺς θείους ἱερέας ἠξίωσε θεραπείας [77]. Ἤκουσαν [78] γὰρ πάντες τῶν ὑποσχέσεων, ἃς πρὸς τὸν Ἀβραὰμ ὁ Θεὸς ἐποιήσατο, « Εὐλογήσω, λέγων, τοὺς εὐλογοῦντάς σε, καὶ τοὺς καταρωμένους σε καταράσομαι. » Τὸ δὲ, « Ἐκραταιώθησαν αἱ ἀρχαὶ αὐτῶν, » ὁ Θεοδοτίων οὕτως ἡρμήνευσεν, *Ἐκραταιώθησαν οἱ πένητες αὐτῶν.* Οἱ γὰρ πάλαι διὰ τὰς τῶν δυσσεβῶν βασιλέων παρανομίας ἐν εὐτελείᾳ καὶ πενίᾳ διάγοντες πάσης ἀπήλαυσαν παρὰ τῷ Ἰωσίᾳ τιμῆς.

ιη'. « Ἐξαριθμήσομαι αὐτοὺς, καὶ ὑπὲρ ἄμμον πληθυνθήσονται. » Τῇ γὰρ τοῦ βασιλέως εὐσεβείᾳ, καὶ οἱ πάλαι δυσσεβεῖς, τὴν διάνοιαν φωτισθέντες, παλινῳδίαν ᾖσαν, καὶ τὴν κατὰ νόμον πολιτείαν ἠσπάσαντο, καὶ οἱ πάλαι εὐαρίθμητοι ἀριθμοῦ κρείτ-

[m] Dan. VII, 26. [n] Matth. X, 30. [o] Gen. XII, 3.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[62] Ὁ ἐποίησας. Hebr. *cum factus sum.* [63] *Καὶ ἡ ὑπόστ. μου.* Hebr. רקמתי artificiose factus sum. [64] cod. 1 ἐμέ. [65] Ἀπὸ σοῦ. Des. ibid. [66] *Ὡς ἐν κατωτάτῳ.* Montf. in Hexapl. ad h. l. habet ἐν τοῖς κατωτάτοις. [67] *Τὸ ἀκατ. μου,* Hebr. *Massam meam.* [68] *Ἡμέραι — αὐτοῖς.* Hebr. *Dies (scripti erant, quibus) formata sunt (membra mea) cum nondum unicus de illis (diebus esset).* [69] *Προσεῖδον.* Alii Symmacho tribuunt lectionem εἶδον, quam Montf. l. c. Nostro vindicat. [70] Montf. l. c. habet ἐγγεγραμμένοις. [71] Idem l. c. præter hanc attulit etiam lectionem πλασθησομένοις. [72] *Οὐδεμ.* Montf. l. c. præm. αὐτοῖς. [73] *Γάρ, φησίν.* Des. in cod. 1. [74] Ibid. ἀνακαλύπτει. [75] *Οἱ φίλοι σου.* Hebr. *Cogitationes tuæ,* s. de te. Hanc vocis רעים significationem nemo antiquiorum interpretum h. l. vidit, quam tamen vers. 2 omnes agnoverunt. [76] *Λίαν — αὐτῶν.* Hebr. *Quam magnæ sunt summæ earum.* [77] *Θεραπ.* cod. 1 προμηθείας. [78] Ib. ἤκουσε.

τους ἐγένοντο. Προθεσπίζει δὲ κατὰ ταυτὸν ὁ λόγος, καὶ τὴν μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν γεγενημένην τῆς οἰκουμένης μεταβολήν. Νικῶσι γὰρ κατὰ πόλιν ἑκάστην καὶ χώραν τὸν ἀριθμὸν οἱ τῆς τοῦ Θεοῦ θεραπείας ἐπιμελούμενοι. « Ἐξεγέρθην [59], καὶ ἔτι εἰμὶ μετὰ σοῦ. » Ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως, *Ἐξυπνήσω, καὶ ἀεὶ ἔσομαι παρὰ σοί.* Ἀεὶ γὰρ ἐμαυτὸν διεγείρων, καὶ τῆς ῥᾳθυμίας τὸν ὕπνον ἀπώσομαι, καὶ τὴν σὴν μνήμην ἐν τῇ διανοίᾳ φυλάξω. Οὕτω γὰρ τῆς σῆς ἀπολαύσομαι προμηθείας.

ιθ'. « Ἐὰν ἀποκτείνῃς ἁμαρτωλοὺς, ὁ Θεὸς, ἄνδρες αἱμάτων ἐκκλίνατε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι [60] ἐρισταὶ ἐστε εἰς διαλογισμούς. » Ἴδιον τῶν τοὺς ἀγαθοὺς ἀγαπώντων τοὺς ἐναντίους βδελύττεσθαι. Διό φησιν, B ὅτι Σοῦ τοῦ φιλανθρώπου τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἀναιροῦντος, πολλῷ μᾶλλον ἐγὼ τὴν τούτων ἀποστραφήσομαι συνουσίαν, τὴν φιλόνεικον αὐτῶν ἐπιστάμενος γνώμην. Οὐ γὰρ ἀνέχονται τῶν ἀγαθῶν παραινέσεων, ἀλλὰ τῇ δυσκολίᾳ τῆς γνώμης ἀποσείονται ταύτας.

κ'. « Λήψονται [61] εἰς ματαιότητα τὰς πόλεις σου. » Ἀποκτενεῖς δὲ αὐτοὺς, φησὶν, οὐκ ἀδίκως, ἀλλ' ἐπειδὴ μάτην τὰς πόλεις οἰκήσουσιν, ὄνησιν οὐδεμίαν ἐκ τῶν σῶν νόμων καρπούμενοι.

κα', κβ'. « Οὐχὶ τοὺς μισοῦντάς σε, Κύριε, ἐμίσησα, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς σου ἐξετηκόμην [62]; Τέλειον μῖσος ἐμίσουν αὐτοὺς, εἰς ἐχθροὺς ἐγένοντό μοι. » Τῆς σῆς ἐξήρτημαι ἀγάπης, ὦ Δέσποτα. Ταυτὰ σοὶ βούλομαι καὶ φιλεῖν καὶ μισεῖν. Διά τοι τοῦτο C τοὺς μὲν τῆς σῆς ἀντεχομένους θεραπείας καὶ φιλῶ καὶ γεραίρω· τοὺς δὲ μισοῦντάς σε, οὐ μόνον μισῶ, ἀλλὰ καὶ ἀνιώμενος ἐπ' αὐτοῖς, καὶ τηκόμενος διατελῶ. Μισῶ μὲν γὰρ ὡς παρανόμους, οἰκτείρω δὲ ὡς ἀνθρώπους. Καὶ πενθεῖν μὲν αὐτοὺς διὰ τὴν φυσικὴν συμπάθειαν ἀναγκάζομαι· βδελύττομαι δὲ πάλιν αὐτοὺς διὰ τὴν πολλὴν πονηρίαν [63].

κγ', κδ'. « Δοκίμασόν με, ὁ Θεὸς, καὶ γνῶθι τὴν καρδίαν μου· ἔτασόν με, καὶ γνῶθι τὰς τρίβους μου [64]. Καὶ ἴδε εἰ ὁδὸς ἀνομίας [65] ἐν ἐμοὶ, καὶ ὁδήγησόν με ἐν ὁδῷ αἰωνίᾳ. » Ταῦτα ἐγὼ μὲν οὕτως ἔχειν ὑπολαμβάνω· σὲ δὲ παρακαλῶ, τὸν ἄριστον τῶν ψυχῶν ἰατρὸν, τὸν ἐμὸν βίον καταμαθεῖν ἀκριβῶς, καὶ τὰ τῆς καρδίας [66] ἐξετάσαι κινήματα· κἂν τι τῶν σῶν νόμων ἐναντίον ἐν τούτοις εὑρεθῇ, D ὑπὸ τῆς σῆς εὐθυνθῆναι [67] σοφίας ἀντιβολῶ, καὶ πρὸς τὴν αἰώνιον ὁδηγηθῆναι πορείαν. Ταῦτα ἐῤῥέθη μὲν ὑπὸ τοῦ μακαρίου Δαβὶδ, προεῤῥέθη δὲ εἰς Ἰωσίαν τὸν εὐσεβῆ, πρόκειται δὲ πᾶσι τοῖς βουλομένοις ἀφορμὴ σωτηρίας.

A periores numero facti sunt. Sermo autem præcinit etiam **1537** mutationem orbis factam post incarnationem Dei et Salvatoris nostri. Vincunt enim numerum per quamlibet civitatem et regionem Dei cultus studiosi. « Exsurrexi, et adhuc sum tecum. » Symmachus autem sic; *Expergiscar, et semper ero apud te.* Semper enim meipsum excitans, et pigritiæ somnum exigam, et tui memoriam in mente conservabo. Sic enim tua perfruar ope.

Vers. 19. « Si occideris, o Deus, peccatores, viri sanguinum, declinate a me, quia litigiosi estis in colloquiis. » Proprium est eorum qui bonos diligunt, contrarios detestari. Idcirco ait: Cum tu, qui benignus es, peccatores interimas, multo magis ego horum consuetudinem aversabor, cum litigiosam eorum mentem noverim. Non enim ferunt bonas admonitiones, sed ob animi morositatem has rejiciunt.

Vers. 20. « Accipient in vanitatem civitates tuas. » Interficies autem ipsos, ait, non injuste, sed quia frustra civitates incolent, utilitatem ex tuis legibus nullam percipientes.

Vers. 21, 22. « Nonne qui oderunt te, Domine, oderam, et super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos, et inimici facti sunt mihi. » A tuo amore, Domine, pendeo, et eadem quæ tu et diligere et odio habere volo. Propterea tuo cultui adhærentes amo et **1538** honoro: odio vero habentes te, non modo odio prosequor, verum etiam propter eos mœreo, et contabesco. Odi enim ut impios, misereor vero ut homines, et ob naturalem cognationem eos deplorare * cogor: detestor autem rursus ipsos ob maximam pravitatem.

Vers. 23, 24. « Proba me, Deus, et scito cor meum: interroga me, et cognosce semitas meas. Et vide num via iniquitatis in me sit, et duc me in via æterna. » Hæc ego quidem ita se habere arbitror: te autem optimum animarum medicum precor, ut meam diligenter perspicias vitam, cordisque motiones inquiras: et si quid tuis legibus repugnans in his inventum fuerit, ut a tua sapientia curetur obsecro, atque ad æternum iter deducar. Hæc a beato Davide dicta sunt, et de pio Josia prædicta, et omnibus, qui salutis occasionem volunt arripere, sunt proposita.

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΡΛΘ' ΨΑΛΜΟΥ.

α'. « Εἰς τὸ τέλος, Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ. » Διωκόμενος ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ ὁ μακάριος Δαβὶδ, εἰς ἐπικουρίαν καλεῖ τὸν τῶν ὅλων Θεόν.

INTERP. PSALMI CXXXIX.

Vers. 1. « In finem, Psalmus Davidi. » Cum beatus David a Saule persecutionem pateretur, in auxilium Deum universorum vocat.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[59] cod. 1 ἐγηγέρθην. [60] *Ὅτι — διαλ.* Ita leg. in ed. Ald. et Compl. Recepta autem lectio est, ὅτι ἐρεῖς εἰς διαλογισμόν, etsi sint qui legere malunt ὅτι ἔρις. Hebr. qui loquuntur de te scelerate. [61] *Λήψονται — πόλεις σου.* Hebr. *efferunt sese in vanum hostes tui.* Ita Aqu. ἦραν εἰς εἰκῇ al. ἐπήρθησαν ματαίως) ἀντίζηλοί σου. [62] *Ἐξετηκ.* Hebr. *Fastidio afficiar?* [63] *Πονηρ.* cod. 1 παρανομίαν. [64] *Τὰς τρίβ. μου.* Hebr. *Cogitationes meas* [65] *Ἀνομίας.* Hebr. *doloris.* [66] *Καρδ.* cod. διδασκαλίας. [67] *Εὐθυνθ.* ib. ἰαθῆναι.

VERS. 2. « Eripe me, Domine, ab homine malo, a viro iniquo libera me. » Injustus Saul, et erga benefactorem ingratus. Studuit enim beatum Davidem occidere, qui non modo ipsum nulla injuria affecerat, verum etiam multorum beneficiorum ei fuerat auctor.

VERS. 3. « Qui cogitaverant iniquitates corde suo,
1539 toto die constituebant prælia. » Nam non pravis solum usus est cogitationibus, sed etiam opera cogitationibus addidit. Pro *toto die* autem Symmachus *quotidie* interpretatus est.

VERS. 4. « Acuerunt linguas suas sicut serpentis, venenum aspidum sub labiis eorum. » Nam sæpius illum dolo interimere conatus est: et sæpe cum jurasset, amicisque verbis usus esset, jusjurandum violavit. Subdolam igitur mentem, et occultum dolum, jure serpentum ferarum veneno comparavit.

VERS. 5. « Custodi me, Domine, (ut evadam) e manu peccatoris, ab hominibus iniquis eripe me. » Justo convenit hæc precatio. Non enim inimicis interitum, sed sibi ipsi salutem efflagitat. « Qui cogitaverunt supplantare gressus meos. » Exactus a Saule beatus David ad Allophylos fugit: impii autem erant illi, et omnis iniquitatis operarii. Idcirco igitur admiratione dignus est: quippe qui ubique pietatis custos fuit, et tempori inservire noluit. Verumtamen, ait, parum abfuit, quin ille me exigens, gressus pietatis meæ supplantaret.

VERS. 6. « Absconderunt superbi laqueum mihi, et funibus extenderunt laqueum pedibus meis: juxta viam offendicula posuerunt mihi. » Superbum nuncupat ipsum Saulem. *Laqueos* autem, et *funes*, et *scandala*, diversas insidias, fraudes, et dolos. Hæc autem tropice dixit, metaphora desumpta a venatoribus, et laqueos, 1540 casses, et retia extendentibus.

VERS. 7. « Dixi Domino: Deus meus es tu. » Ego autem, despectis omnibus humanis me ipsum tibi commendavi, et te Dominum ac Deum novi, et a te opem exspecto.

Exaudi, Domine, vocem deprecationis meæ. [VERS. 8] Domine, Domine, virtus salutis meæ. » Hæc repetitio credentis et amantis est. In te, ait, salutis spem habeo: tu enim solus salutem afferre potes. « Obumbrasti super caput meum die belli. » Et hoc experientia didici: etenim quando cum Goliatho singulare certamen habui, et quando contra Allophylos in acie steti, veluti scuto auxilio tuo munivisti me

ζ'. « Ἐξάρξατε τῷ Κυρίῳ ἐν ἐξομολογήσει· A ψάλατε τῷ Θεῷ ἡμῶν ἐν κιθάρᾳ. » Ταύτην τοίνυν [42] εἰδότες τοῦ Θεοῦ τὴν ἀγαθότητα, καὶ σοφίαν, καὶ δύναμιν, ἄρχεσθε τῆς ὑμνῳδίας ὀργάνοις τοῖς συνήθεσι χρώμενοι.

η'. « Τῷ περιβάλλοντι τὸν οὐρανὸν ἐν νεφέλαις, τῷ ἑτοιμάζοντι τῇ γῇ ὑετόν. » Ἀμφότερα καὶ τῆς δυνάμεως, καὶ τῆς ἀγαθότητος δείγματα. Ὡς ἀγαθὸς μὲν γάρ, καὶ φιλάνθρωπος, προμηθεῖται τῶν ἐπὶ γῆς· ὡς παντοδύναμος δὲ, μετέωρον φέρει τῶν ὑδάτων τὴν φύσιν, καὶ τοῦ οὐρανοῦ συγκαλύπτει τὴν θέαν, ὀροφόν τινα μέσον οὐρανοῦ καὶ γῆς διὰ τῶν νεφῶν τεκταινόμενος, καὶ ταῖς ὠδῖσι τούτων ἄρδων τὴν γῆν. Εἶτα τὴν ἐντεῦθεν φυομένην δείκνυσι χρείαν. « Τῷ ἐξανατέλλοντι ἐν ὄρεσι χόρτον, καὶ [43] χλόην τῇ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων. » Οὐ γὰρ μόνον τὴν B ὑπ' ἀνθρώπων γεωργουμένην ἄρδει γῆν, ἀλλὰ καὶ τὰ ὄρη, καὶ τοὺς ἐρήμους χώρους, τὸν ἐκ τούτων φυόμενον χιλὸν προσφέρων τοῖς κτήνεσι. Καὶ τοῦτο μὲν διὰ τὴν εἰς ἀνθρώπους εὐεργεσίαν ποιεῖ· τοῖς ἀνθρώποις γὰρ ὑπουργεῖν τὰ κτήνη προσέταξεν.

θ'. Καὶ [44] διδόντι κτήνεσι τροφὴν αὐτῶν, καὶ τοῖς νεοσσοῖς τῶν κοράκων τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτόν. » Οὐ λογικὴ τῶν κοράκων ἡ φύσις, οὐδ' ὅτι λογικῶς ἐπικαλεῖται τὸν ποιητήν· ἀλλ' ἡ διὰ τὴν χρείαν κραυγὴ μιμεῖται τὴν αἴτησιν. Ἐντεῦθεν ἡγοῦμαι καὶ τὸν Δεσπότην Χριστὸν, τῶν ἄλλων πτηνῶν καταλιπόντα τὴν μνήμην, τῶν κοράκων μνησθῆναι, καὶ τοῖς μαθηταῖς εἰπεῖν, « Ἀποβλέψατε [45] εἰς τοὺς κόρακας, ὅτι οὐ [46] σπείρουσιν, οὐδὲ συνάγουσιν C εἰς ἀποθήκας, καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τρέφει αὐτούς. »

ι', ια'. « Οὐκ ἐν τῇ δυναστείᾳ τοῦ ἵππου θελήσει, οὐδὲ ἐν ταῖς κνήμαις τοῦ ἀνδρὸς εὐδοκεῖ. Εὐδοκεῖ Κύριος ἐν τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν, καὶ ἐν τοῖς [47] ἐλπίζουσιν ἐπὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ. » Οὐ ῥώμῃ σώματος, φησὶ, καὶ ἱππικῇ τέχνῃ, καὶ ταχύτητι ποδῶν ὁ Θεὸς ἐπιτέρπεται· ἀλλὰ καλαῖς πράξεσιν [48], ὧν δημιουργὸς ἡ εὐλάβεια. Οὐ μόνον δὲ τούτων προμηθεῖται σπουδαίως, ἀλλὰ καὶ τῶν περιπεπτωκότων ἁμαρτίαις, μεταμελείᾳ δὲ χρησαμένων, καὶ στηριχθέντων τῇ τῆς φιλανθρωπίας ἐλπίδι. Οὐ γὰρ μόνον τοῖς τελείοις τῆς ἀρετῆς ἀθληταῖς ἔφη τὸν Θεὸν εὐδοκεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῖς τὸν θεῖον προσμένουσιν ἔλεον. D

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΡΜΖ' ΨΑΛΜΟΥ.

Ἀλληλούϊα [49]. Ὑμνεῖν [50] καὶ ἐνταῦθα παρακελεύεται ὁ προφητικὸς λόγος. Προλέγει δὲ καὶ τὴν μετὰ τὴν ἐπάνοδον γεγενημένην νίκην. Πρὸς δὲ ταύτῃ, καὶ τὰ τῶν ἀποστόλων προθεσπίζει κηρύγματα, πᾶσαν ὅτι τάχιστα διαδραμόντα τὴν οἰκουμένην.

VERS. 7. « Præcinite Domino cum confessione, psallite Deo nostro cum cithara. » Hanc igitur scientes Dei bonitatem, et sapientiam, et virtutem, incipite hymnorum cantilenam usitatis instrumentis utentes.

* VERS. 8. « Qui operit cœlum nubibus, et parat terræ pluviam. » Utraque sunt signa, et potentiæ, et bonitatis. Nam ut bonus et benignus, eorum quæ supra terram sunt curam gerit, ut omnipotens autem, aquarum naturam in sublime tollit, cœlique aspectum operit, per nebulas fabricans veluti quoddam tectum inter cœlum et terram, et harum partubus terram irrigans. Deinde fructum, qui hinc oritur, ostendit. « Qui producit in montibus fenum, et herbam servituti hominum. » Nam non solum terram ab hominibus cultam **1572** irrigat, sed etiam montes et deserta loca, pabulum ex his ortum animalibus præbens. Et hoc quidem facit, ut beneficiis homines afficiat: animalia enim hominibus servire jussit.

VERS. 9. « Qui dat jumentis escam ipsorum, et pullis corvorum invocantibus eum. » Non est rationis particeps corvorum natura, neque rationis ductu opificem invocat, sed clamor ob necessitatem emissus petitionem imitatur. Hinc opinor etiam Dominum Christum, aliarum avium memoria prætermissa, corvorum meminisse, et discipulis dixisse: « Respicite ad corvos, quia non seminant, neque congregant in horrea, et Pater vester cœlestis pascit illos [a]. »

VERS. 10, 11. « Non in fortitudine equi delectabitur, nec in tibiis viri beneplacitum erit ei. Beneplacitum est Domino in eis qui timent eum, et in eis, qui sperant super misericordia ejus. » Non corporis robore, ait, et equestri arte, et pedum celeritate Deus delectatur, sed bonis actionibus oblectatur, quarum auctor est religio. Cæterum non modo horum studiose gerit curam, sed etiam illorum, qui in peccata prolapsi sunt, et pœnitentia utuntur, et benignitatis spe confirmantur. Non solum enim perfectis virtutis athletis delectari Deum dicit, sed etiam his, qui divinam exspectant misericordiam.

1573 INTERP. PSALMI CXLVII.

Alleluia. Etiam hoc in loco sermo propheticus hortatur ut Deum laudemus. Prædicit autem etiam post obtentum * reditum victoriam. Ac præterea prædicationes quoque apostolorum vaticinatur, quæ totum terrarum orbem quam celerrime percurrerunt.

[a] Luc. XII, 14.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[42] *Τοίνυν.* Abest a cod. 1. [43] *Καὶ — ἀνθρώπων.* Des. in textu Hebr. et in cod. Alex. [44] *Καί.* Abest a cod. 1. [45] cod 1 ἐμβλέψατε. [46] cod. 1 οὔτε. [47] *Τοῖς.* In textu τῶν O' præm. πᾶσι. [48] *Ἀλλὰ καλ. πράξεσιν.* cod. 1 ἀλλὰ ἀγαθαῖς ἐπιτέρπεται πράξεσιν. [49] *Ἀλλ.* In textu τῶν O' sequitur Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου. [50] *Ὑμνεῖν — οἰκουμένην.* Ad Orig. hæc referuntur apud Cord. l. c. p. 819.

VERS. 12, 13. « Lauda, o Hierosolyma, Dominum, lauda Deum tuum, Sion. Quoniam confortavit vectes portarum tuarum. » Per inexpugnabile Dei auxilium, et ab hostibus liberata, et non expugnata manens, o Hierosolyma, hymnos beneficii auctori repende. *Hierosolymam* autem non ædificia vocat, sed ejus incolas. « Benedixit filiis tuis in te. » Nam benedictione accepta de procreandis liberis, et multis, in multitudinem aucta es.

VERS. 14. « Qui ponit fines tuos pacem. » Undique tibi pacem donavit. Exterriti enim eorum, qui in bello occubuerunt, metu, cæteri redire non iterum audent. « Et adipe frumenti satiat te. » Copiose etiam dedit tibi bona e terra orta. *Adipem* enim *frumenti* fructuum affluentiam vocavit, a parte totum vocans; nam *frumentum* est triticum, *adeps* autem *frumenti* est pulcherrimus panis. Per hunc autem fructus alios declaravit. Verum hac providentia olim Judæi potiti sunt: post rabiem vero, qua in Salvatorem perciti fuerunt, omnibus bonis orbati sunt. Propterea sermo propheticus de illis hæc effatus, gentium vaticinatur salutem.

VERS. 15. « Qui mittit eloquium suum terræ, velociter currit sermo ejus. » *Sermonem* hoc loco Evangelii prædicationem vocavit. Hanc **1574** autem non Judæis solum, sed etiam gentibus omnibus misit. « Euntes enim, inquit, docete omnes gentes [a]. » Ostendit vero quoque celeritatem cursus. Brevi enim tempore totam terram et mare doctrina impleverunt. Hoc prævidens Propheta dicit: « Velociter currit sermo ejus. » Id vero non novum, nec supra fidem est, omnia enim divinæ voluntati cedunt. Itaque aquarum naturam, cum una sit, mox ut voluit, in infinitas species transfert.

VERS. 16, 17. « Qui dat nivem sicut lanam, nebulam sicut cinerem spargit. Mittit crystallum suam sicut buccellas. » Nam ex una aquarum natura fit et glacies solida et resistens, et nix rara et mollis, et lanæ fracturam imitans. Fit etiam pulvis humidus: talis enim est nebulæ natura. « Coram frigore * ejus quis consistet? » Aerem etiam facile immutat, et eum qui modo calidus erat, paulo post frigidum facit.

VERS. 18. « Emittet verbum suum, et liquefaciet ea, flabit spiritus ejus, et fluent aquæ. » Sed rursus cum vult aquam conglaciatam facile dissolvit, et per rivos currere facit. Nam spirante austro, et nix, et glacies solvitur. Non temere autem de his narrationem instituit, sed alia per hæc indicans. Quemadmodum enim nix deorsum deleta montes implet,

ιβ', ιγ'. « Ἐπαίνει, Ἱερουσαλὴμ, τὸν Κύριον, αἴνει τὸν Θεόν σου, Σιών. Ὅτι ἐνίσχυσε τοὺς μοχλοὺς τῶν πυλῶν σου. » Διὰ τὴν ἄμαχον τοῦ Θεοῦ ῥοπὴν, καὶ τῶν πολεμίων ἀπαλλαγεῖσα, καὶ ἀπολιόρκητος, ὦ Ἱερουσαλὴμ, μείνασα, ὕμνοις ἀμείβου τὸν εὐεργέτην. *Ἱερουσαλὴμ* δὲ οὐ τὰς οἰκοδομίας καλεῖ, ἀλλὰ τοὺς ταύτης οἰκήτορας. « Εὐλόγησε τοὺς υἱούς σου ἐν σοί. » Εὐπαιδίας γὰρ καὶ πολυπαιδίας εὐλογίαν λαβοῦσα εἰς πλῆθος ηὐξήθης.

ιδ'. « Ὁ τιθεὶς τὰ ὅριά σου εἰρήνην. » Δεδώρηταί σοι καὶ πανταχόθεν εἰρήνην. Ἐκδειματωθέντες γὰρ τῷ δέει τῶν ἀναιρεθέντων ἕτεροι πάλιν ἐπανελθεῖν οὐ τολμῶσιν. » Καὶ στέαρ πυροῦ ἐμπιπλῶν σε. » Ἐπέκλυσέ τε καὶ τοῖς ἀπὸ γῆς ἀγαθοῖς. *Στέαρ* γὰρ *πυροῦ* τῶν καρπῶν τὴν ἀφθονίαν ἐκάλεσεν, ἀπὸ τοῦ μέρους τὸ πᾶν ὀνομάσας. *Πυρὸς* γάρ ἐστιν ὁ σῖτος, *στέαρ* δὲ *πυροῦ* ὁ κάλλιστος ἄρτος. Δεδήλωκε δὲ διὰ τούτου καὶ τοὺς ἄλλους καρπούς. Ἀλλὰ ταύτης πάλαι τῆς προνοίας ἀπήλαυον Ἰουδαῖοι· κατὰ δὲ τοῦ Σωτῆρος λυττήσαντες ἔρημοι πάντων ἐγένοντο τῶν ἀγαθῶν. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ προφητικὸς λόγος ταῦτα περὶ ἐκείνων διεξελθὼν, τῶν ἐθνῶν προθεσπίζει τὴν σωτηρίαν.

ιε'. « Ὁ ἀποστέλλων τὸ λόγιον αὐτοῦ τῇ γῇ, ἕως τάχους δραμεῖται ὁ λόγος αὐτοῦ. » *Λόγον* ἐνταῦθα εὐαγγελικὸν ἐκάλεσε κήρυγμα. Τοῦτο δὲ οὐχ Ἰουδαίοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ἀνθρώποις ἀπέστειλε. « Πορευθέντες γὰρ, φησὶ, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη. » Ἔδειξε δὲ καὶ τὴν ὀξύτητα τοῦ δρόμου. Ἐν ὀλίγῳ γὰρ χρόνῳ πᾶσαν γῆν καὶ θάλασσαν τῆς διδασκαλίας ἐπλήρωσαν. Τοῦτο προορῶν ὁ Προφήτης ἔφη, « Ἕως τάχους δραμεῖται ὁ λόγος αὐτοῦ. » Καὶ καινὸν οὐδὲν, οὐδὲ παράδοξον. Πάντα γὰρ εἴκει τῷ θείῳ βουλήματι. Αὐτίκα τοίνυν τῶν ὑδάτων τὴν φύσιν μίαν οὖσαν εἰς μυρίας ἰδέας βουληθεὶς μεταβάλλει.

ις', ιζ'. « Διδόντος [81] χιόνα αὐτοῦ ὡσεὶ ἔριον, ὁμίχλην ὡσεὶ σποδὸν πάσσοντος. Βάλλοντος κρύσταλλον αὐτοῦ [82] ὡσεὶ ψωμούς. » Ἐκ γὰρ τῆς μιᾶς τῶν ὑδάτων οὐσίας γίνεται μὲν ἀντίτυπος κρύσταλλος· γίνεται δὲ χιὼν μανή τε καὶ μαλακὴ, καὶ ἐρίου κάταγμα μιμουμένη· γίνεται δὲ καὶ κόνις ὑγρά. Τοιαύτη γὰρ τῆς ὁμίχλης ἡ φύσις. « Κατὰ πρόσωπον τοῦ ψύχους αὐτοῦ τίς ὑποστήσεται; » Καὶ τὸν ἀέρα δὲ μεταβάλλει ῥᾳδίως, καὶ τὸν ἄρτι φλογώδη μετ' ὀλίγον κρυμώδη ποιεῖ.

ιη'. « Ἐξαποστελεῖ [83] τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ τήξει αὐτά· πνεύσει τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ ῥυήσεται ὕδατα. » Ἀλλὰ πάλιν βουληθεὶς τὸ παγὲν ὕδωρ διαλύει ῥᾳδίως, καὶ κρουνηδὸν φέρεσθαι τοῦτο ποιεῖ. Τοῦ γὰρ νότου πνέοντος, καὶ χιὼν, καὶ κρύσταλλος λύεται. Οὐχ ἁπλῶς δὲ τούτων ἐποιήσατο τὴν διήγησιν, ἀλλὰ ἕτερα διὰ τούτων σημαίνων. Καθάπερ γὰρ ἡ χιὼν

[a] Matth. XXVIII, 19.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[81] *Διδόντος*. In textu τῶν Ο' præm. τοῦ. [82] *Κρύσταλλον αὐτοῦ*. Hebr. *Glaciem suam*. [83] Rec. lectio al. l. est ἀποστελεῖ.

καταφερομένη τὰ ὄρη πληροῖ· τηκομένη δὲ εἰς τοὺς A παρακειμένους χωρεῖ ποταμοὺς, καὶ χωρίοις ἑτέροις ἀρδεία προσφέρεται· οὕτω τῶν θεοσδότων ἀγαθῶν ἡ φορὰ πρώτοις μὲν προσηνέχθη τοῖς Ἰουδαίοις· ἐκείνων δὲ παραπεμψαμένων τὴν χάριν, διὰ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων, ὥσπερ διά τινων ποταμῶν, ἡ τῆς διδασκαλίας ἀρδεία προσηνέχθη τοῖς ἔθνεσιν.

ιθ'. « Ὁ [54] ἀποστέλλων τὸ λόγιον αὐτοῦ τῷ Ἰακὼβ· δικαιώματα καὶ κρίματα αὐτοῦ τῷ Ἰσραήλ. » Πάλαι μὲν τὸν νόμον, μετὰ δὲ ταῦτα καὶ τὴν χάριν· ἀλλ' ἀνάξιοι ἑκατέρων ἐδείχθησαν.

κ'. « Οὐκ ἐποίησεν οὕτως παντὶ ἔθνει, καὶ τὰ κρίματα αὐτοῦ οὐκ ἐδήλωσεν [55]. » Οὐδενὶ γὰρ τῶν ἐθνῶν τὸν διὰ Μωσοῦ δέδωκε νόμον, οὔτε τὴν διὰ τῶν προφητῶν προσενήνοχεν ὠφέλειαν. Τούτους δὲ μόνους τῆς τοιαύτης ἀρδείας ἠξίωσεν· ἀλλ' ἀχάριστοι περὶ B τὸν εὐεργέτην ἐγένοντο. Τὰ δὲ ἔθνη, διὰ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων τοῦ νοεροῦ φωτὸς τὴν αἴγλην δεξάμενα, τὸν οἰκεῖον ἐπέγνω δημιουργὸν, καὶ τούτῳ προσφέρει τὸ σέβας διηνεκῶς.

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΡΜΗ' ΨΑΛΜΟΥ.

α'. « *Ἀλληλούϊα, ἀλληλούϊα* [56]. Διπλῆν ἐποιήσατο τὴν παρακέλευσιν ὁ Προφήτης, εἰς πλείονα προθυμίαν τὰς ψυχὰς παραθήγων. Ὕμνος δὲ καὶ οὗτος ἕτερος τὴν κτίσιν ἅπασαν, νοητήν τε καὶ αἰσθητὴν, λογικήν τε καὶ ἄλογον, ἔμψυχόν τε καὶ ἄψυχον, εἰς μίαν συμφωνίαν τῆς ὑμνῳδίας διεγείρων. Οὐρανὸν μέντοι καὶ γῆν, καὶ ἀβύσσους, καὶ τοὺς κατ' οὐρανὸν φωστῆρας, καὶ ὄρη, καὶ φυτὰ, καὶ τ' ἄλλα ὅσα τοιαῦτα, ὅσα [57] ψυχῆς καὶ λόγου μετέχοντα, προσφέρειν τὸν C ὕμνον παρεγγυᾷ. Ἀλλ' εἰς ταῦτα τοῦ λόγου μετειληχότας ἀποβλέπειν κελεύει, καὶ τὴν ἐν τούτοις φαινομένην σοφίαν καταμανθάνοντας τὸν Ποιητὴν ἀνυμνεῖν. « Αἰνεῖτε τὸν Κύριον ἐκ τῶν οὐρανῶν, αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τοῖς ὑψίστοις. » Δύο οὐρανοὺς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γεγενῆσθαι ὁ μέγας ἡμᾶς ἐδίδαξε Μωσῆς· τόνδε σὺν τῇ γῇ γεγενημένον, καὶ τὸν ὕστερον μέσον τῶν ὑδάτων προσταχθέντα γενέσθαι, ὃν καὶ στερέωμα προσηγόρευσε. Διὰ τοῦτο ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ ἐκ τῶν ὑψίστων, ὑμνεῖσθαι προσέταξε τὸν Θεόν· ἀντὶ τοῦ, καὶ τοὺς ἐν τούτῳ καὶ τοὺς ἐν ἐκείνῳ διάγοντας τῶν ἀσωμάτων χορούς. Ἐπειδὴ καὶ [58] ὁ θεῖος Μωσῆς οὐδὲν ἡμᾶς περὶ τῆς τῶν νοερῶν φύσεων δημιουργίας ἐδίδαξεν, ἀναγκαίως ὁ Προφήτης D ἐνταῦθα καὶ τὴν τούτων ἐποιήσατο μνήμην. Διὸ καὶ προσφέρειν τῷ Ποιητῇ τὸν ὕμνον παρεγγυᾷ. Τοῦτο γὰρ αὐτῷ παρὰ τῶν ποιημάτων τὸ χρέος ὀφείλεται, καὶ πᾶν ὑπ' αὐτοῦ γενόμενον, καὶ λόγῳ τετιμημένον, προσήκει τοῦτο διὰ παντὸς ἐκτίνειν τὸ ὄφλημα. Εἰ δὲ τὰ κτιστὴν ἔχοντα φύσιν ὑμνεῖ, οὔτε δὲ ὁ Υἱὸς τοῖς ὑμνοῦσιν, οὔτε τὸ πανάγιον συντέτακται Πνεῦμα, δῆλον ὅτι τῆς κτιστῆς οὐχ ὑπάρχουσι φύσεως· ἢ γὰρ ἂν, πρὸ τῶν ἄλλων τὸν ποιητὴν ὕμνησαν, ὡς δικαιο-

liquefacta vero in proximos fluvios fertur, et aliis locis irrigationem affert, sic bonorum affluentia divinitus data, Judæis primis sane oblata fuit, **1575** illis vero gratiam renuentibus, per sacros apostolos, veluti per quosdam fluvios, doctrinæ irrigatio gentibus est oblata

Vers. 19. « Qui annuntiat verbum suum Jacobo: justitias et judicia sua Israeli. » Olim quidem legem, postea vero et gratiam: sed utroque indigni cogniti sunt.

Vers. 20. « Non fecit ita ulli nationi, et judicia sua non manifestavit. » Nulli enim gentium per Mosen legem dedit, neque per prophetas utilitatem attulit: hos autem solos hac irrigatione dignos habuit. Tamen ingrati erga beneficii auctorem fuerunt. Gentes autem, cum per sanctos apostolos spiritualis luminis radium accepissent, creatorem suum agnoverunt, et huic continue cultum deferunt.

INTERP. PSALMI CXLVIII.

Vers. 1. *Alleluia, Alleluia.* Duplicem admonitionem Propheta fecit, ut ad majorem alacritatem animos accenderet. Hic alius est hymnus, omnem creaturam, et quæ sub intelligentiam cadit, et quæ sub sensum, rationis compotem, et rationis expertem, animatam et inanimatam, ad unum quasi concentum canendorum hymnorum excitans. Cœlum igitur, et terram, et abyssos, et luminaria quæ in cœlo sunt, et montes, et plantas, et alia hujusmodi quæcunque animam et rationem habent, hymnum offerre præcipit. Verum in hæc eos qui ratione præditi sunt, intueri jubet, et sapientiam quæ in his cernitur discentes, Creatorem celebrare. « Laudate **1576** Dominum de cœlis, laudate eum in excelsis. » Duos cœlos a Deo factos esse magnus Moses nos edocuit, unum simul cum terra conditum, alterum postea medium inter aquas fieri jussum, quod et firmamentum appellavit. Propterea de cœlis et de excelsis Deum laudari præcepit, hoc est, eos qui et in hoc, et in illo degunt, incorporeorum choros. Quoniam enim divinus Moses nihil de naturæ cœlestium spirituum creatione nos docuit, necessario hic Propheta horum etiam fecit mentionem. Propterea ut offerant Creatori hymnum mandat: quandoquidem hoc illi debitum a creaturis debetur, et omni quod ab ipso conditum et ratione honoratum est, hoc debitum semper exsolvere convenit. Quod si autem ea quæ creatam naturam habent laudant, et neque Filius, neque sanctus Spiritus cum laudantibus connumeratus est, patet, hos creatæ naturæ haudquaquam esse: alioquin ante omnes alios opificem laudarent,

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[54] *Ὁ — λόγιον*. Rec. lectio est Ἀπαγγέλλων τὸν λόγον. [55] *Ἐδήλ.* cod. 1 add. αὐτοῖς ut in textu τῶν Ο'. [56] *Ἀλληλ.* Non repetitur in cod. 1 [57] *Ὅσα.* cod. 1 οὐχ ὡς. [58] *Καί.* cod. 1 γάρ.

ut fontes justitiæ justum honorantes. Sed nec Filius laudat, nec Spiritus sanctus: non igitur creatæ naturæ est aut Filius, aut Spiritus sanctus. Nimirum laudatur et ipse, et Spiritus sanctus, quandoquidem non est aliud quid medium inter eos qui laudant, et qui laudantur: sed laudat creatura, et Creator laudatur. Si autem aliquis suum Conditorem non laudat, tanquam ingratus non laudat. Verum hæc copiosius in libris de Spiritu sancto exposuimus. Ergo ad continuationem interpretationis transeamus.

Vers. 2. « Laudate eum, omnes angeli ejus, laudate eum, omnes virtutes **1577** ejus. » *Angelos* et *Virtutes* intelligentes naturas vocat. *Angelos* quidem, ut qui divina verba transmittant. *Virtutes* vero, quia corporeis affectibus carent, et jussa perficere possunt. « Potentes enim, inquit, virtute facientes verbum ejus [b]. » Totam enim naturam intelligibilium per hæc nomina comprehendit. Cæterum admodum congruenter cœlestes choros primos, in hymnorum cantilenam vocavit.

Vers. 3. « Laudate eum, sol et luna; laudate eum, omnia astra et lumen. » * Symmachus sic: *Laudate eum, omnes stellæ luminis*: sic etiam cæteri. At secundum Septuaginta sic est intelligendum. Primo die lucem Deus fecit, quarto vero luminaria: et propterea seorsum luminis mentionem fecit, non quod per seipsum consistat, sed quia in luminaribus distributum est. Hæc vero, ut jam supra diximus, propheta convocat, non veluti animata et rationem habentia: sed ut nos in hæc intueamur, Deique sapientiam discamus, et per omnia ut ipsi laudes texamus, adhortatur.

Vers. 4. « Laudate eum, cœli cœlorum, et aquæ, quæ super cœlis sunt. « Firmamento aquarum naturam Deus divisit, inexplicabili sapientia maximam ipsis distinctionem impertiens. Et super aquas compactas immensum luminarium ignem decurrere jussit. Aqua autem et ignis sibi invicem adversantur: sed tamen neque ignis aqua exstinguitur, neque coacta illa aqua **1578** immenso igne dissolvitur. Porro hæc Dei inexplicabilem potentiam ostendunt. *Cœlos* autem multitudinis numero vocavit, non quod multos eos esse sciret, sed quod Hebræam linguam secutus sit, siquidem numero multitudinis illi hos vocant, sicut nos Athenas et Thebas dicimus. Denique quos hic *cœlos cœlorum* vocavit, alibi *cœlum cœli* nuncupavit. « Cœlum enim, inquit, cœli Domino [c]. »

Vers. 5. « Laudent nomen Domini, quia ipse dixit et facta sunt: ipse mandavit et creata sunt. » Dignum est enim laudare illum, qui cuncta verbo fabricatus est.

[b] Psal. cii, 20. [c] Psal. cxiii, 16.

A σύνης πηγαὶ τιμῶσαι τὸ δίκαιον. Ἀλλ᾽ οὔτε ὁ Υἱὸς ὑμνεῖ, οὔτε τὸ πανάγιον Πνεῦμα [59]· οὐ τοίνυν κτιστῆς ἐστι φύσεως, οὔτε ὁ Υἱὸς, οὔτε τὸ πανάγιον Πνεῦμα [59]. Ὑμνεῖται δηλονότι καὶ αὐτὸς, καὶ τὸ πανάγιον Πνεῦμα· οὐ γάρ ἐστιν ἄλλο τι μέσον τῶν ὑμνούντων καὶ ὑμνουμένων, ἀλλ᾽ ἡ μὲν κτίσις ὑμνεῖ, ὁ δὲ Κτίστης ὑμνεῖται. Εἰ δέ τις τὸν Κτιστὴν οὐχ ὑμνεῖ, ὡς ἀχάριστος οὐχ ὑμνεῖ. Ἀλλὰ ταῦτα πλατύτερον ἐν τοῖς περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διεξήλθομεν λόγοις. Οὐκοῦν ἐπὶ τὰ συνεχῆ τῆς ἑρμηνείας βαδίσωμεν.

β΄. « Αἰνεῖτε αὐτὸν, πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ· αἰνεῖτε αὐτὸν, πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ. » *Ἀγγέλους* καὶ *δυνάμεις* τὰς νοερὰς φύσεις καλεῖ. *Ἀγγέλους* μὲν, ὡς τὰ θεῖα διαπορθμεύοντας [60] ῥήματα· *δυνάμεις* δὲ, ὡς τῶν σωματικῶν παθῶν ἐλευθέρας, καὶ B πληροῦν τὰ κελευόμενα δυναμένας. « Δυνατοὶ γὰρ, φησὶν, ἰσχύϊ ποιοῦντες τὸν λόγον αὐτοῦ. » Πᾶσαν μέν τοι τῶν νοερῶν τὴν φύσιν διὰ τούτων περιέλαβε τῶν ὀνομάτων. Μάλα δὲ ἁρμοδίως τοὺς ἐπουρανίους χοροὺς πρώτους [61] εἰς ὑμνῳδίαν ἐκάλεσε.

γ΄. « Αἰνεῖτε αὐτὸν, ἥλιος καὶ σελήνη, αἰνεῖτε αὐτὸν, πάντα τὰ ἄστρα καὶ τὸ φῶς. » Ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως, *Ὑμνεῖτε αὐτὸν, πάντες ἀστέρες φωτός*· οὕτω δὲ καὶ οἱ ἄλλοι. Κατὰ τοὺς Ἑβδομήκοντα δὲ οὕτω νοητέον· Τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τὸ φῶς ἐδημιούργησεν ὁ Θεὸς, τῇ τετάρτῃ δὲ τοὺς φωστῆρας· καὶ διὰ τοῦτο τοῦ φωτὸς χωρὶς ἐμνημόνευσεν, οὐχ ὡς καθ᾽ ἑαυτὸ ὑφεστῶτος, ἀλλ᾽ ὡς ἐν τοῖς φωστῆρσι διανεμηθέντος. Ταῦτα δὲ, ὡς καὶ ἤδη προειρήκαμεν, οὐχ ἔμ- C ψυχα [62] καὶ λογικὰ συγκαλεῖ· ἀλλ᾽ ἡμᾶς ἀφορᾷν εἰς ταῦτα, καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν σοφίαν καταμανθάνειν, καὶ διὰ πάντων αὐτῷ πλέκειν τὴν ὑμνῳδίαν παρεγγυᾷ.

δ΄. « Αἰνεῖτε αὐτὸν, οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν, καὶ τὸ ὕδωρ τὸ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν. » Τῷ στερεώματι διεχώρισεν ὁ Θεὸς τῶν ὑδάτων τὴν φύσιν, τῇ ἀῤῥήτῳ σοφίᾳ τὴν ἐπὶ πλεῖστον αὐτοῖς διανομίαν [63] μηχανώμενος. Καὶ ἐπὶ τῶν πεπηγότων ὑδάτων τὸ ἄπειρον τῶν φωστήρων ὁδεύειν προσέταξε πῦρ· ὕδωρ δὲ καὶ πῦρ ἐναντία ἀλλήλοις· ἀλλ᾽ ὅμως οὔτε τοῖς ὕδασι τὸ πῦρ [64] κατασβέννυται, οὔτε τὸ πεπηγὸς ὕδωρ τῷ ἀπείρῳ πυρὶ κατατήκεται. Δείκνυσι δὲ ταῦτα τοῦ Θεοῦ τὴν ἄῤῥητον δύναμιν. Πληθυντικῶς δὲ τοὺς *οὐρανοὺς* ὠνόμασεν, οὐ πολλοὺς τούτους εἰδὼς, ἀλλὰ D τῇ Ἑβραίων ἀκολουθήσας φωνῇ· πληθυντικῶς γὰρ τούτους ἐκεῖνοι καλοῦσιν, ὡς ἡμεῖς Ἀθήνας, καὶ τὰς Θήβας. Ἀμέλει οὓς [65] ἐνταῦθα *οὐρανοὺς οὐρανῶν* ἐκάλεσεν, ἑτέρωθι [66] *οὐρανὸν οὐρανοῦ* προσηγόρευσεν. « Ὁ οὐρανὸς γὰρ, φησὶ, τοῦ οὐρανοῦ τῷ Κυρίῳ. »

ε΄. « Αἰνεσάτωσαν τὸ ὄνομα Κυρίου· ὅτι αὐτὸς εἶπε καὶ ἐγενήθησαν· αὐτὸς [67] ἐνετείλατο καὶ ἐκτίσθησαν. » Ἄξιον γὰρ, φησὶν, ὑμνεῖν τὸν λόγῳ πάντα ταῦτα τεχνηνάμενον.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[59] *Πνεῦμα*. cod. 1 add. Εἰ δὲ μὴ ὑμνεῖ ὁ Υἱὸς, μήτε τὸ πανάγιον Πνεῦμα. [60] cod. 1 πορθμεύοντας. [61] *Πρώτους*. Des. in cod. 1. [62] *Ἔμψυχα*. cod. 1 præm. ὡς. [63] cod. 1 διαμονὴν, pro διανομὴν, ut videtur. [64] *Τὸ πῦρ*. In cod. 1 ponitur post κατασβέννυται. [65] *Οὕς*. cod. 1 præm. ὡς ἑτέρωθι. [66] *Ἑτέρ*. Des. h. in cod. 1. [67] *Αὐτὸς — ἐκτίσθ*. Des. in textu τῶν Ο΄.

ς'. « Ἔστησεν αὐτὰ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· πρόσταγμα ἔθετο, καὶ οὐ παρελεύσεται. » Οὐ μόνον δὲ ἐδημιούργησεν, ἀλλὰ καὶ προμηθούμενος αὐτῶν διατελεῖ· ὅθεν καὶ τὸ διαρκὲς ἔχουσιν, ὡς [68] ἂν αὐτὸς ἐθελήσῃ. Οὐδὲ γὰρ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ τεθέντας ὅρους παραβῆναι δυνήσεται [69]. Τὰ μὲν οὖν ἄψυχα, καὶ μέντοι καὶ τῶν ἄλλων [70] τὰ γένη, τοὺς τεθέντας αἰσχύνεται νόμους· μόνη δὲ τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις, ἡ λόγῳ τετιμημένη, παραβαίνει τοὺς νόμους. Καὶ ἡ μὲν θάλασσα τοὺς ὅρους ἐπίσταται, καὶ τὴν ψάμμον αἰσχύνεται, καὶ νὺξ καὶ ἡμέρα τὰ τεθέντα φυλάττουσι μέτρα· ἄνθρωποι δὲ τῶν θείων νόμων καταφρονοῦσιν. Οὕτω δὲ καὶ [71] τὰ ἐπουράνια καὶ οὐράνια εἰς κοινωνίαν τῆς ὑμνῳδίας καλέσας, εἰς τὴν γῆν μεταβαίνει τὴν κοινὴν τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν ἀλόγων μητέρα.

ζ'. « Αἰνεῖτε τὸν Κύριον ἐκ τῆς γῆς. » Εἶτα κατὰ μέρος, *Δράκοντες, καὶ πᾶσαι ἄβυσσοι*. Μέρος τῆς γῆς ἡ θάλασσα, ἐν δὲ ταύτῃ τὰ κήτη. Ἀξιάγαστος δὲ τοῦ Δημιουργοῦ καὶ αὕτη ἡ πρόνοια, ὅτι τὰ ὑπερμεγέθη καὶ ὑπέρογκα ζῶα [72] δημιουργήσας, τοῖς ἀπλώτοις ἐγκαθεῖρξε πελάγεσι· δείξας μὲν τῇ δημιουργίᾳ, [73] καὶ τῇ τούτων μνήμῃ δεδιττόμενος τοὺς ἀνθρώπους, τῷ δὲ τὴν ἐντεῦθεν κωλῦσαι λώβην κηρύττων τὴν ἀγαθότητα.

η'. « Πῦρ, χάλαζα, χιών, κρύσταλλος, πνεῦμα καταιγίδος. » Καὶ [74] ταῦτα ἐξ ὑδάτων ἔχει τὴν ἀφορμήν. Ἐν ἀέρι δὲ γίνεται καὶ χάλαζα, καὶ χιών, καὶ κρύσταλλος, καὶ τὰ σφοδρὰ πνεύματα. Ταῦτα γὰρ *καταιγίδας* ἐκάλεσε. Καὶ τὸ πῦρ δὲ ὡσαύτως οὐ μόνον ἐν γῇ, ἀλλὰ καὶ ἐν ἀέρι φαινόμενον ἔστιν ἰδεῖν. Καὶ γὰρ ἀστραπαί, καὶ κεραυνοί, καὶ πρηστῆρες, ἐξ ἀέρος ἐπιφέρονται. « Τὰ ποιοῦντα τὸν λόγον αὐτοῦ. » Καὶ ταῦτα δέ, φησί, τοῖς αὐτοῦ νεύμασιν εἴκει, οὐχ ὡς ἔμψυχα καὶ λογικά, ἀλλ' ὡς ἑπόμενα τῷ βουλήματι. Νεύοντος γὰρ τοῦ Θεοῦ τούτων ἕκαστον γίνεται.

θ'. « Τὰ ὄρη καὶ πάντες οἱ βουνοί, ξύλα καρποφόρα, καὶ πᾶσαι κέδροι. » Ἱκανὰ καὶ ταῦτα εἰς εὐχαριστίαν κινῆσαι ἡμῶν τὰς γλώττας. Οὐ γὰρ μόνον τὸ τούτων μέγεθος ἀξιάγαστον, ἀλλὰ καὶ ἡ ἐντεῦθεν φυομένη χρεία· πλείστη γὰρ καὶ παντοδαπή.

ι'. « Τὰ θηρία, καὶ πάντα τὰ κτήνη. » Κατὰ διαίρεσιν καὶ ταῦτα. Οὐ γὰρ ἁπλῶς εἶπε τὰ τετράποδα, ἀλλὰ διέκρινε τῶν ἡμέρων τὰ ἄγρια. Καὶ διὰ τούτων μέντοι, καὶ δι' ἐκείνων, κελεύει τὸν Ποιητὴν ἀνυμνεῖν. Οὐδὲν γὰρ περιττὸν καὶ ἀχάριστον [75], εἰ καὶ τὴν ἡμετέραν διαφεύγει γνῶσιν. « Ἑρπετὰ καὶ πετεινὰ πτερωτά. » Τῇ μνήμῃ τῶν ἑρπετῶν καὶ τῶν νηκτῶν ἡ φύσις συνέζευκται· ἕρπει γὰρ ἐν τοῖς ὕδασιν. Οὕτω δὲ αὐτὰ καὶ ὁ Θεὸς προσηγόρευσεν.

A VERS. 6. « Statuit ea in æternum, et in sæculum sæculi : præceptum posuit, et non præteribit. » Non modo autem condidit, verum etiam de ipsis curam gerere pergit : unde et perseverantiam habent, prout ipse voluerit. Etenim nec terminos ab ipso positos transgredi poterit. Inanimata igitur, et aliorum genera omnia, leges positas reverentur : sola autem hominum natura, ratione prædita, leges transgreditur. Et mare quidem terminos scit, et arenam veretur, et nox atque dies mensuras positas conservant : homines vero divinas leges pro nihilo ducunt. Sic autem, postquam cœlestia, et ea quæ supra cœlos sunt, in communionem hymnorum vocavit, ad terram communem * matrem hominum et animalium ratione carentium se convertit. B

VERS. 7. « Laudate Dominum de terra. » Deinde particulatim, *Dracones, et omnes abyssi*. Pars terræ est mare, et in hoc sunt cete. Admiranda **1579** vero hæc providentia Opificis, quod maxima et immensæ molis animalia ab ipso condita in maribus, quæ navigari non possunt, concluserit, opificio quidem hæc demonstrans, et horum commemoratione homines terrens : suam vero bonitatem prædicans, cum detrimentum, quod hinc oriri posset, impediverit.

VERS. 8. « Ignis, grando, nix, glacies, ventus procellarum. » Et hæc ex aquis ortum habent. In aere autem et grando, et nix, et glacies fit, et vehementes venti : hos enim *procellas* nuncupavit. C Et ignis similiter non solum in terra, sed etiam in aere apparens cerni potest : etenim fulgura, et fulmina, et ignei turbines ex aere deferuntur. « Quæ faciunt verbum ejus. » Et hæc porro, ait, ejus nutibus cedunt, non tanquam animata et rationem habentia, sed ut voluntati ejus obsequentia. Nam Deo annuente quodlibet eorum fit.

VERS. 9. « Montes, et omnes colles, ligna fructifera, et omnes cedri. » Et hæc etiam in gratiarum actionem linguas nostras impellere possunt. Nam non modo horum magnitudo admiratione digna est, sed etiam usus, qui hinc oritur : multiplex enim est et diversi generis.

D VERS. 10. « Bestiæ, et universa pecora. » Per divisionem etiam hæc dixit. Non enim simpliciter quatuor pedum animalia dixit, sed agrestia a mansuetis sejunxit. Et per hæc igitur et per illa Deum celebrare jubet. Nihil enim supervacaneum et inutile est, licet nostram scientiam **1580** fugiat. « Serpentes et volucres pennatæ. » Serpentium commemorationi etiam natantium natura conjungitur : serpunt enim in aquis. Sic autem illa etiam

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[68] *Ὡς*. cod. 1 ἕως. [69] ib. δύναται, ascripta tamen altera lectione. [70] *Ἄλλων*. cod. 1 ἀλόγων. [71] *Δὲ καί*. Abest a cod. 1. [72] *Ζῶα*. cod. 1 μέρη. [73] *Δημιουργίᾳ*. ib. sequ. τὸ δυνατόν. [74] *Καὶ — ἐπιφέρονται*. Hæc Origeni tribuit Cord. l. c. p. 833. [75] *Καὶ ἀχάριστον*. cod. 1 οὐδὲ ἄχρηστον.

Deus appellavit : « Producant enim, inquit, aquæ reptilia animarum viventium, et volatilia volantia per firmamentum cœli [d]. » Post hæc omnia eum, qui per omnia laudat, vocat : post omnia enim divina creatione dignus habitus fuit homo. Et hunc porro per classes et ordines convocat, primumque regum introducit chorum, deinde subditorum populos, et ait .

* VERS. 11. « Reges terræ, et omnes populi. » Nec secundos principes hymnorum cantu privat, nec qui hos sequuntur judices : sed his etiam utilitatis partem communicat. « Principes, et omnes judices terræ. » Et ætatem unamquamque, et utrumque sexum, virorum et mulierum, hoc facere jubet : et primos quidem et primas, perfectam habentes ætatem.

VERS. 12. « Juvenes et virgines. » Deinde utrumque extremum dicit : « Senes cum junioribus laudent nomen Domini. » Et immatura, inquit, et exsoleta ætas Deum celebret.

VERS. 13. « Quia exaltatum est nomen ejus solius. » Exstincta enim est falsorum deorum memoria, et solius veri Dei venerandum nomen apparet.

VERS. 14. « Confessio ejus super cœlum et terram. » Nam non amplius solum cœlestia ipsum laudant, sed « Tota terra Domini cognitione plena est, ut **1581** multa aqua ad operiendum maria [e]. » — « Et exaltabit cornu populi sui. » Inexpugnabilem, ait, suum populum, et illustrem reddet. *Cornu* enim robur vocavit, metaphora desumpta ab animalibus cornutis, quæ robur in illis se habere gloriantur. « Hymnus omnibus sanctis ejus. » Non enim solum fortes eos qui in ipsum crediderunt, sed etiam celebres apud omnes facit. « Filiis Israel, populo appropinquanti sibi. » Hac autem gloria et Israel potitus est, quando Deo adhærebat : sed nunc cum pietate splendor transivit, et hi quidem hoc privati sunt, gentes vero divinis donis lætantur.

A « Ἐξαγαγέτω γάρ, ἔφη, τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν, καὶ τὰ πετεινὰ πετόμενα κατὰ [76] τὸ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ. » Μετὰ ταῦτα πάντα τὸν διὰ πάντων [77] ὑμνοῦντα καλεῖ· μετὰ πάντα γὰρ τῆς θείας ἠξιώθη δημιουργίας ὁ ἄνθρωπος. Καὶ τοῦτον δὲ κατὰ συμμορίας ἀγείρει· πρῶτον δὲ τὸν τῶν βασιλέων εἰσάγει χορὸν, εἶτα τῶν ὑπηκόων τοὺς δήμους, καί φησιν·

ια'. « Βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ πάντες λαοί. » Οὐκ ἀποστερεῖ δὲ τῆς ὑμνῳδίας, οὔτε τοὺς δευτέρους ἄρχοντας, οὔτε τοὺς μετὰ τούτους κριτὰς, ἀλλὰ καὶ τούτους τῆς ἐντεῦθεν μεταδίδωσιν ὠφελείας. « Ἄρχοντες, καὶ πάντες κριταὶ γῆς. » Καὶ ἡλικίαν δὲ ἑκάστην, καὶ γένος ἑκάτερον, τό τε ἄρσεν καὶ τὸ θῆλυ, τοῦτο κελεύει ποιεῖν· καὶ πρώτους μὲν καὶ πρώτας τοὺς B τελείαν ἄγοντας τὴν ἡλικίαν.

ιβ'. « Νεανίσκοι καὶ παρθένοι. » Εἶτα ἑκάτερον ἄκρον, « Πρεσβύτεροι [78] μετὰ νεωτέρων αἰνεσάτωσαν τὸ ὄνομα Κυρίου. » Καὶ ἡ ἄωρος, φησὶν [79], καὶ ἔξωρος ἡλικία τὸν Θεὸν ἀνυμνείτω [80].

ιγ'. « Ὅτι ὑψώθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ μόνου. » Ἔσβεσται γὰρ ἡ μνήμη τῶν ψευδωνύμων θεῶν, καὶ μόνου τοῦ ὄντος Θεοῦ σεπτὸν τὸ ὄνομα πέφηνεν.

ιδ'. « Ἡ ἐξομολόγησις αὐτοῦ [81] ἐπὶ γῆς καὶ οὐρανοῦ. » Οὐκ ἔτι γὰρ αὐτὸν μόνον [82] ὑμνεῖ τὰ ἐπουράνια, ἀλλ' « Ἐπληρώθη ἡ σύμπασα γῆ τοῦ γνῶναι τὸν Κύριον· ὡς ὕδωρ πολὺ κατακαλύψαι [83] θαλάσσας. » — « Καὶ ὑψώσει κέρας λαοῦ αὐτοῦ. » Ἄμαχον δὲ, φησὶ, δείξει καὶ περίβλεπτον τὸν οἰκεῖον λαόν. *Κέρας* C γὰρ τὴν ἰσχὺν ἐκάλεσεν, ἐκ μεταφορᾶς τῶν κερασφόρων ζώων, ἃ τὴν ἰσχὺν ἔχειν ἐν ἐκείνοις σεμνύνεται. « Ὕμνος πᾶσι τοῖς ὁσίοις αὐτοῦ. » Οὐ μόνον γὰρ ἰσχυροὺς τοὺς εἰς αὐτὸν πεπιστευκότας, ἀλλὰ καὶ ἀοιδίμους παρὰ πᾶσι ποιεῖ. « Τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, λαῷ ἐγγίζοντι αὐτῷ. » Ταύτης δὲ τῆς εὐκλείας καὶ ὁ Ἰσραὴλ ἀπήλαυσεν, ἡνίκα ἐπέλαζε τῷ Θεῷ· μετέβη δὲ νῦν μετὰ τῆς εὐσεβείας ἡ περιφάνεια, καὶ οἱ μὲν ἐγυμνώθησαν ταύτης, τὰ δὲ ἔθνη ταῖς θείαις ἀγάλλεται δωρεαῖς.

INTERP. PSALMI CXLIX.

VERS. 1. *Alleluia, Alleluia.* Hunc offerre hymnum jubentur illi, qui post reditum multas illas gentes divino freti auxilio vicerunt. Habet autem etiam prædictionem, de iis quæ a Machabæis recte gesta fuere.

VERS. 2. « Cantate Domino canticum novum, laus ejus in ecclesia sanctorum. » Non enim iniquorum, sed sanctorum proprium est Deum laudare.

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΡΜΘ' ΨΑΛΜΟΥ.

α'. *Ἀλληλούϊα, ἀλληλούϊα* [84]. Τοῦτον προσφέρειν τὸν ὕμνον παρακελεύονται οἱ μετὰ τὴν ἐπάνοδον τὰ πολλὰ ἔθνη ἐκεῖνα διὰ τῆς θείας νενικηκότες D ῥοπῆς. Ἔχει δὲ πρόῤῥησιν καὶ τῶν ὑπὸ τῶν Μακκαβαίων κατορθωθέντων [85].

β'. « Ἄσατε τῷ Κυρίῳ ᾆσμα καινὸν, ἡ αἴνεσις αὐτοῦ ἐν ἐκκλησίᾳ ὁσίων. » Οὐ γὰρ τῶν παρανόμων, ἀλλὰ τῶν ὁσίων ἴδιον τὸν Θεὸν ἀνυμνεῖν.

[d] Gen. I, 20. [e] Habac. II, 14.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[76] *Κατά.* cod. 1 præm. ἐπὶ τῆς γῆς. [77] ib. τούτων ἁπάντων. [78] Rec. lectio h. l. est πρεσβῦται. [79] *Φησίν.* cod. 1 φύσις. [80] ibid. ὑμνείτω. *Ἡ ἐξομολόγησις αὐτοῦ.* Hebr. *Decus ejus.* [82] cod. 1 μόνα. [83] *Καταχαλ.* Conf. p. 1407, n. 3. [84] *Ἀλληλ.* Non repetitur in cod. 1 nec in textu τῶν Ο'. [85] *Κατορθ.* Corderius, quæ hæc p. 841. ad Orig. retulit, leg. κατορθωμάτων.

γ'. « Εὐφρανθήτω Ἰσραὴλ ἐπὶ τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, καὶ υἱοὶ Σιὼν ἀγαλλιάσθωσαν ἐπὶ τῷ βασιλεῖ αὐτῶν. » Πάντων μὲν Θεὸς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἰδίως δὲ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἐχρημάτιζε βασιλεύς. Αὐτίκα τοίνυν τὴν ἀχαριστίαν νενοσηκότων, καὶ ἕτερον αὐτοῖς αἰτησάντων βασιλέα γενέσθαι, φησὶ πρὸς τὸν Σαμουὴλ ὁ Θεὸς, « Οὐ σὲ ἐξουδενήκασιν, ἀλλ' [86] ἐμὲ, τοῦ μὴ βασιλεύειν αὐτῶν. »

δ'. « Αἰνεσάτωσαν τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν χορῷ, ἐν τυμπάνῳ καὶ ψαλτηρίῳ ψαλάτωσαν αὐτῷ. » Διὰ παντὸς ὀργάνου, φησὶ, κατὰ τὸν νόμον τὸν ἡμέτερον ὑμνήσωμεν τὸν εὐεργέτην.

ε'. « Ὅτι εὐδοκεῖ Κύριος ἐν τῷ λαῷ αὐτοῦ. » Πολλῆς ἡμᾶς, φησὶ [87], φιλανθρωπίας ἠξίωσε, καὶ τὴν οἰκείαν ἡμῖν ἔδειξεν ἀγαθότητα. « Καὶ ὑψώσει [88] πραεῖς ἐν σωτηρίᾳ. » Τοὺς δὲ ἐρήμους βοηθείας, καὶ τρόποις ἀγαθοῖς κεχρημένους, ὑψηλοὺς ἀποφανεῖ καὶ περιβλέπτους.

ϛ'. « Καυχήσονται ὅσιοι ἐν δόξῃ, καὶ ἀγαλλιάσονται ἐπὶ τῶν κοιτῶν αὐτῶν. » Καὶ οἱ τὸ δίκαιον τιμῶντες, ἐν εὐκλείᾳ γενήσονται, πολλῆς ἀπολαύοντες ἀναπαύλης. *Κοίτην* γὰρ τὴν ἀνάπαυλαν [89] ἐκάλεσεν· ἀναπαύλης γὰρ ἡ κλίνη σημαντική.

ζ'. « Αἱ ὑψώσεις τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ λάρυγγι αὐτῶν. » Διηνεκῶς δὲ τὰς θείας εὐεργεσίας κηρύττουσι, τὸν τούτων αἴτιον ἀνυμνοῦντες.

« Καὶ ῥομφαῖαι δίστομοι ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν. [η'.] Τοῦ ποιῆσαι ἐκδίκησιν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ἐλεγμοὺς ἐν τοῖς λαοῖς. » Οὐκ ἐναντίον τῇ ἀναπαύλῃ τὸ ἐν πολέμοις νικᾷν. Πάσης γὰρ ἀναπαύλης τὸ νικᾷν θυμηρέστερον. Προλέγει μέντοι διὰ τούτων τὴν τῶν Μακκαβαίων ἀνδρίαν, ᾗ χρησάμενοι, καὶ τοὺς πλησιοχώρους ἐχειρώσαντο, καὶ τοὺς Μακεδόνας κατηγωνίσαντο.

θ'. « Τοῦ δῆσαι τοὺς βασιλεῖς αὐτῶν ἐν πέδαις, καὶ τοὺς ἐνδόξους αὐτῶν ἐν χειροπέδαις σιδηραῖς. » Πολλὰ τοιαῦτα ὑπ' ἐκείνων κατορθῶσθαι ἡ ἱστορία διδάσκει, καὶ ῥᾴδιον τοῖς ἐντυχεῖν βουλομένοις τῆς προφητείας καταμαθεῖν τὴν ἀλήθειαν.

ι'. « Τοῦ ποιῆσαι ἐν αὐτοῖς κρῖμα ἔγγραπτον. » Ἃ γὰρ εἰς ἐκείνους ἐνδίκως εἰργάσαντο, ἀνάγραπτα γέγονε, καὶ μέχρι τήμερον [90] ἀείμνηστον αὐτῶν τὸ κλέος διέμεινε. Τοῦτο γὰρ ἐπήγαγε· « Δόξα αὕτη ἔσται [91] πᾶσι τοῖς ὁσίοις αὐτοῦ. » Μήτηρ γὰρ τῆς εὐκλείας ἡ ὁσιότης, καὶ οἱ ταύτης ἐργάται [92] δι' αὐτὴν ἀοίδιμοι γίνονται.

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΡΝ' ΨΑΛΜΟΥ.

α'. *Ἀλληλούϊα, ἀλληλούϊα.* Ἐπινίκιος καὶ οὗτος ὁ ὕμνος· προλέγει δὲ τὴν ἐσομένην πᾶσιν ἀνθρώποις [93] θεογνωσίαν.

β'. « Αἰνεῖτε τὸν Θεὸν ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ. » Ἱκανὴ γὰρ ἀφορμὴ εἰς ὑμνῳδίαν αὕτη [94]. » Εἰ γὰρ ἀπὸ

A VERS. 3. « Lætetur Israel de eo qui fecit illum, et filii Sionis exsultent in rege suo. » Omnium quidem Deus universorum est Deus: proprie autem Israelitarum rex nuncupabatur. Itaque cum * ingrati animi morbo laborarent, et alium regem peterent,
1582 dixit Deus Samueli: « Non te rejecerunt, sed me, ne regnem super eos [f]. »

VERS. 4. « Laudent nomen ejus in choro, cum tympano et psalterio psallant ei. » Per omne genus organorum, ait, juxta legem benefactorem nostrum laudibus efferamus.

VERS. 5. « Quia beneplacitum est Domino in populo suo. » Multa benignitate, inquit, nos dignatus est, et bonitatem suam nobis aperuit. « Et exaltabit
B mansuetos in salute. » Eos autem, qui auxilio destituti sunt, bonisque moribus utuntur, sublimes et illustres reddet.

VERS. 6. « Exsultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. » Et qui justitiam honorant, in gloria erunt, multa quiete perfruentes. *Cubile* enim quietem appellavit, quia lectus quietem indicat.

VERS. 7. « Exaltationes Dei in gutture eorum. » Divina autem beneficia continue prædicant, horum auctorem celebrantes.

« Et gladii ancipites in manibus eorum. [VERS. 8.] Ad exercendam vindictam in nationibus, increpationes in populis. » Non est quieti repugnans, in
C bellis vincere. Omni enim quiete jucundius est vincere. Prædicit igitur per hæc Machabæorum fortitudinem, qua usi, et finitimos captivos ceperunt, et Macedones debellarunt.

VERS. 9. « Ad vinciendos reges eorum in compedibus, et nobiles eorum in manicis ferreis. » Multa hujusmodi ab illis præclare gesta historia docet,
1583 et facile est legere volentibus prophetiæ veritatem ediscere.

VERS. 10. « Ut faciant in eis judicium conscriptum. » Quæ enim in illos juste gesserunt, scriptis mandata sunt, et usque in hodiernum diem celeberrima eorum gloria permansit. Hoc enim infert. « Gloria hæc erit omnibus sanctis ejus. » Nam gloriæ mater est sanctitas, et hujus operarii per ipsam
D celebres fiunt.

INTERP. PSALMI CL.

VERS. 1. *Alleluia, Alleluia.* Et hic hymnus triumphalis est. Vaticinatur autem omnibus hominibus futuram Dei cognitionem.

VERS. 2. « Laudate Dominum in sanctis ejus » Nam hæc est sufficiens occasio canendorum hymno-

[f] I Reg. VIII, 7.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[86] Ἀλλ'. cod. 1 add. ἤ. [87] *Φησί.* Abest a cod. 1. [88] *Καὶ ὑψώσει. Et ornabit.* [89] cod. 1 ἀνάπαυσιν. [90] *Τήμερον.* cod. 1 præm. καί. [91] Rec. lectio h. l. est ἐστί. [92] *Ἐργάται.* cod. 1 ἐρασταί. [93] *Ἀνθρώποις.* cod. 1 ἁγίοις, ascripta tamen lectione altera. [94] *Αὕτη.* cod. 1 præm. καί.

A rum. Si enim a plantis, et feris, et reptilibus, ad gratiarum actionem ansam arripere jussi sumus, multo magis justum est in sanctos intueri, et horum celebrare Deum. Quis enim cum ea, quæ vel beato Paulo acciderunt, vel divino Petro, vel divinissimo Joanni, vel aliis apostolis, vel victoribus martyribus, vel cæteris sanctis, vel his qui nunc veritatis athletæ sunt, didicerit, linguam non movet ad laudandum eum, qui tantam bonorum copiam hominibus largitus est? « Laudate eum in firmamento virtutis ejus. » Symmachus autem sic : *Laudate eum in firmamento inexpugnabili ejus.* Solus enim firmum, et immortale, et sempiternum habet **1584** imperium.

B Vers. 3. « Laudate eum in potentatibus ejus. » Ineffabilia enim sunt ea, quæ per sanctos ejus continue recte geruntur. « Laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus. » Simile est hoc iis, quæ jam a nobis exposita fuere : « Quoniam magnitudinis ejus non est finis [g]. » Infinita enim est ejus, ait, magnitudo, et immensa potentia : per omnia igitur ipsum perpetuo celebrate.

Vers. 4. « Laudate eum sono tubæ. » Sacerdotale erat hoc instrumentum : sacerdotes enim tubis utebantur, tubas quæ in Sinai monte fuerant in memoriam revocantes.

« Laudate eum cum psalterio et cithara. [Vers. 5, 6.] Laudate eum cum tympano et choro : laudate eum chordis et organo. Laudate eum cum cymbalis bene sonantibus, laudate eum cymbalis jubila- C tionis. » His instrumentis olim Levitæ utebantur, Deum in divino templo laudantes : non quod Deus horum sono oblectaretur, sed quoniam propositum eorum, qui hæc faciebant, amplectebatur. Nam Deum minime cantibus et sonis delectari, audimus ipsum Judæis dicentem : « Averte a me sonum cantionum tuarum, et sonum organorum tuorum non audiam [h]. » Hæc igitur fieri permisit, cum ab idolorum errore eos liberare vellet. Quoniam enim nonnulli ludorum studiosi et risus amatores erant, hæc omnia autem in idolorum templis fiebant, hæc permisit, hoc pacto eos alliciens, et minori damno majus impediens, **1585** et per imperfecta perfecta docens. « Omnis spiritus laudet Dominum. » Non Judæi solum, sed omnes homines. Non enim Ju- D dæorum Deus est tantum, secundum divinum Apostolum [i], sed etiam gentium. In centesimo igitur et quadragesimo quarto psalmo ait : « Benedicat omnis caro nomini sancto ejus [j]. » Hoc autem in loco, « Omnis spiritus, dicit, laudet Dominum. » Sed nec ibi solam carnem, nec hic spiritum solum vocavit : verum et per hoc et per illud, et corpore et anima Deum universorum laudari præcipit. Cæterum ad-

A φυτῶν, καὶ θηρίων, καὶ ἑρπετῶν, πρόφασιν εἰς εὐχαριστίαν λαβεῖν προσετάχθημεν, πολλῷ μᾶλλον εἰς τοὺς ἁγίους ἀφορᾶν, καὶ τὸν τούτων Θεὸν ἀνυμνεῖν δικαιότερον. Τίς γὰρ τὰ κατὰ τὸν μακάριον διδασκόμενος Παῦλον, ἢ τὸν θεσπέσιον Πέτρον, ἢ τὸν θειότατον Ἰωάννην, ἢ τοὺς ἄλλους ἀποστόλους, ἢ τοὺς νικηφόρους μάρτυρας, ἢ τοὺς ἄλλους ἁγίους, ἢ τοὺς νῦν τῆς ἀρετῆς ἀθλητάς, οὐ κινεῖ τὴν γλῶτταν εἰς ὑμνῳδίαν τοῦ τοσαύτην τοῖς ἀνθρώποις τῶν ἀγαθῶν δωρησαμένου φοράν; « Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν στερεώματι δυνάμεως αὐτοῦ. » Ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως· *Αἰνεῖτε* [95] *αὐτὸν ἐν στερεώματι τῷ ἀκαθαιρέτῳ αὐτοῦ.* Μόνος γὰρ στεῤῥὸν, καὶ ἀνώλεθρον, καὶ αἰώνιον ἔχει τὸ κράτος.

B γ'. « Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐπὶ ταῖς δυναστείαις αὐτοῦ. » Ἄῤῥητα γὰρ τὰ διὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ διηνεκῶς κατορθούμενα. Αἰνεῖτε αὐτὸν κατὰ τὸ πλῆθος τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ. Ἔοικε τοῦτο τοῖς ἤδη παρ' ἡμῶν ἑρμηνευομένοις [96]· « Ὅτι τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας. » Ἄπειρον γὰρ αὐτοῦ, φησὶ, τὸ μέγεθος, ἀμέτρητος ἡ δύναμις· διὰ πάντα τοίνυν αὐτὸν ὑμνοῦντες διατελέσατε.

δ'. « Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν ἤχῳ σάλπιγγος. » Ἱερατικὸν ἦν τοῦτο τὸ ὄργανον· οἱ ἱερεῖς γὰρ ἐχρῶντο ταῖς σάλπιγξι, τῶν ἐν Σινᾷ ὄρει γενομένων σαλπίγγων ἀναμιμνήσκοντες.

« Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν ψαλτηρίῳ καὶ κιθάρᾳ. [ε', ς'.] Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τυμπάνῳ καὶ χορῷ· αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν χορδαῖς καὶ ὀργάνῳ. Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν κυμβάλοις εὐ- C ήχοις [97], αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν κυμβάλοις ἀλαλαγμοῦ. » Τούτοις οἱ Λευῖται πάλαι τοῖς ὀργάνοις ἐχρῶντο ἐν τῷ θείῳ νεῷ τὸν Θεὸν ἀνυμνοῦντες· οὐχ ἐπειδὴ Θεὸς ἐτέρπετο τῇ τούτων ἠχῇ, ἀλλ' ἐπειδὴ τῶν γιγνομένων τὸν σκοπὸν ἀπεδέχετο. Ὅτι γὰρ ᾠδαῖς καὶ κρούμασι τὸ Θεῖον οὐκ ἐπιτέρπεται, ἀκούομεν αὐτοῦ λέγοντος Ἰουδαίοις· « Ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ ἦχον ᾠδῶν σου, καὶ φωνῆς ὀργάνων σου οὐκ ἀκούσομαι. » Ταῦτα τοίνυν γίνεσθαι συνεχώρησε, τῆς τῶν εἰδώλων αὐτοὺς πλάνης ἀπαλλάξαι θελήσας. Ἐπειδὴ γὰρ φιλοπαίγμονές τινες ἦσαν, καὶ φιλογέλωτες, ταῦτα δὲ ἅπαντα ἐν τοῖς εἰδώλων ἐπετελεῖτο ναοῖς, συνεχώρησε ταῦτα, διὰ τούτων αὐτοὺς ἐφελκόμενος, καὶ τῇ ἐλάττονι βλάβῃ κωλύων τὴν μείζονα, καὶ διὰ τῶν ἀτελῶν προπαιδεύων [98] τὰ τέλεια. « Πᾶσα πνοὴ αἰνεσάτω τὸν Κύ- D ριον. » Οὐχ Ἰουδαῖοι μόνον, ἀλλὰ πάντες ἄνθρωποι. Οὐ γὰρ Ἰουδαίων Θεὸς μόνον, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, ἀλλὰ καὶ ἐθνῶν. Ἐν μὲν οὖν τῷ ρ' καὶ μδ' ἔφη ψαλμῷ· « Εὐλογείτω πᾶσα σὰρξ τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον αὐτοῦ. » Ἐνταῦθα δὲ, « Πᾶσα πνοὴ αἰνεσάτω τὸν Κύριον. » Οὔτε δὲ ἐκεῖ μόνην τὴν σάρκα, οὔτε ἐνταῦθα μόνην ἐκάλεσε τὴν πνοήν· ἀλλὰ καὶ δι' ἐκείνου καὶ διὰ τούτου, καὶ σώματι καὶ ψυχῇ ὑμνεῖν παρακελεύεται τὸν τῶν ὅλων Θεόν. Ἀξιάγαστον δὲ

[g] Psal. CXLIV, 3. [h] Amos V, 23. [i] Rom. III, 29. [j] Psal. CXLIV, 21.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[95] *Αἰνεῖτε*. ib. ὑμνεῖτε. [96] cod. 1 ἡρμηνευμένοις. [97] *Εὐήχοις — κυμβάλοις*. Des. ibid. [98] cod. 1 παιδεύων.

τῆς ὅλης τῶν ψαλμῶν [99] πραγματείας τὸ τέλος, καὶ A τῷ σκοπῷ τῆς προφητείας συμβαῖνον. Καὶ γὰρ ἡ προφητεία τοῖς ἔθνεσι κηρύττει τὴν σωτηρίαν, καὶ τῆς προφητείας [1] τὸ τέλος τοὺς ταύτης τετυχηκότας ὑμνεῖν τὸν εὐεργέτην παρακελεύεται. Ἡμεῖς δὲ οὐ μόνον τῶν ῥημάτων ἀκούομεν, ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα [2] θεωροῦμεν τὰ πράγματα. Ἐν ἑκάστῃ γὰρ καὶ πόλει, καὶ κώμῃ, καὶ ἀγροῖς, καὶ ἐν ἐσχατιαῖς, καὶ ὄρεσι, καὶ βουνοῖς, καὶ ἐν τῇ ἀοικήτῳ καὶ παντελῶς ἐρήμῳ, ὁ τῶν ὅλων ὑμνεῖται Θεός.

Ἐγὼ δὲ τοὺς ἐντυγχάνοντας τῇδε τῇ βίβλῳ παρακαλῶ, εἰ μὲν εὖ καὶ καλῶς ἑρμηνεύεσθαι [3] δόξειε, τὴν ἐκ τούτων ὠφέλειαν καρπώσασθαι. Εἰ δέ που τῶν κεκρυμμένων τοῦ Πνεύματος οὐκ ἐφικόμεθα μυστηρίων, μὴ σφόδρα ἡμῖν ἐπιμέμψασθαι. Ἃ γὰρ εὑρεῖν ἠδυνήθημεν ἀφθόνως ἅπασι προτεθείκαμεν [4], B καὶ ἃ παρὰ τῶν Πατέρων ἐδιδάχθημεν, τοῖς μεθ' ἡμᾶς προσενεγκεῖν ἐσπουδάσαμεν. Καὶ τὸν μὲν πόνον ἡμεῖς ἠνεσχόμεθα, ἄπονον δὲ ἄλλοις ὠφέλειαν προσφέρομεν. Οὓς ἀξιῶ εὐχαῖς τὸν πόνον ἀμείψασθαι· ἵνα ταύταις ἐρειδόμενοι, προσθῶμεν τοῖς λόγοις τὰ ἔργα, καὶ τὸν ἐξ ἑκατέρων συγκείμενον μακαρισμὸν καρπωσώμεθα. « Ὁ γὰρ ποιήσας, φησὶ, καὶ διδάξας, μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. » Ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα πρέπει, σὺν τῷ ἁγίῳ [5] Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας [6]. Ἀμήν.

A miratione dignus est finis hic totius psalmorum operis, et prophetiæ proposito respondens. Etenim prophetia gentibus prædicat salutem, et prophetiæ finis eos, qui hanc consecuti sunt, beneficii auctorem laudibus efferre jubet. Nos autem non modo verba audimus, sed hoc etiam in locq eventus perspicimus. In unaquaque enim civitate, et vico, et in agris, et in angulis, et in montibus, et collibus, et in solitudine penitus inculta Deus universorum collaudatur.

Ego autem hujus libri lectores obsecro, ut si bene et apte expositus videatur, utilitatem exinde percipiant. Sicubi vero arcana sancti Spiritus mysteria asseculi non sumus, ne nobis vehementer succenseant. Quæ enim invenire potuimus, omnibus sine B invidia proposuimus, et quæ a Patribus nostris didicimus, posteris nostris afferre **1586** studuimus. Et nos quidem laborem suscepimus, aliis autem sine labore fructum proferimus. Quos precor atque obtestor, ut suis precibus nostrum laborem compensent : ut ab ipsis adjuti, verbis opera adjungamus, et hoc modo beatitudinem ex utrisque compositam reportemus. « Qui enim, inquit, fecerit et docuerit, magnus vocabitur in regno cœlorum [k]. » Quod quidem utinam nobis omnibus contingat per Christum Jesum Dominum nostrum, cum quo Patri gloria convenit, et cum sancto Spiritu, in sæcula sæculorum. Amen.

[k] Matth. v, 19.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[99] *Τῶν ψαλμῶν*. Abest a cod. 1. [1] *Προφ*. ibid. πραγματείας. [2] *Ἐνταῦθα*. cod. 1 αὐτά. [3] ibid. ἡρμηνεῦσαι. [4] *Προτεθ*. ibid. προσενεγκεῖν ἐσπουδάσαμεν. [5] Cod. 1 παναγίῳ. [6] *Αἰῶνας*. Ib. sequitur τῶν αἰώνων.

ΠΙΝΑΞ ΤΩΝ ΨΑΛΜΩΝ.

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

FINIS TOMI OCTOGESIMI.

Parisiis. — Ex Typis MIGNE.